(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

(C) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

LEGIS ROMANAE WISIGOTHORUM

FRAGMENTA

EX

CODICE PALIMPSESTO

SANCTAE LEGIONENSIS ECCLESIAE

PROTULIT ILLUSTRAVIT

AC SUMPTU PUBLICO EDIDIT

REGIA HISTORIAE ACADEMIA HISPANA

MATRITI

APUD RICARDUM FE, REGIAE ACADEMIAE TYPOGRAPHUM

MDCCCXCVI

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

LEGIS ROMANAE WISIGOTHORUM

FRAGMENTA

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

1/13150

LEGIS ROMANAE WISIGOTHORUM

FRAGMENTA

EX

CODICE PALIMPSESTO

SANCTAE LEGIONENSIS ECCLESIAE

PROTULIT ILLUSTRAVIT

AC SUMPTU PUBLICO EDIDIT

REGIA HISTORIAE ACADEMIA HISPANA

MATRITI
APUD RICARDUM FE, REGIAE ACADEMIAE TYPOGRAPHUM
MDCCCXCVI

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Hanc editionem ut pararent atque absolverent
iussu et auctoritate Regiae Academiae Historiae
adlecti sunt anno MDCCCXCIII
sodales e numero septem:

AURELIANUS FERNANDEZ GUERRA ET ORBE († 7 Septembris, 1894),

FRANCISCUS A CARDENAS ET ESPEJO,

FIDELIS FITA ET COLOMER,

EMMANUEL DANVILA ET COLLADO,

JOANNES A DEO RADA ET DELGADO,

MARCELLINUS MENENDEZ ET PELAYO,

EDUARDUS AB HINOJOSA ET NAVEROS.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

PROOEMIUM

HUNC librum editura, quum id unum sibi Regia Historiae Academia pro scopo tribuerit ut magna Legis romanae Visigothorum pars, ex codice Palimpsesto Legionensi eruta, accuratissime describatur atque in profectum studiosorum cedat, nequaquam opus erit ipsius Legis originem, et compositionem minutatim exponere, neque novum apparatum tam iuri quam historiae devinctum instruere, qui textuum varietates prolixe recenseat aut innumeris quaestionibus innodetur. Breviarium Alarici regis adeo notum est apud eos, quibus accuratius ius romanum colitur, post tot egregios a sapientissimis viris, Germanis praecipue et Gallis, exantlatos labores, ut quodvis inauditum vix, ac ne vix quidem, audeamus exserere.

Sed verae notioni et rectae existimationi novi textus Breviarii Alarici, quem in lucem edimus, aliquid, licet breviter, praemittendum est; quamobrem de eius compositione deque studiis super eum initis, quaestionibusque ex ipso derivatis, quantum satis fuerit, disseremus. Quidquid deest novo Breviarii textui lector dignoscere non potest, quin idipsum repetat ab aliis codicibus. An omnia aut aliqua, quae desiderantur, ex voluntate conditorum Legis an vero ex defectu foliorum seu librariorum exulant, ille profecto nesciet cui praesto non sit antiquiorum textuum cum posterioribus accurata collatio. Si novo textui vim propriam auctoritatemve assignare volumus inter plurimos diverso tempore scriptos, hi recenseantur in suum quisque genus, seu familiam, oportet.

I

DE COMPOSITIONE ET HISTORIA LEGIS ROMANAE VISIGOTHORUM

Liquet Alaricum, Visigothorum regem, delegationem iurisconsultorum instituisse, cui iussit ex legibus iureque romanis excerpere omnia, quae ad dirimendas lites apta fuissent, et excerpta in singularem librum colligare. Hoc mandato exsequuto sub Goiairici comitis ordinatione, et nova compilatione assensu episcoporum et electorum provincialium roborata, exempla novi Codicis directa fuerunt Comitibus et Rectoribus provinciarum a viro spectabili Aniano, Referendario regis subscripto.

Alarici iurisconsulti non immutarunt tenores legum, quas ex antiquis libris educebant, sicut Codicis Justiniani compositores fecerunt postmodum. His enim prensatur textus sive refunditur,

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

fons obtegitur; illi vero corpora legalia et opera iuridica, unde leges promunt suis propriis nominibus et divisionibus novo libro retinent, omittendo quas obsoletas, iniustas, superfluas aut incommodas rei publicae, quae tunc erat, arbitrabantur. Inde Legem romanam visigothicam composuerunt ex fragmentis Codicis Theodosiani, et Novellarum Imperatorum Theodosii, Valentiniani, Martiani, Maioriani et Severi; ex Gaii Institutionibus ad epitomem redactis, Pauli Sententiis; Gregoriani et Hermogeniani Codicum fragmentis, atque Papiniani Sententia brevissima. Sed licet delegati regii aliquid ex cunctis fontibus hauserint, plura tamen, imo pleraque reiecerunt. Hoc imprimis apparet ex Codicis Theodosiani collatione cum fragmentis ipsius Codicis Breviario insertis. Codici ab Haenel evulgato, reperiuntur inesse quatuorcentum et sex tituli, Breviario dumtaxat centum et sexaginta duo; id est, ducentis et quadraginta quatuor in hoc omissis. Nec tamen extant plurimae constitutiones, quas proculdubio Codex ipse continebat, latentes aut deperditas simul cum genuinis et integris manuscriptis eiusdem Codicis. Ex Novellis Imperatorum Theodosii, Valentiniani, Martiani, Maioriani et Severi, prostant in Codice Theodosiano centum et duo tituli: in Breviario solum triginta et unus. Gaii verus textus non est in Breviario, sed quaedam argumenta trium priorum Commentariorum aut librorum, quarto denique prorsus omisso. Fuit liber Sententiarum Pauli ex quo visigothi plurimas acceperunt; attamen omissae multae postea detectae sunt. Ex Codice Gregoriano, remanent in Haenelis editione [1] triginta praeter unum tituli, quorum non sunt in Breviario nisi tredecim. De Corpore Hermogeniano duos priores titulos, binas leges tantum continentes, Alarici consulti excerpserunt, reiicientes sexdecim saltem titulos [2] hucusque cognitos, huius quippe Codicis etiam textus integer latet. Tandem ex Papiniani Responsis, cuius operum magna copia erat, diversis libris collecta et ordinata, brevis et singularis sententia solummodo in Breviarium transiit, si quidem prioribus huius apographis hodie ignotis non supervenit mutilatio, quam Savigny, Hugo et alii eruditi doctores suspicantur. Sed Haenel integrum hoc loco Breviarium iudicat et singularem Papiniani sententiam explicat, supponens eius textum eodem folio quo Hermogenianus Codex incipiebat, ita fuisse contentum ut mox disiungeretur, atque adeo primitus primum Papiniani folium, Hermogeniani ultimum esse.

Huius tamen hypothesis fundamenta Haenel silentio premit. De integritate Breviarii iuxta textus cognitos, fuit olim quaestio. Quidam scriptores, alios legum libros Breviario tribuebant, quidam vero quaedam eorum fragmenta breviter contracta tantum defuisse clamabant. Sed post argumenta ab Haenel explanata de integritate Codicis Alarici, lis obsolevit. E contrario probatum est nonnullas constitutiones et sententias aliquibus codicibus Breviarii pedetentim sequiore tempore ab editoribus vel librariis fuisse interiectas.

Manuscriptorum codicum tria genera novimus. Sunt qui fere in integrum continent tantum omnes libros Codicis Theodosiani Visigothici, Novellas Imperatorum Theodosii, Valentiniani, Martiani, Maioriani et Severi atque Pauli Sententias: sunt alii qui praeter singulos titulos singulasque constitutiones interpretationes afferunt aut sententias textui adjiciunt seu verba ejus explicant: sunt tandem quibus appendices insunt, plura fragmenta iuridica vel diversae naturae scripta miscentur. Secundo generi Palimpsestus noster obsequitur.

---

[1] *Codicis Gregoriani fragmenta. Instruxit Gustavus Haenel. Prostat Bonnae*, 1837: Codicis Theodosiani editioni adjecta.

[2] *Codicis Hermogeniani fragmenta*. In editione Codicis Theodosiani ab Haenel instructa. *Prostat Bonnae*, 1842.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Iam si quaeratur quo tempore prima codicum familia emerserit, illud Haenel sollertissimus eorum indagator atque descriptor non ausus est dimetiri; atqui ne varietates eorumdem, sive appendices, deferantur Breviario authentico, ipsa huius natura vetat; quapropter in vetustioribus Breviarii codicibus saeculo VII vel ad finem VI exaratis non reperiuntur. Incerta est Appendicum origo.

De interpretatione visigothica, quae fere omnes leges Breviarii comitatur et claram illi affert lucem, fuit et adhuc est controversia non levis. Gothophredus, Heinecius, Schulting aliique critici mutilam, sermone barbaram et magna iuris ignorantia scatentem iudicaverunt; sed hoc iudicium postea non praevaluit, nec nobis arridet, sicubi interpretationis praecipuus finis erat leges explicare et praesenti Romanorum statui et institutionibus accomodare, ac proinde earum sermonem exponere simplici et adhuc vulgari forma, quae cunctis pervia deceret publicum regimen, ea iuris aequitatisve ratione quam immutata provinciarum facies, usus, consuetudines postulabant. Huius generis sunt interpretationes quibus textus legum corriguntur, aut diversis verbis vel commemoratione similium legum explanantur. Propterea inutilis qua de agimus interpretatio dici nequit. Eiusdem etiam stylum defendit clarissimus Haenel, nam licet sermo non sit aureae aetatis, a latinitate Barbarorum proculdubio differt, quia et purus et elegans nonnullis locis exhibetur. Ignorationem interpretum Haenel etiam excusat, errorum magnam partem tribuens, non ipsis interpretibus sed librariis, qui libros prîmaevos deturparunt, ac demum ratus interpretem correcte scripsisse, si accomodandae fuissent leges novo societatis civilis statui et moribus.

Quae quum ita sint, gravissima nuper exarsit quaestio de origine et significatione interpretationum Breviarii. Eas Alarici prudentibus non solum antiqui scriptores, propemodum cuncti, verum etiam recentiores Savigny, Haenel, Raynouard, Betmann, Hollovveg, Dahn, aliique claro ingenio praestantes concedere videntur. Sed Germani iurisconsulti Dernburg et Rudorf ex Gaii libro collectas ibidem interpretationes aliunde provenisse rati sunt. Mox Fitting, hypothesim hanc amplificans, eamque toti Breviario applicans, docuit Alarici delegatos nihil fecisse aliud, nisi recoquere antiquiores romanarum legum interpretationes iis adiectis modificationibus et interpolationibus, quae iuri administrativo et institutionibus iudicialibus pertinerent. Hanc opinionem denique exposuit doctus professor Lecrivain [1] allegans in eius fulcimen argumenta plurima, tam ingenii vi quam eruditionis copia pollentia, praeter ea quae Fitting opitulatus ei comparaverat. Nunc autem ea mittimus, quia non nostrum est, dum subest iudici, tantam componere litem.

Interpretatio in Palimpsesto ab ea non differt quae in editionibus Breviarii frequentatur, paucis exceptis et levis momenti locis, ut postea videbitur.

Idem accidit in Gaii textu qui, quocumque tempore scriberetur, verus non est Institutionum antiqui romani iurisconsulti, sed earum duntaxat breve compendium; omittit enim quae iuri publico, historiae et antiquitatibus iurique privato attinebant. Est igitur ea, qua de agimus, interpretatio iuris a Gaio expositi, sed necessitatibus novi temporis accomodata, et a libro IV *De iudiciis* refugiens. Quod si verum Gaii textum hodie cognitum perspexerimus, ecquis ex eo gliscentes in Breviarium interpretationes aut summatim contrahi neget aut sensu immutari?

---

[1] *Annales du Midi*, n.º 2. Avril, 1889.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Sententiarum Pauli textus verus quonam abierit controvertitur; nostra quidem sententia, latet aut deperditus est. Ab eius vulgata editione non raro discrepat Breviarium, ut suo loco patebit.

II

DE CODICIBUS ET EDITIONIBUS BREVIARII

Exordio immortalis operis, cui titulus praefigitur *Lex romana visigothorum*, clarissimus Haenel distinguit in Breviarii codicibus classes quinque: 1.ª Quae verum et integrum Breviarium continent, quatenus Alarici prudentes scripserunt. 2.ª Quae constitutiones, sententias, rubricas, subscriptiones aut verba omittunt. 3.ª Quae simul farraginem ubilibet immissam comprehendunt. 4.ª Quae Epitomen seu Compendium Breviarii tantum offerunt. 5.ª Quae exiguam Breviarii partem seu fragmentum exhibent. Primae classis duo sunt genera: ad primum pertinent ii codices qui, praeter Breviarium, nihil aliud continent: ad secundum qui aucti sunt compluribus iuris romani anteiustinianei reliquiis.

Primo generi prioris classis codex Palimpsesto transcriptus origine sua pertinebat, et ideo Palimpsestus ipse. Hoc opinamur quoniam praeter Breviarii textum, non est in eo de antiquo iure romano vestigium ullum. Fragmenta quae dolemus amissa non ex defectu transcripti codicis, sed posteriore foliorum evulsione deficiunt.

Absunt etiam in Palimpsesto, alias ob rationes, aliquot leges atque fragmenta seu verba legum: textus tamen collati cum antiquioribus primae classis Breviarii codicibus, reperti sunt quatenus hoc fieri poterat, congruere omnino, si tamen menda excipimus quae evidenter ex librarii incuria aut ignoratione proveniunt.

Ideoque, si textus noster cum illis vetustissimis codicibus congruit, absentia fragmentorum non impedit quominus haec in idem recidant genus.

Inter secundae classis codices Palimpsestum non ponimus, quia, licet in eo quaedam constitutiones aut aliqua earum verba vel sententiae desint, eaedem resecantur in antiquioribus Breviarii textibus, praecipue in illis, qui per eorum compositionem scripturam et alia signa proximiores Alarici aetati fuere. Itaque quum huius regis opus multas additiones temporis decursu receperit [1], antiquiores et genuiniores codices iudicamus qui nullas adiectiones continent. Iurisconsulti Alarici multa ex libris ad compositionem Breviarii adducta reiecerunt, sed postea modo in pristini textus apographis ad usum scholarum traditis, modo in illis qui ad curiae practicam a librariis scribebantur, additae et interpositae fuerunt nonnullae ipsarum legum vel sententiarum, quas compositores Codicis praeterierant quaeque adhuc in earum fontibus remanebant. Hoc factum fuit quidem contra Monitorii Alarici praeceptum, qui omnes leges romanas Breviario non contentas abrogaverat et gravi poena commonendo mulctaverat eos qui aliam legem sive iuris formulam in foro postularent et iudices qui eas reciperent. Sed

---

[1] Codices VII[i] et VIII[i] saeculorum solum Breviarium, plus minusve integrum continent. Codices posterioribus saeculis scripti Breviario adiiciunt alia fragmenta iuris anteiustinianei, aliaque scripta ipsi Breviario aliena, sicut legem Salicam, leges Burgundionum et Ribuariorum, Iustiniani Institutiones, Capitularia Francorum regum, S. Isidori scripta diversa, praecipue librum V *De legibus*, Canones conciliorum, Series Regum Francorum, Glossarium trium linguarum hebraicae, graecae et latinae, tractatum *De re medica* et alia antiqua documenta. Ex his aliisve scriptis nullum vestigium nostro Palimpsesto remanet, et ideo praesumere licet in lacunis ejus, nihil aliud inesse, nisi Breviarii fragmenta.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

nullus effectus eam prohibitionem consequebatur ubi tot additiones Breviario adjectae fuere, quo tempore nullam auctoritatem Alarici Monitorium retinebat et dominatio visigothorum consenuerat.

Ecce nunc perbrevem notitiam Breviarii Codicum et editionum, quibus nostri studium Palimpsesti fulciri debet.

EX SAECULO VII

1. Codex Monascensis in Monachii publica Bibliotheca custoditus.

2. Codex Phillipsii sive Middlchillenus, n. 1761, olim claromontanus, aetate, verborum coherentia, et aliis circumstantiis Monascensi consonans.

3. Codex S. Germani, n. 1278, nationali Bibliothecae Parisiensi addictus.

EX SAECULO VIII

4. Codex nationalis eiusdem Bibliothecae, n. 4403, in Gallia meridionali scriptus. Sunt tamen qui eum abiudicant a saeculo VIII ac IX tribuunt.

EX SAECULO IX

5. Codices eiusdem Bibliothecae, n. 4404, 4405, 4406, 4408, 4411, 4412, 4415, et Supplementa latina 65 et 779 in codice 4406 contenta.

6. Codex Ecclesiae cathedralis Eporediensis *(Ivrea)* in Gallia Cisalpina, a Peyronio viro praeclaro, anno 1843, detectus.

7. Codex Vaticanus Ottobonianus, n. 2225.

8. Codex Montispessulanus in Bibliotheca Academiae medicae Montispessulanae servatus, H. 87.

9. Codex Rosambinus, n. 99 ex quo pars avulsa fuit et codici Parisiensi 4406 adjecta.

10. Codex Bibliothecae Berolinensis, MSS. Lat., Fol. n. 270.

11. Codex Mediolanensis in Bibliotheca Ambrosiana servatus, C. 276.

12. Codex Killeri, ita vocatus ex nomine ipsius possessoris viri perillustris: olim Claramontanus, n. 617.

13. Codex Bibliothecae publicae Bernensis, n. 263.

EX SAECULO X

14. Codex bibliothecae Ducis Coburgo-Gothani, n. 48, olim S.^{ti} Martini ecclesiae Maguntinensis.

15. Codices Vaticani Reginae Sueciae, n. 1128, 1023 et 1048.

16. Codex Bibliothecae municipalis Lugdunensis, n. 303.

17. Codex Bibliothecae publicae Aurelianensis, n. 207.

18. Codex Wallersteinensis in Bibliotheca Principis de Ottingen.

19. Codex Montispessulanus II, n. 136 in ipsa Academia medica supra dicta servatus.

20. Codex Lugduno-Batavus in bibliotheca Universitatis, codicum MSS. n. 47.

21. Codex Bibliothecae Caroli Savigny.

22. Codex regiae Bibliothecae Berolini, n. MSS. latinorum 150.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

EX SAECULO XII

23. Codex Seldeni, ex nomine angli scriptoris Selden saeculo XVIII florentis in Bodleiana sive Seldeiana bibliotheca servatus.

24. Codex Ambrosianus: in Bibliotheca Ambrosiana Mediolanensi C. n. 29.

EX SAECULO XVI

25. Codex Bibliothecae publicae Basileensis C. III, charta scriptus sed ex vetustioribus textibus Breviarii compositus.

Sub his viginti quinque numeris, triginta quatuor Breviarii codices, in extenso continentur scripti. Sed opus est etiam enumerare Epitomas iisdem saeculis exaratas, quae adhuc remanent. Huiusmodi sunt: 1.° Epitome Aegidii, sic vocata quia a Petro Aegidio fuit saeculo XVI edita, quamvis saeculo VIII fuerat scripta. 2.° Epitome in Parisiensis Bibliothecae codice 215, Suppl. lat. contenta. 3.° Epitome Guelpherbytana, in bibliotheca Ducis Weissemburger custodita et supra enumerata. 4.° Epitome in Lugdunensi bibliotheca municipali, codice n. 303, desuper etiam recensito, inserta etsi mutila ex priore parte Codicis Theodosiani et aliis fragmentis. 5.° Epitome Seldeni supra nominati saeculo XII scripta. 6.° Epitome Monachi, cujus nomine dignoscitur, saeculo X in Gallia scripta et in Parisiensi Bibliotheca sub n. 4419 custodita. 7.° Sunt denique tres codices Epitomae quos Cancianus edidit, nempe: *(a)* Codex tabularii metropolitanae ecclesiae Utinensis, saeculo IX scriptum [1]; *(b)* Codex Monasterii S. Galli super S. Hilarii Expositionem Psalmorum saeculo IX rescriptum; *(c)* Codex monasterii B. Virg. Mariae ad Kavariam Pfeffers, hodie monasterio S. Galli translatus.

De Epitome Aegidii quindecim codices supersunt a saeculo IX usque ad XI scripti. Ceterae Epitomae ex IX saeculo etiam procedunt, praeter Guelpherbytanae quamdam partem saeculo VIII scriptam, et Codicem 215 Suppl. lat. cujus scriptura saeculo XI tribuitur. Epitomae Monachi tria sunt exempla: duo in Parisiensi Bibliotheca sub numeris 4419 et 4403, et unum in *Meermani* bibliotheca n. 565.

Breviarii et ejusdem Epitomarum quinque editiones extant. Priorem Epitomen Aegidianam, anno 1517 Lovaini aut Antuerpiae (quia de hoc disputatur) ipse Petrus Aegidius edidit sub hoc titulo: *Summae sive argumenta legum diversorum Imperatorum, ex Corpore Divi Theodosii, Novellis Divi Valentiniani Augusti, Martiani, Maioriani, Severi, praeterea Caii, et Iulii Pauli Sententiis, nunc primum diligentissime excussa, Caesarii iuris studiosis utilitatem allatura non mediocrem, ex vetustissimo archetypo cum gratia et privilegio a Caesare magno augusto Hispaniarum Rege.* Breviarium integrum, licet per summa capita contractum, huic libro inest.

---

[1] Post Canciani mortem Codex Utinensis perditus ferebatur; sed inventum, Walter de novo edidit eoque suum auxit *Corpus juris Germanici antiqui*, Berolini, 1824. In hac Breviarii Epitome, compendium eius Interpretationis tantum continetur, sed non sine verborum mutatione, et aliquando legum. De tempore et loco quibus scripta et evulgata lex Utinensis fuit docti certant. Haenel, Stobbe, Pertile et alii scriptores Saeculo VIII eam tribuunt: Savigny, Bethmann, Holloweg atque Hegel Saeculi noni posterioribus annis, seu decimi primis. Hanc sententiam recenter propugnavit doctus Professor Schupfers contra iuris italici historiographum Pertile quibusdam Memoriis in *Atti della Academia dei Lincei* (anno 1881-83, Romae) evulgatis. Quoad locum ubi lex romana Utinensis scripta fuit et viguit sunt auctores qui eam in Rethia ponunt, sunt etiam qui in Italia et per Italiæ partem promulgatam et scriptam credunt. Nobis autem opus non est de his quaestionibus iudicium ferre: sufficit notum facere quod aliud non est lex ista nisi compendium Interpretationis Breviarii ad usum temporis et loci, crebro locutione et raro mutatione sensus accommodata. Tres sunt codices qui eam continent Codex S. Galli, de quo supra diximus, Codex Utinensis et Codex Monasterii S. Mariae.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Post Aegidium, Almaricus Bouchardus, non integrum Breviarium, sed libros Gaii et Pauli, Parisiis 1525, tantum divulgavit sub hoc titulo: *Pauli Sententiarum cum titulorum omnium indice, in easdemque praefatione recens opus: quod ubi introspexeris, lector vigilantissime, haud te poenitebit quantum fructus in eo decerpseris: summa cum diligentia in lucem foelici omine prodit. An. M. D. XXV.* Bouchardus solum hanc Breviarii partem edidit, reliquarum partium haud ignarus, quoniam in epistola ad Antonium Pratensem, operi suo praevia, dicit: «Dum antiquas officinas explorabam (vidi) Imperatoris leges non mutilas, aut summatim truncatas, quales vulgo circumferuntur, sed integerrimas, cum Novellis Imperatorum Valentiniani, Maioriani et Severi, Codicibus Gregoriano et Hermogeniano, atque Pauli Sententiis et Gaii Institutionibus». Recte igitur, ex his et aliis verbis quae Praefationis in exordio seruntur, sagaci disquisitione colligit Haenel non solum Bouchardo Breviarii Alarici codicem descriptum fuisse, verum integrum etiam ad editionem paratum. Unde Bouchardus textum sumpserit si quaeramus, id ex similitudine et quasi identitate errorum et formularum praestat facillime codex qui in nationali Bibliotheca Parisiensi, n. 4405 signatur, vel potius, qui in eadem Bibliotheca Suppl. lat., numeris 398 et 399, usuveniunt.

Bouchardi consilium Io. Sichardus explevit, qui anno 1528, Basilae, Breviarium praelo supposuit hoc titulo: *Codicis Theodosiani libri XVI, quibus sunt ipsorum Principum auctoritate, adiectae Novellae Theodosii, Valentiniani, Martiani, Maioriani, Severi; Caii Institutionum libri duo; Jul. Pauli Sententiarum libri V; Gregoriani Codicis libri V; Hermogeniani lib. I; Papiniani tit. I. His nos adiecimus ex vetustissimis bibliothecis eo quod ad ius pertinerent et alterius etiam responsa passim in Pandectis legeretur: L. Volusi Metiani liber de Asse: Jul. Frontini lib. de controversia limitum, cum Aggenii Urbici commentariis.* Haec fuit prior et usque ad aetatem nostram, una et correctior Breviarii editio, qua solum textus eius contineretur; quia licet interdum singulae ipsius fuerint editae partes, vel solum Codicem Theodosianum Breviario insertum [1] vel Breviarium integrum multis reliquiis iuris anteiustinianei, ab eo primitus reiectis, additum [2] vel solum textum Theodosianum sine commentariis et ipsis additionibus editores evulgarunt [3].

Talis erat Alariciani Codicis status quum vir doctissimus, scientia historiaque iuris erudi-

---

[1] Tilius anno 1550, Parisiis, Codicem Theodosianum edidit, iuxta Breviarium, sed interpretatione omissa et sub hoc titulo: *E libris Constitutionum Theodosii. A libris priores octo longe meliores quam adhuc circumferebantur, sed ab Alarico rege Gothorum disjuncti, ut vix decima pars in his hodie appareat eorum quae in Theodosiano Codice continebantur. Posteriores vero integri nunc primum post M. annos in lucem revocati a F. Tilio Engolism... Parisiis. Apud Carolum Guillard, M. D. L.* Rarum exemplum libri huius in bibliotheca provinciali Cordubensi custoditur.

[2] Hoc fecit Cuiacius in editionibus suis sub hoc titulo: *Codicis Theodosiani libri XVI, quam emendatissimi adjectis quas certis locis fecerat Aniani interpretationibus. Ex his libris nunc primum integri prodeunt VI, VII, VIII, XVI. Ceteri aucti sunt innumeris constitutionibus Novellarum Theodosii, Valentiniani, Martiani, Maioriani, Severi Libri V cum Aniani interpretationibus. Ex his etiam Novellis multae tenebrae auferuntur. Tituli ex Corpore Gregoriani et Hermogeniani, et multo plures, quam prioribus editionibus haberentur. Ex Gaii Institutionibus liber. Iulii Pauli Sententiarum Receptarum ad filium libri V, cum Aniani interpretationibus et auctiores et castiores quam antea fuerant. Papiniani liber responsorum qui etiam nondum fuerat editus. Item Notae juris a Magnone collectae. Haec omnia curante Iacobo Cujacio, Lugduni*, 1566. De hoc libro aliae editiones apparuerunt, etsi non semper cum priore omnino congruentes, anno 1586 Parisiis, eodem anno Aureliae Allobrogum, 1593 Lugduni, 1607 Parisiis. Omnia quae Cujacius textui Sichardi adiecit, Breviario alienae erant, praeter pauca et brevissima fragmenta. Et quoniam fontes unde hauserat raro aperit, difficile est disquirere quid ex vero et genuino Breviarii textu, et quid aliunde provenerit.

[3] Cum commentariis et notis criticis, celeberrimus et iuris peritissimus Iacobus Gothofredus Codicem Theodosianum edidit omnibus eiusdem legibus eousque cognitis locupletem et recensione visigothica. Editio haec, quinque magna volumina occupans, prodivit in lucem Lugduni 1665. Eumdem textum cum emendationibus et nonnullis in Gothofredum animadversionibus, Ritterus de novo edidit, Lipsiae 1740, postea vero Mantuae et Venetiis. Commentariis Gothofredi et interpretationibus visigothicis omissis, Beckius, in *Corpore iuris anteiustinianei*, textum Codicis auxit, perpolivit et anno 1815 Berolini evulgavit. Peyronus denique, ipsum Beckii textum cum correctionibus et additionibus, anno 1824 de novo edidit.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

tissimus, postquam in lucem edidit verum textum Codicis Theodosiani hactenus cognitum, notis criticis abunde refertum, aliisque de iure tractatibus operam navavit egregiam, tandem, consilio Savigny, opus difficile aggreditur, novam editionem Breviarii cum textibus quotquot aderant ipsius manuscriptis collatam. Ob hunc assequendum finem multas Europae regiones perambulavit, diu et accurate scrutatus publicas ac privatas bibliothecas, quibus aut codices Legis romanae visigothicae aut eorum fragmenta seu partes inveniebantur. Ita nactus est ex codicibus, qui verum ac purum Breviarium continent, exempla decem: ex codicibus quibus vero Breviario reliquiae iuris anteiustinianei iunguntur, exempla undecim: Praeterea vidit Haenel viginti tria exempla quibus legum inscriptiones, subscriptiones aut verba multa deerant; quinque quae tantum locorum Breviarii farraginem continebant; viginti quatuor quae Breviarii Epitomen tantum afferunt, et novem quae solum Breviarii exiguam partem continebant. De hisce omnibus codicibus Haenel accuratam notitiam dedit, quia eorum plures per se inspexit, ceterosque per alienam inquisitionem cognovit. Beneficio huius laboris novem et septuaginta codices hactenus praeferuntur quibus Breviarium vel eius compendium aut diversa fragmenta servantur.

Omnibus his textibus attente recensitis et collatis, Haenel opus suum struxit, praesertim sequutus codices, quos Sichardus, Bouchardus et Tilius evulgavere. Titulos et leges paucis tantum codicibus insertos non omisit, eorum originem indicans. Omnia, quae a librariis evidenter omissa, novata aut corrupta erant, accurate indicavit. De unaquaque constitutione vel lege diligenter inquisivit quibusnam codicibus integra erat, quibus mutila et quidbus superfluens. Omnes interpretationes notavit quae sensum mutabant, auxerant aut falso exposuerant. Scripturae diversitates et grammaticales errores codicum recte omisit et orthographiam verborum compendia atque interpungendi signa, ad nostri temporis modum scribendi revocavit, praeterquam in Epitome S. Galli cuius scripturam, ut in codice est retinuit.

Coram Breviario integro Epitomen eius Haenel apposuit: primum textum Aegidii, a vitiis purgatum, qui admodum cum plerisque codicibus cohaerebat: postea Parisiis Supp. lat. 215, textum *Scintilla* nuncupatum: Guelpherbytanam Epitomen, quam orthographiam singularem, scripturae compendia et alia non communia signa retinuit: Epitomen Lugdunensem: Epitomen Monachi, cum eius singulari prologo quem auctor compendii scripsit: Seldeni Epitomen qua Gaius et Paulus tantum comprehenduntur: Epitomen denique S. Galli qua fideliter retinentur et transcribuntur scripturae compendia, orthographia et interpunctiones ex ipso codice desumptae.

III

DE INVENTIONE PALIMPSESTI ET DE STATU BREVIARII INDE ERUTI

Postquam de Breviarii compositione et ejus codicibus summatim egimus, ut facilius quae de Palimpsesto dicenda sunt intelligantur, ejus inventionis historiam narrare debemus et statum nostri Breviarii delitescentis exponere.

Anno 1887, quo tempore literariam missionem Caesareae Academiae Vindobonensis socius eius praeclarus Rodolfus Beer, palaeographus peritissimus, diligenter in Hispania explebat, publicas et privatas bibliothecas scrutabatur; et cum in nostra Legionis civitate sisteret, archivium Capituli Cathedralis perlustravit antiquum aeque ac nobile. Inter membrana et vetus-

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

tissimas chartas illic custoditas, codicem membranaceum invenit sub titulo *Eusebii historia*, cuius in membranis plurima erasae scripturae vestigia deprehendit. Manebat itaque sub Eusebii textu alter, quasi emortuus, atque in vitam substantiis chimicis revocandus quem doctus et diligens Beer ita illico patefecit ut duplicem esse traderet, hinc divina utriusque Testamenti scriptura, inde vero legali Romano-visigothica conflatum. Dimidium facti qui coepit habuerat; videbat porro tam sibi quam Capitulo cathedralis ecclesiae parum hac detectione prodesse nec progredi ultra posse, nisi primaevum textum recuperarent, qui erat labor non minus difficilis quam dispendiosus et ipsius Capituli prorsus excedens vires. Quare, sapiens inventor detectionem suam Regiae nostrae Academiae denuntiavit, ut de ea certior operi parando ac perficiendo suppetias ferret.

Academia vero, quae nihil ad historiae Hispanae monumenta servanda atque illustranda intentatum relinquit, decrevit adducere ad se Palimpsestum ipsum, ex deleta huius scriptura reficere textum legalem eumque studio eruditorum traditum in lucem edere. A Capitulo cathedrali, codicem rescriptum in commodato, pactis securitatis conditionibus, ad breve tempus obtinuit. Primum opus erat revocare ad vitam et accurate promere Breviarii textum deperditum, iacentemque sub alio, quin tamen is deperiret. Palaeographus peritissimus D. Jesus Muñoz, litteris hodie infauste raptus, idipsum studiose ac diligenter perficiendum curavit [1].

Sunt in hoc codice viginti praeter unum fragmenta Breviarii Alariciani; quae quidem foliis tercentum viginti tribus continentur; fragmenta vero quae desunt, nonaginta tribus foliis exarata proculdubio fuere. Nec tamen id in nostro accidit quod in aliis rescriptis codicibus, quibus una parte avulsa, altera suo loco manebat. Monachus enim, sive librarius, cui Eusebii historiam transcribendi cura demandata est, membranis carens aut volens sibi in sumtu temperare, folia, ex codice sacrorum Bibliorum primum avulsit postea ex Breviario Alariciano, et in eis antiquam scripturam obliterans vel radens, inordinate, quod sibi mandatum erat exegit. Forsitan mutili jam existebant illi vetusti codices, quorum membranas rescripsit; nec remanebant ex biblico nisi folia pauca, neque ex Breviario textus integer. Librarius igitur folia indiscriminatim quae ad manus habebat deprehendit, ac desuper Eusebii Historiam rescripsit. Ideoque pristina scriptura, quam refecimus, adeo truncata et inordinata apparuit, ut non parvi laboris fuerit, habita lacunarum ratione, fragmenta suo quaeque loco reponere.

Desideramus itaque in Palimpsesto: Commonitorium, quo rex Alaricus auctoritatem suo Codici contulerat: tres priores libros Codicis Theodosiani: alia parva fragmenta in posterioribus libris ipsius Codicis: Gaii Institutionum, Paulique Sententiarum et Novellarum Imperatorum diversa fragmenta, et omnia quae de Codicibus Gregoriano et Hermogeniano Papinianique scriptis continet Breviarium. Haec omnia fortasse aderant in Codice nostris membranis transcripto; sed affirmari nequit ut iam praetulimus, an tempore rescriptionis Codex Legionensis in integrum remansisset, an vero non. Neque sciri potest si Commonitorium Alarici ipsi Codici inesset, cum subsistant plurimae Breviarii antiqui descriptiones [2], quae illud omit-

---

[1] Consilio videlicet et auctoritate Commissionis ad hanc parandam editionem ab Academia constitutae. Huic dedere nomen praeter nos, qui subscribimus, D. Aurelianus Fernandez Guerra, D. Joannes Rada et Delgado, D. Emmanuel Danvila, D. Marcelinus Menendez Pelayo et D. Eduardus Hinojosa; qui omnes, ne quid de nobis dicamus, mandatum Academiae distributa sibi portione gnaviter adimpleverunt.

[2] Alarici Commonitorium non invenitur nisi in viginti quinque Codicibus supra dinumeratis; plures igitur eo carent. Neque accuratissimus Sichardus illud sua editione recensuit, ex quo inferri potest abfuisse idipsum in quatuor Codicibus ex quibus textum editum composuit.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

tunt; nam in codicibus apud Galliam scriptis sive dominationi visigothorum mancipatam, sive sub potestate Francorum regum positam, levis momenti erat *Auctoritas* vel *Monitorium* Alarici. Quia licet illi reges ius romanum subditis suis romanis retinuerant, hoc non propter reverentiam Principum, qui illud promulgaverant, fuit decretum, sed ad expediendam dominationem in populos noviter subiectos. Dubium nobis non est quoad omissionem trium priorum librorum Codicis Theodosiani in Palimpsesto, quia in codicibus fere omnibus inveniuntur. Etsi nonnullis principium huius Codicis deest, illi sunt ex quibus integri foliorum quaterniones avulsi erant, et cum ipsis, priorum librorum pars abiit [1].

Fragmenta quibus caret Palimpsestus alia trium generum sunt: 1.° Quae per foliorum defectum absunt et non pauca notantur: 2.° Quae per textuum absentiam vetustissimo codici in Palimpsestum translato defuerant, tunc enim Breviario adiecta non erant, ideoque a librario nostro minime adscribi poterant: 3.° Quae aliam causam non agnoscunt, nisi ipsius scriptoris errorem aut incuriam.

Primi generis lacunae in Palimpsesto quinque et viginti sunt; fragmentorum autem existentium viginti quatuor est numerus. Maxima omnium lacuna prima est in ordine, qua, ut diximus, tres priores libri Theodosiani continebantur: decimaseptima, compaginem septem foliorum amplexa, quibus inerant posterior pars tituli secundi et sequentes tituli Novellarum Valentiniani usque ad principium decimi: et vigesima quinta quae viginti tres foliorum defectum promit quibus continebantur finis tituli 5, tituli 6 ad 13 libri IV atque integer liber V Sententiarum Pauli, fragmenta Codicum Gregoriani et Hermogeniani, Papinianique Responsum. Praeter has magnas lacunas, dinumerantur in Palimpsesto una trium foliorum, sex duorum, ac demum octo ex foliis totidem resilientes. Desunt ergo in totum tria et nonaginta folia.

Quid nobis has ut lacunas compleremus, facere opus erat? Dubitavimus an necesse esset eas omnino supplere cum Breviarii textu edito, an sufficeret eas indicare, aperiendo quid ipsae celant. Quum Academiae scopus non sit novam hispanicam Breviarii editionem evulgare, quoniam officii sui non est reproducere opera multoties excussa et universaliter cognita, sed hispanicas res illustrare novellis documentis et peregrinis notitiis, operae pretium fore non credimus fragmentis noviter inventis addere textus qui diversis editionibus extant et a nostro Palimpsesto disiecti exulant. Verumtamen lacunarum simplex notatio, in principio aut in fine cuiuscumque legis, intellectum eius solet premere, quum non habeat lector coram se deficientem textum, quod crebro accidit. Itaque inter has solutiones extremas, media incedemus via. Mutilas leges integramus et quas omnino abesse videmus, indicamus tantum numeris et rubricis titulorum, quibus secundum Haenelis textum inveniuntur.

Si novam et expletam Breviarii editionem evulgare conaremur, nobis non sufficerent Haenelis eruditissimi studia, quia opus esset codices quos ipse vidit aut descripsit noviter perscrutari et cum Palimpsesto accuratius conferre, exteras bibliothecas funditus explorare, investigationem denique magna ex parte iterare, cui Haenel viginti annos laborum et peregrinationum impendit. Cum nobis id non liceat, satis erit si, ratione Breviarii habita, novum eius textum seu maiorem ipsius partem propatulo demus et conferamus cum eo cui, sapienter exposito, detulit Haenel omnium laborum eius maturum fructum. Et quoniam ille patienter nota-

---

[1] In Codice Lugdunensi n.° 303, deest prior pars Cod. Theod. usque ad tit. 1.m, lib. III. In Codice Phillippsii liber I ipsius Codicis abest, usque ad c. 2, tit. II, et sic de ceteris in hoc vel in aliis Breviarii locis.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

vit praecipuas varietates quae inter textus excussos et codices inveniuntur, et lectionem praetulit quam genuiniorem aut correctiorem credidit, ita fiet ut nostra collatio, etiamsi non adimpleat omnia eruditorum vota, non parvae tamen utilitatis erit ad criticum studium Legis Romanae Visigothorum.

Exemplum Haenelis sequentes, aliquid etiam nostro textui addimus quod in vetustis Breviarii Codicibus et ejus editionibus non nisi raro invenitur. In illis, ut in Palimpsesto, libri et tituli frequenter numerantur, non autem leges aut sententiae, quae unoquoque titulo continentur [1].

Haenel vero quo Breviarii usum expediret, non solum legibus et sententiis numeros apposuit, sed etiam divisit paragraphis numeratis Imperatorum Novellas, quae praecepta diversa comprehendunt. Nos autem hoc idem facimus.

Textus Palimpsesti cum Haeneliano collatus, alias omisiones profert, quae non ex avulsione foliorum procedunt, sed ex aevo quo prior transcriptus fuerat. Nam, ut supra innuimus, post dominationem Visigothorum in Gallia, et si Breviarium in vigore apud Romanos remansit, Commonitorium tamen Alarici, quo sub gravibus poenis de foro et scholis omnes leges Breviario alienae reiectae sunt, auctoritatem et effectum ultra non habuit. Hoc necesse est concludere ex varietatibus, in exclusione vel inclusione legum, quas Breviarii manuscripta illius aetatis exhibent. Non credimus, sicut quidam moderni germanici scriptores, fuisse a Carlomagno Codicem Alarici refectum, sed ex eo quidem tempore multis legibus quas consulti visigothici suppresserant auctum. His vero interpolationibus et additionibus ansam praebere debuit consuetudo, quam docti quidam scribunt statutam fuisse (si certa est) non admittendi in iudicio litigatores, qui suis in actionibus, non proferrent textum legum, cuius applicationem postulabant [2]. Si huiusmodi usus invaluit, consentaneum erat ut multiplicibus Breviarii apographis, quibus modo ad utilitatem litigantium, modo ad locupletandum textum, quo scholae utebantur, aliae leges insererentur; immo etiam nonnullae Imperatorum constitutiones Pauliique sententiae, quas visigothi reiecerant, a librariis interpolatae esse potuerunt. Itaque multi sunt codices, quibus non solum constitutiones et sententiae additae sunt, sed etiam Novellae Imperatorum quorum nomina pristino Breviario non ferebantur, quaedam etiam leges barbarorum, aliaque scripta historica nedum iuridica, a lege Romana Visigothorum prorsus aliena [3].

---

[1] Haenel affirmat adesse nonnullis Breviarii veteribus apographis quodammodo legum numeros; quod ut probet, citat codicem Parisiensis Suppl. lat. 215, saeculo X aut principio XI scriptum, Epitomen Guelpherbytanam VIII^{i} aut IX$_{i}$ saeculi, et Codicem Lugdunensem postremis lustris saeculi octavi aut prioribus noni scriptum.

[2] Infirmum credimus huius opinionis fundamentum. Gaudenzi peritissimus auctor, fuit primus qui eam invexit, id ratus quod in medio aevo crebro iudices textum legum non possidebant, utpote quia earum exhibitio ad litigatores pertinebat quoties applicationem postularent. Hanc ille peregrinam notitiam fulcire conatur quoniam nimis sumptuosa manuscripta fuere; quare, aequum videbatur onus adquisitionis eorum, non in iudices, sed in litigatores delabi. Sed hoc argumentum admitti posset dummodo facto exhibitionis Codicis probato eiusdem exhibitionis causa quaereretur, non vero quum sit ipsius facti comprobatio quae desideratur. Eam etiam invenire censet Gaudenzi in lege Recesvinti alio loco recensita (9, tit. I, lib. II, For. iud.) qua punitur litigator qui iudici pro quocumque negotio, alium legum librum obtulerit, praeter ipsum Forum, ab illo rege correctum et noviter evulgatum. Sed *librum legum iudici afferre*, quae verba illius legis sunt, non significat librum litigatoris proprium exhibere, sed allegare in iudicio leges quodam libro insertas. Eamdem prohibitionem Chindasvintus statuerat, in lege 8 ipsius tituli, quum Codicem visigothicum reformavit et communem omnibus subditis suis fecit; quocirca Recesvintus nihil aliud fecit nisi confirmare praeceptum patris sui, addens tantum poenam, anteriore lege omissam, quam eius infractores subire tenebantur.

[3] Codex Parisiensis 4403, saeculo nono scriptus, nonnullas Theodosiani constitutiones et Pauli sententias diu quidem cognitas, sed a Breviarii compositoribus reiectas admisit. Codex Parisiensis 4404 Breviario annectit Legem Salicam et Leges Alamannorum et Ribuariorum. Codex Vaticanus Reginae Sueciae 1128,

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Breviarii textus non fuit quidem Palimpsesto adductus ex illis qui lapsu temporis aucti sunt; sed is erat, quem ex antiquioribus apographis pristini textus novatores adhuc non attigerant. Nam primo idem Palimpsestus, potius cum vetustioribus codicibus ab Haenel inspectis congruit, quam cum recentioribus cognitis. Hoc inferri deinde potest quia nullus illi est aliorum iuris anteiustinianei locorum, praeter quos Alarici prudentes excerpserunt. Lex singularis, quam Flavius Theudis rex Codici Theodosiano iussit inserere, non de antiquo iure romano, sed de novo visigothico peragebat, ut postea videbitur. Lege hac probatur textum Palimpsesti neutiquam huius membranis fuisse traditum ante postremos Theudis regnantis annos, ideoque longe post Breviarii promulgationem. Quo autem anno codex noster scriptus fuerit designari nequit, sed de eius forma et scriptura, qua litterae minusculae et unciales commixtae sunt, id ferri potest quod ultimis saeculi VI lustris, aut prioribus VII concedatur. Haenel, qui tot bibliothecas exploravit, Breviarii codices requirens, nullum alium vetustiorem reperit. Tres antiquiores, quos vidit, Monascensem Phillipsensem et S. Germani scriptos credit, primum saeculo VII aut ad finem VI, ceterosque indubitate saeculo VII. Unde Monascensis codex antiquitus procederet et quomodo ad Germaniam pervenisset ignoratur; attamen si descriptionem, quam de eo fecit Haenel, cum Palimpsesto conferamus, similitudinem inter utrumve animadvertemus. Codex Monascensis cum Pauli libro V explicit, sicut et noster, tametsi foliorum defectu, ultra eius librum IV non progreditur. Orthographia et erroribus orthographicis alteruter codicum congruunt, quin etiam in usu virgularum, plerumque curvatarum ad compendia verborum significanda. In duobus hisce codicibus, vocabula sine interpunctione coniunguntur. Et quoniam Phillipsii Codex, non solum aetate, sed etiam verborum cohaerentia compendiisque, interpungendi signis et orthographia, non differt a Monascensi huic etiam codici Palimpsestus, iisdem circumstantiis cohaeret. Hac tamen paritate non concludimus alterum ex altero fuisse transcriptum, sed eorum coaevam antiquitatem et communem fortasse originem.

Licet Palimpsestus eo tempore scriberetur quo adhuc Breviarium novis iuris anteiustinianei locis auctum non fuerat, in id incidit quo nonnullas leges barbaras aut earum fragmenta, vel novas regum leges librarii Breviario solebant adiicere. Lex Theudis inserta codici nostro, non solum hoc factum confirmat, sed etiam potestatem qua reges visigothi, sicut alii reges barbari fungebantur, augendi et reformandi romanarum legum Codicem, collatis ideo non antiqui ipsius iuris reliquiis [1], sed novellis et novissimis legibus.

Quod si aliae demonstrationes praesto non essent, vel ex ipsa Theudis lege concludimus

---

saeculo X exaratus, Breviario adiecit Theodosiani quasdam constitutiones, titulos ex Corpore Ulpiani depromptos et Leges Burgundionum, Ripuariorum, Alamannorum et Salicam. In Codice Coburgo-Gothano inventae fuerunt Pauli sententiae *de iudiciis*, quas raro exhibent alii Codices. Codex Montispessulanus, saeculo IX scriptus, copiosam Appendicem continet, veteribus iuris locis, a Visigothico spretis instructam. Codex Parisiensis Suppl. lat. 65 Breviario annectit Iustiniani Institutionum fragmenta, cum glossa Accursii et Leges Burgundionam et Salicam. In Codice Kelleri sunt multae Pauli sententiae, quae alicubi absunt, et sex Maioriani Novellae, quas Visigothi recusaverant. Nec desunt codices qui permisceant cum his iuris locis, scripta theologica, historica, litteraria et scientifica, velut librum I Isidori *de legibus*, acta et canones quorumdam Conciliorum, Glossarium latinae, haebraeae et graecae linguarum, formulas iudiciales et tractatum *De re medica*.

[1] Iuris anteiustinianei fragmenta transcursu temporis Breviario adiecta non fuerunt auctoritate regia sed iurisconsultorum seu librariorum arbitrio. Hi vero quaedam fragmenta ipsorum Corporum ex quibus Breviarium conditum erat, omissa invenientes, deesse crediderunt eademque reposuerunt auctoritate propria. Textus et alia documenta legalia quae in ipsis voluminibus Breviario addita reperiuntur, tribui non debent nisi librariis seu illis qui transcriptionem codicis ordinabant et hoc forte quia nihil innovare in iure iudicabant; nam quidquid addebant, illud eo tempore et singulis regionibus, ius etiam erat.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

neque Palimpsestum, neque illum ex quo desumptus est codicem numerari debere inter authenticos ab Aniano subscriptos descriptosque ab exemplo in Thesaurum regium reposito, qui missi fuerunt Comiti Goiarico et provincialibus rectoribus.

Neque possibile fuit exempla a Goiarico signata, tot adeo scripturae erroribus depravari, quot in Palimpsesto apparent. Innumera huius menda oriuntur ex affinitate verborum cum vero eorum sonitu, quod sane indicat fuise codicem nostrum viva voce dictatum illatumque imperiti librarii auribus. Erat ergo probabiliter codex noster unus inter plurimos qui saeculo VII in usum iuris peritorum deducebantur.

Ubi scriptus fuerit aperto non liquet; sunt tamen nobis indicia vehementia de hispana eius origine. At vero tot inter codices Breviarii atque Epitomarum, quos Haenel recensuit, in Gallia plures inventi fuerunt, nonnullique in Germania et Italia, nullus vero in Hispania. Post accuratam exquisitionem rescivimus publicas nostratum bibliothecas omnes carere undequaque codicibus aut antiquis libris Breviario attinentibus. Nullum hac de re manuscriptum custodiunt; ad libros autem excussos quod attinet, Bibliotheca nationalis unum Sichardi exemplum possidet, et Cordubensis provincialis bibliotheca aliud Tilii operis exemplum instar Codicis Theodosiani desuper recensitum, et Bradrylogon totius iuris civilis [1].

Sed haec inopia qua laborant bibliothecae nostrae, et simul copia qua praestant gallicae, licet primo adspectu extranea videatur, miranda non est, si nostrarum legum historiam consulimus. A rege Francorum Clodoveo e Septimania visigothi post mortem Alarici in praelio, anno 507 reiecti sunt; nec tamen Breviarii auctoritas in foro et in scholiis ibi obsolevit quoad romanos quibus promulgatum fuerat. De eius usu et auctoritate in Gallia meridionali sunt exempla plurima. Adhuc in nonnullis Italiae regionibus, Breviarium viguisse probabile creditur; ideo quia una ex eius Epitomis in Rethia scripta, deprehenditur, quam Benedictus Levita et Reginus pro iuridicis eorum operibus tractaverunt.

Diversa omnino sors obtigit in Hispania Breviario; quod quidem de iure viguit sub dominatione visigothorum regum, simul cum Eurici Codice, quo visigothi regebantur; sed duplex regimen non perduravit apud Hispanos. Breviarium anno 506 fuit evulgatum; invaluit ad dominatum usque Chindasvinti, qui incepit anno 641 et finivit a. 650, post abrogationem romanarum legum. Ideoque Breviarii imperium in Hispania tantum 144 annos complectitur; longe plures, ferme sexcentos videlicet, in Gallia [2].

---

[1] Ecce titulum hujus operis, quod Haenel non recensuit: *Bradrylogos totius juris civilis sive Corpus legum: item Institutiones T. Gaii juriscons..., &. Dom. Ulpiani ex toto scriptorum ipsius Corporis tituli undetriginta. Quibus accesserunt Jul. Pauli Sententiarum receptarum ad filium, libri quinque, antea typis non commissi. Lugduni. Apud Ludovicum Pesuat* 1557. *Cum privilegio Regis.*

[2] For. jud. l. 8, tit. I, lib. II. Chindasvintus, posteaquam in Codice unico refuderat omne iuris corpus visigothis et romanis commune, *alienae gentis leges ad exercitium utilitatis permisit et ad negotiorum discussionem prohibuit.* Suevicae ae Byzantinae regionibus alludens, cunctam sibi subditam gentem nolebat *sive romanis legibus, seu alienis institutionibus amodo amplius convexari.* Verumtamen critici scriptores, docti illi quidem, negant Breviarium abrogatum hac lege fuisse, quam Recesvintus tametsi confirmavit, illibatam sensu reliquit. Praeclarus Daniels (*Handbuch der deutschen Staats und Rechtsgeschichte*, 1, pag. 22) docet prohibitionem hanc a Chindasvinto latam ad ius iustinianeum praesertim, Codicem et Novellas referri, non ad Breviarium; quapropter affirmat codicem visigothicum numquam fuisse ulla lege abrogatum. Sed pace tanti viri, ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.

Quare Augustus Gaudenzi, fontium iuris investigator peritissimus fatetur (*Antica compilazione di Diritto romano e visigothico*, p. 62) abrogationem Breviarii; non tamen eam tribuit Chindasvinto neque Recesvinto, sed Reccaredo converso ad catholicam fidem; neque enim, cum Chindasvinti lex emanavit romanarum legum prohibens usum, tum fuit edita, utpote quia iamdiu uno simul iure Hispania regebatur. Quodnam vero testimonium de hoc usque nunc ignoto facto Gaudenzi profert? Nullum. Esto quod nonnulli scriptores neoterici affirmant, alii negant, visigotharum legum Corpus a Leovigildo promulgatum, Reccaredum, in parte religioni atti-

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Quid mirum igitur si quamplurimos Breviarii Codices in ea natos Galliarum regione dicimus ubi nunc asservantur? Quid mirum etiam si, nullo hactenus in Hispania reperto, se tandem extulerit Palimpsestus quasi *rara avis*, suo cinere rediviva?

In Hispania Breviarium ab exsequutione arcebant eiusmodi difficultates, quas ipse Chindasvintus aliquatenus declaravit [1]. Cuius generis hae difficultates fuere nec ipsa lex, neque historia portendunt. Credimus iis se regem voluisse difficultatibus extricare, quas ad compagem diversarum origine gentium dupla legislatio intendebat. Ipsa porro lex Chindasvinti ne hoc quidem plane efficere potuit ut romanas in foro et litigatores et iudices praeterirent. Ideo Recesvintus, Chindasvinti filius, novam tulit legem [2], qua triginta auri libras Fisco persolvere coguntur tam litigatores qui praeter Forum iudicum alium inveherent librum, quam ipsi iudices qui vetitum librum, eo sibi consilio porrectum, non disrumperent. Sub harum legum imperio Alarici Breviarium quasi nervis et ossibus destitutum apud nostrates elanguit. Corpus iuridicae doctrinae, non autem iuris, Breviarium evocari *ad Scholia*, sive commentationes, Recesvintus permisit, modo ne id fieret ad novellarum legum confutationem. Post mortem Recesvinti, quae contigit anno 669, vix ac ne vix quidem operae pretium erat Hispanis, qui sibi istam adsciscerent novis editis exemplaribus, oscitantem et dormitantem Breviarii sapientiam. Suppetebant ad usum, in dies rariorem, siquando tractandi erant, vetusti codices, despectu Christianorum aeque pessumdati ac Muhamedanorum barbarie.

III

DESCRIPTIO PALIMPSESTI ET PATRIA.

Erasi Breviarii quae supersunt fragmenta codex Legionensis, sub dimidium saeculi IX rescriptus, ad seriem eorum propriam restituta ita exhibet [3]:

—; 185, 65, 64, 183; —; 88, 101, 102, 173; —; 107, 108, 89, 80, 127, 166, 31, 34, 171, 130, 81, 70, 137, 160, 123, 118, 161, 136, 75, 86, 103; —; 180, 175; —; 106, 91, 15, 153, 126; —; 131, 152, 19, 158, 139, 82, 51, 46, 79, 134, 163, 104, 129, 122; —; 119, 128, 105, 179, 63, 162, 93, 100, 159, 66, 176, 96, 178; —; 177, 97; —; 24, 33, 32, 25; —; 172, 135, 142; —; 147, 138, 165, 90, 116, 74; —; 7; —; 87, 112; —; 94, 111, 114, 99; —; 113, 146, 157, 168, 55, 58, 169, 164, 143, 98, 109, 50, 151, 154, 47, 116, 95, 56; —; 167, 17; —; 184, 57; —.

---

nente correxisse, visigothorum conversionis causa: concludi ex hoc nequit ut rex ille dicatur eidem iuri civili religioni alieno, adstrictos voluisse omnes sibi subditos romanos et visigothos. Si conversio illa ad civilium legum reformationem seu renovationem locum dedisset, historia tantae molis factum non obtegeret, quemadmodum divus Isidorus silentio minime obduxit novitates a Leovigildo arriano, in legislationem inductas. Religiosa unitas unitatem legislationis expedivit, sed statim eam constituere non decuit; uno verbo si eam constituisset, lex Chindasvinti ab omni rationabili utilitate careret. Eccur leges alienae gentis abrogasset, quae a longo tempore in usu non erant? Si Reccaredus novum Codicem struxit, manuscriptum eius latet aut perivit. An Fori judicum leges *Antiquae* vocatae ex illo Codice proveniant apud doctos disputatur, quia demonstratione eget. An etiam fragmenta visigothicarum legum a Blhume transcripta, ex quodam Palimpsesto, Bibliotheca Parisiensi custodito, partem illius Codicis facerent, ipse Blhume, Merkel et Stobbe affirmant, quamvis Fratres Maurini, quorum bibliotheca primitus Palimpsestum servabat, Dahn et Haenel negant, quia putant fragmentum illud pristino Eurici Codici pertinere. Quid plura? Quocumque tandem devehatur harum quaestionum solutio, nihil profecto contra abrogationem legum romanarum a Chindasvinto opponitur, quia nec in legibus Fori iudicum *Antiquis*, neque in Palimpsesto Parisiensi aliquid de abolitione iuris romani anteacta dicitur.

[1] L. 8, tit. I, lib. II, For. iud. Haec lex, sicut fere omnes Fori iudicum, quo tempore data est non signatur.

[2] L. 9, tit. I, lib. II, For. iud.

[3] Folia codicis notamus numeris; lineis lacunas Breviarii.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Caetera folia pariter erasa, quorum tamen aliquot integre reviviscere fecimus, lacinias sacrorum Bibliorum, ex recensione Isidoriana saeculo VII scriptorum, turbato etiam ordine prae se ferunt, videlicet: Numerorum librum, Deuteronomium, Ezechielem; III Regum, Deuteronomium iterum, Actus apostolorum (cap. VII), Ieremiam, II Machabaeorum, Isaiam, Ieremiam rursus, II ad Corinthios, II Machabaeorum iterum, iterumque Actus apostolorum, I Ioannis, Pauli ad Ephesios, II Paralipomenon, Oseam, Ezechielem. Par in utroque Palimpsesto est litterarum conformatio, adeoque eidem proxima aevo; ast eae litterae, quarum agmen ingens sacra Biblia efformabat, altitudine ac latitudine breviore arcentur. Ac nae illi vehementer errant, qui Italicam pristinam a sancto Augustino laudatam recensionem isto ex codice sibi visi sunt deprehendere; nam et prologos librorum a sancto Hieronymo et Vulgatam ab eo versionem talem usurpat, qualem sanctus Isidorus post Licinium Baeticum complectebatur, atque omnis inde Hispania recepit.

Jam si reciprocus a nobis quaeritur utriusque Palimpsesti conspectus generalis, non intimo rerum sed foliorum ordine perspicuo decurrens, is huiusmodi est:

Sacra Biblia.	*Lex romana visigothorum.*
1, 2, 3, 4, 5, 6.	7.
8, 9, 10, 11, 12, 13, 14.	15.
16.	17.
18.	19.
20, 21, 22, 23.	24, 25.
26, 27, 28, 29, 30.	31, 32, 33, 34.
35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45. .	46, 47.
48, 49.	50, 51.
52, 53, 54.	55, 56, 57, 58.
59, 60, 61, 62.	63, 64, 65, 66.
67, 68, 69.	70.
71, 72, 73.	74, 75.
76, 77, 78.	79, 80, 81, 82.
83, 84, 85.	86, 87, 88, 89, 90, 91.
92.	93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100, 101, 102, 103, 104, 105, 106, 107, 108.
109, 110	111, 112, 113, 114.
115..	116.
117..	118, 119.
120, 121.	122, 123.
124, 125.	126, 127, 128, 129, 130, 131.
132, 133.	134, 135, 136, 137, 138, 139.
140, 141.	142, 143.
144, 145.	146, 147.
148, 149, 150.	151, 152, 153, 154.
155, 156.	157, 158, 159, 160, 161, 162, 163, 164, 165, 166, 167, 168, 169, 170, 171, 172, 173.
174.	175, 176, 177, 178, 179.
180, 181, 182.	183, 184, 185.

Computantur igitur pro sacris bibliis folia rescripti codicis octoginta; centum vero et quinque pro Breviario Alariciano.

Hanc foliaturam ea librarius arte sortitus est est ut membranas utrorumque codicum vetustiorum, aut erasas aut eradendas, coram se statuens, indiscriminatim arriperet; mox earum singulis per mediam latitudinem complicatis, tot sibi efficeret quaterniones quot satis ad opus erant. Id sane consilii ceperat ille et complevit ut quam prae oculis habebat ecclesiasticam

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Eusebii historiam, a Rufine latine divulgatam et auctam, in eosdem quaterniones apte clare pulchre refunderet, transverso calamo novas antiquitis litteras intermiscens. Hoc autem contigisse medio vel iam declinante IX saeculo, ipsius visigothica, sive ex hac profluens hispanica scriptura nos docet, cuius exempla photographica Paulus Ewald et Gustavus de Loewe, viri praeclarissimi, orbi litterario edidere [1]. Est ergo Palimpsestus noster manifeste patria hispanus; atque ibi rescriptus ubi, ut fert probabilis ratio, iamdiu bini codices, ex quibus iste efflo-
ruit, altissimas egerant radices.

Verumtamen, nequis nos in re tam gravi definienda leviores putet, subiectam nobis ob oculos ac tibi, amice lector, describemus paginam phototypice haustam ex Palimpsesto Legionem remisso. Eam nobis rogantibus effecerunt atque obtulerunt D. Sebastianus Urra et D. Eligius Diaz Ximenez, sodales Academici Legionenses, quorum opera prompta ac diligenti et nostra saepe excrevit.

Byblicus textus ad Ieremiam pertinet. Prima columna incipit capite XXXV, vers. 13: (Haec dicit $\overline{\text{DNS}}$) exercitum, $\overline{\text{dssrhl}}$; vade et dic uiris iuda et *abitatoribus iherusalem*»; altera capite XXXVI, vers. 14: (Volumen, ex quo legisti) audiente populo, sume in manu tua et veni. Tulit ergo baruch, filius Neriae, volumen in manu sua, et venit ad eos.» Textus undique, ut iam conspicienti patet, Hieronymianus est; systemate autem orthographico et peculiari phonesi, pingue quid sonante ac peregrinum, textui Alariciano quasi frater fratri comparatur.

Superiecta transversim pagina fragmentum continet Eusebianae historiae, ex libro III [2], capitibus XIII et IX desumptum. Hoc si transcribamus, solutis tamen litterarum compendiis, lectori commodo fore remur.

«(Ante quartum) belli annum cum *ciuitate* [3] in pace et abundantia perduraret, in die festo tabernaculorum clamare cepit: uox ab oriente, uox ab *ocidente*, uox a quattuor uentis, uox super *iherusalem*, uox super sponsos et sponsas, uox super populum, et indesinenter die noctuque per omnes plateas circuiens hec clamabat; *quo* quidem primores ex populo uelut [*in*] *fausti preconii* indignatione commoti correptum hominem multis berberibus *adficiunt*. *Ad* [4] ille nequaquam pro se aliquid loquens, sed ne eos quidem qui se circumstiterant deprecans, easdem uoces pari obstinatione et clamore repetebat. Tum principes *intellegentes*, ut [5] res erat, numinis esse motus in viro, perducunt eum ad iudicem romanum, *aput* quem flagris ad ossa usque laniatus neque lacrimas *fundit*. Sed *eandem* vocem miserabiliter et cum *codam* ululatu emittens per singula pene verbera proferebat, addens etiam hoc: *ue*, *ue iherosolimis*.

Prosequitur et *aliud* idem *storiograuus* [6] maiore gestum miraculo dicens [7] oraculum quoddam

---

[1] *Exempla scripturae visigothicae, XL tabulis expressa.* Heidelbergae, 1883. Scriptura atque adumbratio tabularum XIII, XIV, XV, nostro codici apprime cohaerent.

[2] Migne, *Patrologia graeca*, t. XX, pag. 237 et 239. Parisiis, 1857. Huic tamen editioni graecae, caput IX est quod codici nostro VIII; nam Rufinus Eusebio multa pro arbitrio addidit, detraxit, immutavit.

[3] Lege *civitas*.

[4] Lege *At*.

[5] Graeca ὅπερ ἦν. Librarius, duas forte lectiones indicans, ita scripsit: *ut ui res*. Sed ipse, aut alius, apprime doctus notavit ad marginem *ut ui* non esse admittendum, tametsi ex lectione *ut uere res erat* minime spernenda emanaverit.

[6] Nempe Iosephus. Suppressionem litterarum *hi* aut *i* ante *st*, *sp*, etc., librarium nostrum iam docuerant bini codices erasi, tam byblicus quam legalis. Praeterea littera *ph*, quam *storiograuus* in *v* transmutat, librarium ipsum genere teutonem seu visigothum portendere videtur.

[7] Hic, apposito signo, revocatur lector ad notam marginalem, quae sic se habet: «Nota quod *Ioseppus* oraculum prophetarum in christo dictum et proprium, quanquam iudei stolidi in messia (venturo adhuc) uertunt inplendum, in uespasiano putabat impletum.»

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

in sacris litteris repertum quod per idem tempus uirum designaret ex eorum regione processurum, qui totius orbis potiretur imperio; cuius oraculi presagium idem *storiograuus* uespasianum declarare suspicatur. Sed uespasianus non aliis quam illis solis gentibus que romano uidebantur subdite dominatus est. Unde iustius ad christum hec responsare feruntur, ad quem dixerat pater: Pete a me, et dabo tibi gentes *ereditatem* tuam et possessionem tuam terminos terre; et cuius per idem tempus per apostolos suos in omnem terram exierat sonus, et in fines orbis terre uerba illorum.

VIII. Operepretium sane est post *sta* [1] noscere quis fuerit hic *Ioseppus* et unde vel ex quo genere originem ducens, qui tantam nobis materiam rerum gestarum cognitionem prestiterit [2].»

Haec pagina textu Rufiniano duobusque scholiis marginalibus a librario sive eadem manu, quae codicem rescripsit, adiectis, manifesto constat. Ac primo quidem, ut conspicienti patet, systema illud elucet orthographicum, cuius complexionem ex Palimpsesto legali fusius trademus [3]. Interea satis est meminisse quae idcirco animadvertit clarissimus Florez ubi de codicibus Cordubae saeculo IX per librarios mozarabes exaratis agit [4]. Duo porro scholia, paginae annexa, doctorem Alvarum Cordubensem profecto decent, arabicam hebraicam latinam linguas apprime doctum, ingenio sapientia atque omnium adeo historiarum, quae tum ferebantur studio perillustrem. Is enim tam secundi quam primi scholii sententiam, ac verba fortasse ipsa, usurpavit contra Eleazarum iudaeum anno 840 [5].

Huiusmodi scholiis, hactenus ineditis, per singulas pene paginas codex claret, latinis ferme ubique, alicubi arabicis, graecis nusquam. Eum igitur natum dicimus Cordubae medio saeculo IX. Nec diu ibi remansit, Legionem felici sorte migraturus. Eum siquidem aut dono aut pretio accepit [6] a Samuele mozarabe Dulcidius presbyter Toletanus, legatione functus Alfonsi III apud calipham Muhammedem anno 883; eumque secum anno sequenti redux, asportavit. Ex hac descripta forsitan est *Historia Eusebii et Rufini*, qua Alfonsus III utebatur [7]; et in qua munere tanti Principis gloriatur Ecclesia cathedralis Ovetensis.

Malo fato codex Legionensis initio exesus, sub finem vero mutilus, inter eos facile collocatur, quos episcopus Pelagius anno 1072 [8], reficiendos accepit. Folium 183 ita clauditur: «hydrie fieri solent in egipti partibus undique crebris *minutas* [9] admodum foraminibus, *pacule* [10], quibus turbida aqua desudans *desecatior hac* [11] purior redditur.» Haec verba prostant in libro II Rufini, capite XXVI [12]. At enim folium 184 incipit a capite XXIX [13]: «quod quum

---

[1] Lege *ista*.
[2] E regione huius commatis, in ora paginae, alterum scholion legitur: «Hic Ioseppus dignissime vitam *con*laudans, vir ex genere designatus, legem eximie edocens *inbuit*.»
[3] Articulo V.
[4] *España Sagrada*, tomo XI, pag. 51-61. Matriti, 1792.
[5] «Scito quia nihil tibi ex Egesippi posui verbis sed ex Iosippi nostri (videlicet genere iudaei) doctoris». Quae quidem Alvarus explanans, illico verba subdit ab Eusebio ex Iosepho relata, prout habentur in nostro codice atque a secundo scholio designatur. Primo etiam scholio *stolidus* arguitur Eleazarus, qui Messiam spectabat venturum anno 867.—*Ibid.* pag. 184 et 185.
[6] Diaz Ximenez, *Boletín de la Real Academia de la Historia*, tomo XX, pag. 130, Matriti, 1892.
[7] *Handschriftenschätze Spaniens* von Dr. Rodolf Beer, pag. 385. Vindobonae, 1894.
[8] *España Sagrada*, tomo XXXVI, append. XXVIII, pag. LIX.
[9] Lege *et minutis*.
[10] Lege *patule*.
[11] Lege *defecatior ac*.
[12] Migne, *Patrologia latina*, tomo XXI, pag. 535. Parisiis, 1849.
[13] *Ibid*, pag. 537.

***

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

factum esse hi qui superfuerant ex paganis viderent, in recordationem rei magne sibimet antiquitus commendate venisse perhibentur: signum hoc nostrum dominice crucis inter illas quas dicunt hieraticas, id est sacerdotales litteras, habere egiptii dicuntur velut unum ex ceteris litterarum, que apud illos sunt, elementis.» Cur autem textus interceptus disparuit, avulsio explicat ac disiectio quaternionis postremi. Sed multo peiora passus est quaternio codicis primus. Primo eius folio frustulum dumtaxat relinquitur miserandum; sequentia inde folia, quasi scissos oblique digitos, macie squalidos et flamma corruptos, in maiorem altitudinem gradatius se attollere conspicis. Ea tamen ex palimpsestis sacrorum bibliorum traxisse originem, itemque exordium ab historiae dedicatione, sive epistola Rufini ad Chromatium, negabit nemo. Quod si, ubi pervenit Corduba Legionem, codex membrorum integer erat, eccur adhuc post medelam [1], et curam sapienter adhibitam, aegre convalescens utroque pede claudicat? Sua, ni fallimur, portendit cladem a barbaris Almanzor [2] et Abdelmelich [3] inustam cathedrali Legionensi. Ad rem Pelagius episcopus [4]: «Post hec comparavi ad honorem sancti Salvatoris et beate Marie librum magni pretii, quem *Bibliothecam* [5] nominant..., et librum in ecclesia necessarium de prophetiis, epistolis et evangeliis qui *comicus* dicitur [6]..., et reparavi *quoscumque inveni disruptos et dispersos, quorum infinitus est numerus*. Quanti autem faceret editam a Rufino historiam Pelagius, qui se profitebatur *doctrinis ecclesiasticis apprime eruditum*, altero id innuente codice [7] novimus, quem scribi iussit anno circiter 1069.

IV

DE LEGE THEUDIANA

Quidquid ex Breviario Alarici, hactenus cognito, Palimpsestus Legione servatus retinet, quo tempore quove loco scriptus dici possit ac debeat, per summa capita in utramque partem disserendo lustravimus. At vero, singularis, quam codex noster Breviario inseruit, a Theudi visigothorum rege Toleti lata et promulgata lex, ita ex insperato crebris, obscuris, dificillimis implectitur quaestionibus, ut ea nobis et seorsum et accurate tractanda demum esse videatur.

---

[1] «Nunc autem cum siluisset terra in diebus nostris, et dominus rex Adefonsus in sede paterna convaluisset, et vidissem ego Pelagius hunc locum mihi a Deo commendatum, malitia hostium non solum contaminatum, sed etiam corruptum, absidibus interruptis, aris et altaribus incompositis, parietibus nudis et inundatione pluviarum corruptis, sine domibus et officinis canonicis, sine *libris* et ornamentis ecclesiasticis, sine forma discipline regularis..., laboravi facere de meo et adquirere de aliis probatis personis hec omnia que sequuntur.»—*Testamentum Pelagii*, anno 1073; ap. *España Sagrada*, ubi supra.

[2] Anno 988.

[3] Anno 995.

[4] Loco cit.

[5] Divinam intellige, seu codicem sacrorum Bibliorum utriusque Testamenti. Exemplar hoc idipsum fuisse arbitramur quod in monasterio Albeldensi scriptum est anno VI regis Ordonii, aerae vulgaris 920. Magno illud sibi pretio comparavit Pelagius, reposuitque in thesauro ecclesiae suae cathedralis, ubi paulo post documentis historicis melius crevit et etiamnum custoditur.

[6] «Guárdase otro Códice Gótico, que contiene las Profecías, Epístolas y Evangelios de todos los días del año. Este es uno de los Códices, que el Obispo Don Pelayo dió á su santa Iglesia, como parece por la cláusula de su testamento que dexo referida y por el testimonio que se lee en una hoja del mismo Códice por estas palabras: *Pelagius Episcopus sum liber*.» Risco, *Iglesia de León y monasterios antiguos y modernos de la misma ciudad*, pág. 80. Madrid, 1792.

[7] «Est liber Hestorie ecclesiastice, que dicitur tripartita attributa; a tribus de Grecia compositum uno scilicet Theodorido sancto episcopo, et duobus viris Sozomeno et Socrate, incipiens a Constantino imperatore usque ad Theodosium iuniorem per multa intervalla temporum... Ego Arias (codicis nempe scriptor) vidi ipsum librum in Francia, quem nondum videram in Gallicia.» *Ibid*, pag. 81.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Ac primo quidem, quare tot Breviarii codices, quos Haenel prae manibus habuit, hanc legem excludant, quaeritur. Respondemus quia nullus eorum repertus est in Hispania; noster autem erasus est Cordubae, ibique ut credimus natus; quamvis illuc eumdem saeculo VIII illabi potuisse non diffitemur, vel Hispali vel Toleto deductum.

Data lex est *sub die VIII kalendas Decembrias anno XV regni domini nostri gloriosissimi Theudi regis*. Numerus *XV*, actione chymica excitatus, indubitate colligitur. Quandonam Theudis regnare coepit? Neutiquam ante mortem Amalarici, praedecessoris eius, quam historiographi cuncti statuunt accidisse anno 531; quin de initio regni Theudis consentiant, nam vehementer inter se discrepant. Annum 531 designant Procopius [1], Sanctus Isidorus [2], Alfonsus X [3], Vasaeus [4] et Garibay [5]; verumtamen sequentem praeferunt, 532 videlicet, archiepiscopus Rodericus [6], Alfonsus a Carthagena [7], Sancius a Palentia [8], Ambrosius Morales [9] et Ferreras [10]. Quamdiu vero in solio perstiterit, auctores qui tradunt pariter discordant. Alii computant annos XV et menses V vel VI; alii annos XVII; quibus alii adiungunt V vel VI menses [11]. Theudis autem obitum accidisse anno 548 concedunt omnes. Quare intra hunc annum et 545 evincimus eum esse requirendum quo data lex fuit. Hunc autem, videlicet 546, tutissime deducemus ex actis conciliorum Ilerdensis et Valentini, quae celebrata sunt eodem anno XV regis Theudis, aera hispana 584 sive anno Christi 546; Ilerdense quidem VIII Idus Augusti, Valentinum autem II Nonas Decembris. Atqui, intermedia his duabus dies est VIII Kalendas Decembris. Itaque lex promulgata fuit *die 24 Novembris anno 546*. Inde obiter concludemus non fuisse Theudim sceptro potitum ante diem quintam Decembris anni 531 [12].

Textum legis integrum non assequimur; principio enim, membrana vehementer rasa ita eum pessumdedit ut verba tantum aliquot inspicienti prodat. Scopus legis, dubio procul is est quem prae oculis paulo ante habuerat Ilerdense concilium supranominatum, etenim litigandi libidinem, pessimo iuramento obfirmatam, damnavit severe admodum, ac censoria nota coërcuit [13]. Simili pacto, fortique sanctione et poena, Theudis lata lege perstrinxit iudicum et curialium abusus in exactione litium expensarum. Rectores provinciarum sic alloquitur: *Et ut rationabiliter perpenderitis, veridica extimatione decernite, quoniam iustum est, non pro sponte arbitrio, sed iusto ratiocinantis examine, normam sumptuum existimari. Si quis sane praeter ea, quae sursum dicta sunt pro expediendis talibus negotiis fuerant data suffragia propositae actionis modum in nulla ratione transcendat. Tunc enim redemta non creditur fuisse iustitia*

---

[1] *De bello gothico*, lib. I.
[2] *Historia gothorum*, anno 531.
[3] *Coronica general de España*, parte II, cap. 31.
[4] *Rerum hispanicarum chronicon*, anno 531.
[5] *Compendio historial de las Crónicas*, lib. VIII, cap. 16.
[6] *De rebus Hispaniae*, lib. II, cap. 12
[7] *Rerum hispanicarum anacephalaeosis*, cap. 21.
[8] *Historia hispanica*, p. I, cap. 14.
[9] *Crónica general de España*, l. XI, cap. 58.
[10] *Sinopsis histórica cronológica de España*, año 532.
[11] Confer quae hac de re late disquisivimus apud *Boletín de la Real Academia de la Historia*, tomo XIV, página 474-478, 491-495.
[12] Testantibus conciliis, primus Theudi annus consistebat diebus sexta augusti et quarta Decembris 532. Ergo incoepit post quartam Decembris 531; non tamen post diem sextam Augusti, 532, quia ipse tum decurrebat. Sancto Isidoro possumus consequenter fidere, utpote qui regni Theudiani statuit initium anno imperii Iustiniani sexto. Hic autem annus incoepit prima die Aprilis 532. Quod si verum est, inter hanc diem et sextam Augusti eiusdem anni, quaestio iam restricta, protenditur.
[13] «*Qui sacramento se obligaverit ut litigans cum quolibet ad pacem nullomodo redeat*, pro periurio uno anno a communione corporis et sanguinis Domini segregatus reatum suum eleemosynis fletibus et quantis potuerit ieiuniis absolvat; ad caritatem autem, quae operit multitudinem peccatorum, celeriter festinet venire.» Can. VII.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

quandoquidem minora sunt commoda quam petita facultas. Quodsi intra modum dicta causa existimata non fuerit, saltim ad coaequationem petita eveniant facultatem; statuentes ne quis vestrum super modum causae damna praesumant extendere commodum. Quod si factum fuerit, rerum componendum est satisfactione vestrarum; illis utique profutura quibus imposita fuerint maiora dispendia. Simili etiam compulsores decreto perstringimus, ut non pro sua commoda exigat voluntate. Sed ab eis quos propria evectione compulerit subvectum tantum super eum accipiant caballorum... Commoda quoque iuxta huius consulti seriem accepturi. Id est ut in millibus quinquaginta acceptent pro caballo uno, solido uno. Ea videlicet ratione, ut non minoribus causis, duo tantum, in maioribus vero quatuor caballi sufficiant, ut si quis plures caballos ultra hunc numerum ducere voluerit, absque ullo deductorum damno suo tantum reputabit ornatu. De ea vero quae exigerit, decimum nunquam pro suo consequatur exitio. Hac conditione ita ut, si commodatas exigerit pecunias, supra scriptum commodi modum exactores a reddente poenam recipient, quia eum qui commodata re possent, iniustum est commodis pergravari.» Sequuntur poenae, in quas transgressores legis incurrerent. Iudices qui de accusatoribus, amplius quam commodum praedictum recepissent, beneficium legitimum suum amitterent et pro eo quod amplius obtulissent, ad satisfactionem praesumptoris mulctam solverent. Iudices qui favore aut alia causa redemptioni reorum proclivi, damna vel rapinas punire neglexerint aut retardaverint, mulctam quinque auri librarum paterentur. Denique ut huius legis evulgarent notitiam praecepit Theudis rectoribus provinciarum, itemque cancellario regio ut eam adiungeret titulo XVI libri IV Codicis Theodosiani, remanenti videlicet apud Alarici Breviarium, quemadmodum in exemplari nostro Palimpsesto conspicitur.

Tenorem legis ac sensum generatim consideravimus: nunc vero aliqua singulatim explicare conabimur.

Initio legitur: *Flavius Theudis rex*. Eodem praenomine insignitus apparet Reccaredus in lapide insigni cathedralis Ecclesiae Toletanae [1]:

In nomine D(omi)ni consecrata eclesia s(an)cte Marie
in catolico die pridie
idus Aprilis anno feliciter primo regni D(omi)ni
nostri gloriosissimi Fl(avii)
Reccaredi regis, Era
DCXXV

Flavio praenomine usus ideo Reccaredus fertur ut legitimum se dominationis Hispaniarum profiteretur haeredem, quam tenuerunt imperatores *Flavii*, Vespasianum puta, Constantinum, Valentinianum. Haec ratio siquid valet, adhuc enim sub iudice historica lis est, aequa manu attingit Leovigildum qui regium sibi cultum et curiam ad instar Romanorum imperatorum exegit. Nihil prohibet quin credamus aliam ob rationem id evenisse. Praenomen Flavius Theudis forsitan usurpavit ut gratiam sibi conciliaret a romanis catholicis quos regebat. Qui, ut ait sanctus Isidorus, *dum esset haereticus, pacem tamen concessit Ecclesiae; adeo ut licen-*

[1] Hübner, *Inscriptiones Hispaniae christianae*, num. 155. Berolini, 1871.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

tiam catholicis episcopis daret in unum apud Toletanam urbem convenire; et quaecumque ad Ecclesiae disciplinam necessaria exstitissent, libere licenterque disponerent. Quid ergo? Num *Toletana urbs* eo iam tempore caput visigothici regni exstitit? Id ne miremur, hanc legem, quam nobis protulit Palimpsestus, *Toleto* rex ipse ait *recognovimus*.

Atque eam quidem, sigilli sui adiectione firmatam Rectoribus provinciarum direxit, praecepitque ut per universos populos ac locorum iudices, edictis propositis, manifestarent. Hoc etiam pacto Alaricus Breviarium direxit Rectoribus provinciarum, romanis sibi subditis promulgandum; at vero Theudis *provinciales* atque universos populos complecti videtur, adeoque legem edictam voluit per universos locorum iudices, visigothos nempe, qui, de omnibus causis, tam romanorum quam visigothorum cognoscebant. Hanc ergo legem ut credamus fuisse pariter adiectam Codici *Visigothico*, quem olim Euricus ediderat, illud praeterea nos movet quod ipsa iuris administrationi providet ac satis facit, quae visigothos magis quam romanos afficiebat.

Lex porro compescit immoderatas iudicum et curialium exactiones; quae quidem ea tempestate adeo gliscebant, ut apud omnes propemodum leges Barbarorum de earum repressione tractetur. Lex Salica [1] plectebat Comitem qui quemvis a se non auditum bonis eius exspoliasset; aut, praemissa quidem audientia, plus tamen quam sibi debebatur extorserat. Lex Ripuaria [2] mulctabat iudicem, qui litis expensas exigeret ante compositionis vel mulctae debitae solutionem. Edictum Theodorici quadruplam de re male parta poscebat ab iniquo iudice: sive is rapinas in provincialibus exerceret, sive, etiamsi recte sententiam daret, damnum nihilosecius inureret aut rei publicae aut privatae personae, exquirendo aliquid ultra debitum [3]. Lege Burgundionum [4] denique gravem poenam luebat iudex cui res aliqua ex litigatoribus tam sollicitata quam sub nomine muneris accepta proveniret. Hac igitur adeo peragrata morum iudicialium lue et Hispanias eo tempore infici mirabitur nemo. Tarraconensis concilii, anno 516, sub rege Theodorico celebrati canon X vetuit sacerdotibus et clericis, *ne more saecularium iudicum auderent accipere pro impensis patrociniis munera*. Ipse Theodoricus, pro Amalarico nepote suo Hispaniarum rex datis litteris ad Legatos quos huc mittebat Ampelium et Liberium, securim radici arboris incestae ponere, incassum tamen, conatus est [5]; etenim, non polyptychis publicis, ut moris fuerat, sed arbitrio compulsorum suggerebantur provincialium subiacere fortunae. Mox vero Theudis eos iudices, qui favore lentius aut redemptione proclivius damna provincialium et rapinam negligerent, *quinque librarum auri* mulctavit fisci compendiis profuturas. Posterior autem, quae Reccaredo tribuitur, *antiqua* lex [6], poenam sanxit graviorem; nam et honore privatum, et *decem auri libris* mulctatum voluit Comitem, Vicarium aut villicum, qui indictiones, exactiones, operas vel angarias pro suo eorum commodo perciperent, aut simili populorum damno annonam imponerent; itemque numerarios vel defensores, ab episcopis et populis eligendos, qui dum ordinabantur, beneficium iudici dare vel ab eo aliquid accipere vel exigere malesuadi pergebant. Chindasvintus denique [7], ne plura

---

[1] Tit. 53, núm. 2.
[2] Tit. 89.
[3] Cap. 2, 3, 4.
[4] *Praefatione.*
[5] Cassiodorus, *Variorum*, lib. V, epist. 39.
[6] *Foro Iudicum*, lib. XII, tit. I, l. 2.
[7] *Foro Iudicum*, lib. II, tit. I, legibus 18 et 19.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

exempla persequamur, iussit magistratus, moram actori pro patrocinio alterius vel amicitia innectentes eousque plecti ut huiusmodi actori pro eius fatigatione darent tantum quantum ipse ab adversario suo secundum legale iudicium fuerat accepturus; quod si praepostere iudex ob sui commodum sententiam ferret, tum cuicumque iniuste quidquam auferri praeciperet tantumdem eidem solvere tenebatur, aut subiacere serviturus, aut saltem *quinquaginta* publice extensus *flagella suscipere*.

Hunc sibi scopum Flavius Theudis magnopere praefixit; poenam autem sic temperavit ut propterea legis ipsius antiquitas clare demonstretur. Dirigitur a rege lex universis rectoribus provinciarum per Hispaniam consistentibus et Galliam Narbonensem. Sumptus et expensas ad normam iuris ut moderetur agit de judiciis, de exsequutoribus seu compulsoribus, et de re iudicata.

Ac primo quidem ratio legis exponitur. Rex enim *cognoverat provinciales atque universos* populos, sibi subditos, *non* parum et iudicum et exsequutorum *sumptibus vel expensis* divexatos esse ac pene *contritos*, *qui saevim talibus* inciderant causarum negotiis ut foret nemo qui *sponte sua non ferretur in praeceps*. Pavorem ergo ab iniustitia illatum exspectata clementiae regiae constitutio fugabit ne *possesor dispendiorum male comprehensos* exagitet, et a quibus *expetitur* summus iuris ordo *succumbat*. *Idcirco* firma constitutione rex *censet ut in causis*, *quibus leges* normam sumptuum, seu dispendia et commoda iudicibus provenientia, minime praetaxaverant, eam Rectores provinciarum veridica aestimatione decernerent; et siqua fuissent maiora dispendia, illis utique prodessent quibus imposita fuerant. Simili etiam ratione compulsores vel exsequutores perstricti sunt ut commoda non exigerent pro sua voluntate, nec plus reciperent pro evectionibus suis, quam itineris sumptus; et hos non ante sed post evectionem peractam. Harum expensarum taxatio, nequaquam ut sumptus iudicum ab aestimatione Rectorum provinciarum circumspecta pendebat; nam disertis verbis a lege statuitur. Sicubi, ut plerumque contingebat, exsequutoris via quinquaginta millia passuum non superaret, unum solidum ille acceptabat pro uno *caballo;* ea videlicet ratione ut in minoribus causis duo tantum, in maioribus vero quatuor *caballi* sufficerent; at si plures ducere volebat, id sibi ornatui seu pecunia sua erogandum tribueret. Causae tamen eiusmodi memorantur, quae exigebant decimum de libra auri supra litigatam rem exsequutori pendendum; tum vero eidem ad evectiones ius non erat, neque ad decimam de re commodata a commodante repetendam.

Huiusmodi taxatio de sumptibus et expensis iudiciorum vix ac ne vix quidem exserit caput in aliis Barbarorum legibus. Theodoricus Edicto [1] iusserat ut lite cadens adversario suo sumptus non solveret, nisi iuxta magistratuum aut bonorum hominum taxationem; Theudis autem ulterius multo progreditur. Bavara lex [2] stipendium iudicibus assignabat unum *tremissem*, seu tertiam solidi partem, si res litigiosa non plus quam tres solidos valeret; duos tremisses, si tribus solidis res aestimabatur; et nonam partem, cum novem aut plures solidi disputarentur.

Apud Visigothos hunc modum iudicibus retribuendi, primo fuisse statutum credimus, ac paulo post in legem Bavarorum, probabiliter emanavisse. Verum, utut ea sint, pluris interest ut conferamus aliam Visigothicam legem [3], quam tulit Flavius (Chindasvintus?) rex *De com-*

---

[1] Cap. 74.
[2] Tit. II, cap. 16.
[3] *Foro Iudicum*, lib. II, tit. I, l. 24.—Pro diversitate codicum, modo *antiqua*, modo *noviter emendata* nuncupatur.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

modis atque damnis iudicis vel saionis. «Cognovimus ait, multos iudices eo quod per cupiditatis occasionem supergredientes legum ordinem, ex causis tertiam sibi praesumant tollere partem. Propterea nunc praesenti lege constituitur ut haec talis iudicum cupiditas auferatur et non amplius iudex pro labore suo et iudicata causa ac legitime deliberata quam, sicut constitutum fuerat in lege priori, vicesimum solidum praesumat accipere. Similiter quoque quia cognovimus quod saiones, qui pro causis alienis vadunt, maiores pro labore suo mercedes quam merentur accipiunt: propterea, simili decreto legis huius edicitur ut qui pro causis alienis vadunt, decimum tantumdem solidum pro suo labore conquirant.» Fuit ergo *lex prior*, quae iudicibus vicesimum solidum pro labore et iudicata causa concederet.

Quaenam fuit prior ista lex? Quonam est rege condita? Sane Athalaricus, Theodorici in Italia successor, legis eiusdem ita meminit ut exinde suspicemur eam a Theodorico tam Ostrogothis quam Visigothis fuisse constitutam [1]. Huius, item prioris legis meminisse Theudim existimamus eo loci ubi de iudicibus agit; sed infeliciter post exordium textus qui ad nos pervenit, magna ex parte obliteratus est ac perdifficile patitur supplementum. Decimam vero librae auri partem, seu duos solidos tribui debere *compulsoribus* affirmavit Theudis, *saionibus* Chindasvintus; quare in idem munus homines, diversis vocabulis romano et visigothico recidunt.

Lex Chindasvinti in duas partes dispescitur antiquiorem alteram; alteram, quae sic incipit: *Id tamen noviter adiiciendum huic legi innectimus ut* si talis causa *occurrerit unde compositio, exsolvi minime possit, tunc ab illo ratio praescripta commodi exigenda est iudicis vel saionis.*» Utraque pars in *Forum Iudicum* a Chindasvinto compilatum certe immissa est; quare nihil prohibet hanc legem utrinque ab eo rege denominari; at si introrsum dispicitur, non dubitamus quin prima eius pars ad ipsam Theudis aetatem referri possit. *Antiqua noviter emendata* a Lindembrogio nuncupatur; a codice autem Legionensi describitur ut *antiqua* quam tulit *Flavius*. Atqui hoc praenomine Theudis usus est. Nobis autem ancipiti flexu haerentibus prima pars Reccaredo, secunda Chindasvinto adiudicanda esse creditur.

Reccaredi lex corruptelas iudicum ita plectit: «Si quacumque fraude quisquam super hunc numerum plus auferre tentaverit omnia quae legitime debuerat accipere perdat; illud vero quod iniuste contra huius legis ordinem super vicesimum solidum tulerit, duplum illi exsolvat cui hoc auferri praeceperat.» Saionum ita: «Quod si aliquis super hunc constitutum numerum usurpare praesumpserit; et mercedes quas legitime debuit accipere perdat et quidquid super decimum solidum fraude quacumque perceperit duplatum illi cui abstulit reddat.» Iudicibus demum ac saionibus unde proveniret, hinc vicesima, hinc decima, sic deffinitur: «Quam datam commodi summam ex lege, tam iudex quam saio de restitutae rei compositione conquirat.»

Haec autem generatim praecepit Theudis. Nam, ad iudices quod attinet, ita decernit: «Statuentes nequis vestrum super modum causae damna praesumant extendere commodum. Quod si factum fuerit, rerum componendum est satisfactione vestrarum, illis utique profutura quibus

---

[1] «Tarditas vestra apud gloriosae memoriae domnum avum nostrum merito vos fecit esse suspectos, quos etiam secundis praeceptionibus credidit admonendos, ut relicto tandem provincialium gravamine, ad eius deberetis iustitiam festinare. Et ideo praesenti auctoritate censemus ut si quid super *tributarium solidum* per quartam indictionem (anno 526) a provincialibus exegistis sine aliqua eis imminutione reddatis, quia supra veterem censum nulla indictionis praedictae eos volumus damna sentire.» Cassiodorus, *Var.* l. IX, ep. 12.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

imposita fuerint maiora dispendia.» Ad saiones autem quod refert sic: De ea vero quae exegerit decimum, numquam pro suo consequatur exitio.»

Quatuor itaque, sibi, ut nobis quidem videtur, successere leges, commodorum iudicialium regulatrices: *prior* quam Theodorico; altera quam Theudi; *antiqua* quam Reccaredo; *noviter emendata*, quam Chindasvinto deferimus. Regulae generali de vicesima iudicibus, decima compulsoribus accensenda, Theudis exceptiones apposuit duas; nempe quum de pecunia commodata aut de possessore malae fidei iudicatum fuisset. At vero Chindasvintus alias exceptiones acerrima et aequa iuris distinctione cumulavit; eas ab hoc principio derivans ut si quis eius culpa vel delicto talis exstiterit unde legale commodum iudici vel saioni minime exsolvi possit, tunc ab illo ratio praescripta commodi exigenda est. Duram praeterea poenam, mulctam et flagella, inflixit saioni callido, qui ea *quae iudex ordinare decernit*, implere *neglexerit:* ipsos autem saiones, magis adeo quam Theudis voluit subvectionibus honoratos [1].

Verumtamen ne credamus saiones iudicibus anteferri, quia his vicesima, illis decima praestabatur; legem [2] *antiquam* recolat, ubi rex ait: «nostra recordatur clementia quod dum iudices ordinamus, *nostra largitate eis compendia ministramus.*» Quapropter in formula comitivae sacrarum largitionum legimus: «parum est quod provinciarum iudices tuae subiaceant dignitati.»

Datam a se legem Flavius Theudis eodem die (24 Novembris 546) *Toleto recognovit* seu confirmavit ac promulgavit. Simili pacto explicit apud *Forum iudicum alia* quam Wamba rex in urbe Toleto edidit [3]. Ea enim iam tum erat dignitas civitatis Toletanae, cui non solum esse metropolim ecclesiasticam provinciae Carthaginiensis (quod sanctus Hildefonsus [4] diserte testatur), verum etiam civile caput, immo totius regni visigothici existimemus. Theudis enim, undique victor, ac suae ditionis fines ultra oceanum protendens, ubi de recuperata Septa laureatus extollitur, *vulneratur* redux et occumbit *in palatio*, ut credimus, Toletano; *ubi* postmodum Athanagildus decessit [5].

Hanc eius legem, sive *constitutionem*, Theudis apponi iussit *libro quarto Theodosiani Corporis sub titulo XVI;* quem titulum primaevus Codex Theodosianus dispari numero, videlicet XVIII sed eadem rubrica exhibet: *De fructibus et litis expensis*, duas constitutiones tantum comprehendens. Prior a Valentiniano et Valente subscripta, invasorem rerum litigiosarum atque spoliatorem damnat ad earum restitutionem, cogitque in duplum ipsarum fructus solvere, necnon et litis expensas. Altera, quam Honorius et Theodosius edidere, prohibet litis expensas repetere, post iudicium definitum sententia vel transactione, si adversarius in iudicio praesens hac de re non fuerit impetitus. Propterea nihil de taxatione vel exactione sumptuum litium per inquisitiones, condictiones et sententiarum executiones exinde cautum est. Quod ergo Codex Alaricianus Theodosiano contentus, praetermisit, id ipsum hac sua lege Theudis faciendum, Chindasvintus autem *Foro iudicum* perficiendum curavit.

---

[1] «Iidem vero saiones quum pro causis alienis vadunt, si minor causa est et persona, duos caballos tantum ab eo cuius causa est accipiat fatigandos. Si vero maior persona fuerit et causa, non amplius quam sex caballos et pro itinere et pro dignitate debet accipere.

[2] *Foro iudicum*, lib. XII, tit. I, l. 2.

[3] Libro V, tit. I, l. 6: *Data et confirmata lex a die decimo Kalendarum januariarum feliciter, quarto anno regni nostri, in Dei nomine, Toleto.* Huic adde, alterius exempli causa, legem 21, tit. I, libri IX, quam tulit Egica: *Data et confirmata lex in Cordoba, anno feliciter sextodecimo regni nostri.*

[4] *De viris illustribus*, cap. II et III.—Videsis Florez, *España Sagrada*, tomo V, pag. 149. Matriti, 1859.

[5] Sanctus Isidorus, *Historia de regibus Gothorum* sub an. 548 et 567.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

V

DE SEQUIORE PALIMPSESTI SCRIPTURA

Saepenumero Palimpsestus errat omissione, additione, mutatione verborum ac litterarum. Errores primi generis, quos relegendo animadverterat, expressit librarius appositis litteris *h. s.* (hic sunt), aut etiam, quamvis raro *h. d.* (hic desunt), reiecturus ad marginem quae supplenda forent. Quae autem ei repetitione exciderant non emendavit. Plurimi tamen errores, quibus grammatica laeditur, *codicis aetati* quae eos ferebat, non vero scriptoris incuriae tribui debent. Nam et coaevi codices et inscriptiones pariles, quas apud Galliam visigothicam Hispaniamque clarissimi viri, Edmundus Le Blant [1] et Aemilius Hübner [2], congessere, satis id superque nos docent.

Soloecismos tam declinatione et coniugatione, quam qui syntaxi officiant, Palimpsestus interserit aliunde receptos, sive ex codice antiquiore quem prae oculis librarius habebat sive dictantis aut vivae vocis oraculo. Aliquot vero negligentia scriptoris peperit. Hi porro defectus grammaticales ne oblivione premantur obstabit textus originalis, quem tabulis expressum coram typographico recte emendato proponimus. Quem denique probavit Haenel ita comparabimus ut ex eo supplementa prodeant *litteris inclinatis;* lectiones autem discordantes quae immutant sensum, notis efferantur, aut siquando expediet, brevi discussione illustrentur.

At vero quoniam systema codicum orthographicum certis limitibus tempus eorum et patriam definiendo indicat, quaerendum illud atque investigandum in Palimpsesto duximus. Descriptor sibi non ubique cohaeret, neutiquam tamen impedit quominus ad quaedam capita systema generatim reduci possit.

I. Praefixa *ad*, *con*, *in*, *sub*, integra manent: *adflictus*, *adlegationes*, *adparatus*, *adsolet; conmoda*, *conprobare; inlibatis*, *inperfectum; subpressa*.

Hoc modo scribendi gaudent codex Monascensis, sub finem saeculi septimi vel initio saeculi octavi exaratus et codex Parisiensis 4406 [3]. Ultimam tamen consonam amittunt *ab* et *sub* ante *sc* et *st: astraxit*, *suscribo*, *sustantia*.

II. Vocalis *e* qua prima syllaba vocabuli conflatur seu constituitur, mutatur in *ae: aedictum aemergentibus*, *aetiam*. Longius haec mutatio progreditur in Codice Monascensi, *aemolumenta*, *praetium*, *paenitus;* in codice Parisiensi 4403 [4] *sanae*, *aeventus*, *aedictum*, *aemolumentum;* in codice Parisiensi 4406 *caelebretur*, *aemolumentum*, *interpraetatio;* in codice Ambrosiano *C.* 20 [5], in codice Parisiensi Suppl. lat. 215 [6] quo scribitur *libertatae*, *praeces*, *absquae*, etc.

---

[1] *Inscriptions chrétiennes de la Gaule antérieures au VIIIe siècle*, réunies et annotées par Edmond Le Blant. Parisiis, 1856.

[2] *Inscriptiones Hispaniae christianae* edidit Aemilius Hübner. Berolini, 1871.

[3] Codex iste in Gallia scriptus creditur; nam litteris minusculis claret, quibus Galli exeunte saeculo IX aut ineunte X plerique utebantur.

[4] Sunt in Bibliotheca Parisiensi duo codices hoc numero signati. Primus est 12, alter 26 inter codices Breviarii, quos recensuit Haenel. De primo nobis sermo est in Gallia exorto sub finem saeculi octavi. In eo scripsit librarius *u* pro *o* et viceversa, *b* pro *u* et viceversa, *g* pro *c*, *ae* pro *e*, *e* vel *y* pro *i*.

[5] Codex hic, apud Haenel, Orthographia et vocabulorum compendiis non differt ab illis, qui saeculo XII in Gallia scribebantur.

[6] Epitomen Breviarii tantum continet, saeculo X exeunte contractam. De varietate et inconstantia scripturae exemplum notabile est, nam saepe, idem verbum ter quaterque diversa notatione perhibetur.

****

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

III. E contrario non minus crebro dipthongi *ae* et *oe* per *e* substitutae apparent ut: *quesita*, *predicere*, *premium*, *iudeus*, *hec*.

Hoc defectu pariter laborat codex Monascensis, itemque Parisienses 4403 et 4406, Ambrosianus et Bernensis 1048 [1].

IV. Litterae *b* et *p*, ubi *t* sequitur, mendose substituuntur: *scribtura*, *optulerint*. Ita pariter in codice Monascensi legimus *nubtiae*, *obtaverit*, *obtimum;* in codice Parisiensi 4406 *babtisma*, *praescribtum;* et in codice Fuldensi [2] *nubtiae*, *rubtum*.

V. Littera *c* ante *e*, quasi ore italo redderetur, pro *g* usurpatur: *conlecerit* pro *collegerit*. Pari modo se habent codices Parisienses 4403 et 4406; deterius debacchatur codex Fuldensis ubi scribitur *sagro* pro *sacro*, *sagrado* pro *sacrato*, *eglesia* pro *ecclesia*.

VI. Ratione prolati soni *c* quoque cedit in locum *t: gracia*, *precium*, *racionem*, *tercia*. Idem videtur in Monascensi codice, in Parisiensibus 4403, 4406 et Suppl. lat. 215, et in Ambrosiano: *condicio*, *convencio*, *milicia*, *sentencia*.

VII. Ut *b* et *p*, ita *d* ac *t* permutantur: *aput*, *illut*, *adque* pro *atque*. Hoc etiam pede claudicant codices Monascensis, Parisienses 4403 et 4406, Ambrosianus et Parisiensis Suppl. lat. 215.

VIII. Vocales *i* et *e* invicem se loco deponunt: *differri* pro *defferri*, *inormis* pro *enormis*, *deminuta* pro *diminuta*, *letigiosus* pro *litigiosus*.

Hoc item pacto procedunt codex Monascensis ac tres Parisienses memorati.

IX. Littera *h* initio vocabuli saepe detruditur, crebrius autem intruditur: *oc*, *orrescat*, *hurbibus*, *husus* [3] *hordo*, *helementorum*, *hactum*, *hac* pro *ac*.

Ita codices tres Parisienses supra nominati, Monascensis, Ambrosianus et Bernensis 1048.

X. Simplex littera *i* interdum pro duplici usuvenit ac viceversa: *codicilo*, *nollumus*.

Exempla praesto sunt in codicibus Monascensi et Parisiensibus 4406 et Suppl. lat. 215.

XI. Littera *m*, veluti si efferret sonum naribus permeantem aut mugientem, lusitano similem, modo redundat, modo pro *n* ponitur: *quinquem* pro *quinque*, *Constantinopolim* pro *Constantinopoli*, *volumtas* pro *voluntas*.

Inde nova ratio prosodica emersit, conficiendis hexametris, quam probat dystichum in epitaphio Venantiae, matronae Eborensis, anno 593 incisum [4]:

«Dum simul dulcem cum viro *carpere(m)* vitam, *ultimum* iam solvi devitum, *comunem* omnibus, unum.

Pari gressu evagantur codices Monascensis et Parisienses 4403 et 4406.

XII. Littera *n* saepissime ob eamdem sonoritatem immittitur ante *s*, aliamve consonm: *quotiens* pro *quoties*, *relinquerit* pro *reliquerit*, *discendens* pro *discedens*, *thensauris* pro *thesauris*, *centensima* pro *centesima*. Ut codex Monascensis, ita etiam inscriptiones saeculorum VI et VII [5] huic incremento dant operam [6].

XIII. Brevium syllabarum vocales *o* et *u* commutantur, ut *sobule* pro *sobole*, *infolis* pro *infulis*.

---

[1] Saeculo IX in Gallia scriptus.

[2] Codex, saeculo IX in Gallia pessime scriptus, diversis Breviarii locis expletur et quasi inculta farragine consarcinatur.

[3] Confer quae ob hoc vocabulum, a Palimpsesto traditum, docte disputavit D. Franciscus Fernández et González apud *Boletín de la Real Academia de la Historia*, tomo XII, pag. 239-243.

[4] Hübner, *Inscriptiones Hispaniae christianae*, núm. 12.

[5] Exempli causa in epitaphio Venantiae:

«*Vita(m)* dum vixi Venantia nomen in seculo ges(s)i. Ter *deciens* quater in pace quietos pertuli annos.»

[6] Hunc morem adhuc servat vernacula dialectus provinciae Baeticae, ubi dicitur *muncho* pro *mucho*, *chinchón* pro *chichón;* lateque viguisse demonstrant etyma linguae hispanicae: *alondra* ex alauda, *dengue* ex tegmine, *manzano* ex matiano, *ronco* ex rauco, *sonreir* ex subridere, *venda* ex vitta.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Id vitio quoque vertitur codicibus Monascensi, Parisiensibus 4406 et Suppl. lat. 215, atque Bernensi 1048.

XIV. Littera *p* duriuscule geminatur, aut duas inter consonas male perstrepit: ***suppremum*** pro *supremum*, ***volumptas*** pro ***voluntas***. Raro haec; rariusque accidit mutatio consonae *v* in *b*: ***remobendus*** pro *removendus*.

Exempla huiusmodi frequentiora tradunt codices Monascensis et Parisienses 4403 et 4406.

XV. Initio vocabulorum, *is* vel *his* evadit *s* ante *t* et *p*: ***ste***, ***sta***, ***stud***, ***Spaniarum*** pro ***iste***, ***ista***, ***istud***, ***Hispaniarum***. E contrario, ubi minime deest anteponitur *i*: ***istatuimus***, ***istilo***, ***istipulatio***, ***istudium***. Similiter, pari loco legitur ***estrinsecus*** pro ***extrinsecus***, ***estraneus*** pro ***extraneus***. Has mutationes detrectant cuncti codices extra Hispaniam reperti. Itaque Palimpsestus noster originem portendit hispanam, quamvis eam lapides non evincant [1].

Quod ut comprobemus praestabit evolvere syllogen inscriptionum Hispanicarum, unde clari aperiuntur fontes, quibus primo effloruit lingua nostratum romanica *(romance)*.

1. In epitaphio Honorati episcopi Hispalensis, qui decessit anno 647, profertur nostri Martialis Bilbilitani pentameter (Hübner, *Inscr. Hisp. Chr.* 65):

Non timet *ostiles* iam lapis *ste* minas.

2. Pentameter alter Eborae sic effertur *(I. H. Ch.*, 10):

Nec *lemorum insidies expectaraque* vana time.

Ne quis timeat *lemurum insidias spectraque* vana, carmine iubetur ut frontem sive pectora cruce signet.

3. In epitaphio Sinticionis, anno 632 Salaciae defuncti *(I. H. Ch.*, 2):

«Dignum Deo in pace *conmendavit ispiritum*».

4. In ara quam consecravit anno 652 videlicet X Chindasvinti et IV Recesvinti, Iustus episcopus Accitanus *(I. H. Ch.*, 175):

«Recondite sunt *ic* reliquie... sancte Paule, sancti *Estephani...*»

5. Apud Carthaginem Novam anno 589 *(I. H. Ch.*, 176):

«Comenciolus... magnus virtute magister militum *Spaniae*».

6. In opere tessellato, quo circus maximus Barcinonensis eleganter effingitur (Hübner, *(I. H. L.*, 5129). Nomina equorum: «*Iscolasticus*, *Ispumosus*».

6. In epitaphio romano, Cordubae *(I. H. L.* 2236):

Domitius *Isquilinus* magister grammaticae graecus, annorum CI, hic situs est. Sit tibi terra levis.

7. His exemplis, quae lapides romani suppeditant, aliisque plurimis nominatim addenda satis esse putavimus *Istoricus* (1482), *Ispana* (2680), *Ispanus* (3133), *Spanus* (3262), *Sestatiensis* (852), *Sestius* (5011).

Verumtamen, licet excusari plerumque de erratis potest Palimpsesti librarius propter sui temporis et regionis usum, quem penes arbitrium erat et ius et norma tam loquendi quam scribendi, oscitantem ipsum nihilominus ac nihil humani ab eo alienum putamus, ubi scribere deprehenditur *ad* pro *ut*, *vel* pro *nec*, *coniugi* pro *coniuges*, *actione* pro ***agnatione***, ***reservanda*** pro *reseranda*, *reseratae* pro *reservatae*, *extantibus* pro *non extantibus*, ***filia mortua*** pro ***filia mortui***, *amicis* pro *amitis*, etc. Errores eiusmodi sic diluemus atque a textu edito propulsabimus, ut nequicquam eorum, nisi quum opus fuerit, meminerimus.

Matriti, pridie Nonas Apriles A. D. MDCCCXCVI. FRANCISCUS A CÁRDENAS.—FIDELIS FITA.

---

[1] Cf. Le Blant *op. cit.*, *préface*, pag. CXVIII.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

LEGIS ROMANAE WISIGOTHORUM

FRAGMENTA

EX CODICE PALIMPSESTO LEGIONENSI

Auctoritas Alarici regis [1]. *In hoc corpore continentur leges sive species juris de Theodosiano et diversis libris electae et, sicut praeceptum est, explanatae anno XXII regnante domino Alarico rege, ordinante viro illustri Gojarico comite. Exemplar auctoritatis. Commonitorium Timotheo V. S. comiti.....*

Incipiunt tituli de libro legum explanati [2].....

Codicis Theodosiani liber primus [3].

Codicis Theodosiani liber secundus [4].

Codicis Theodosiani liber tertius [5].

---

[1] Primum Breviarii fragmentum, adeoque majus, ex codice rescripto avulsum est; Decretum etiam Alarici de nova compilatione legali, quo textus promulgatur ejusque auctoritas definitur. Quem vero codex palimpsestus non habet, eumdem exhibent undecim Breviarii integri vel ejus epitomatis editiones; quare hoc loco minime inserendum duximus.

[2] Desideratur etiam in Palimpsesto Index titulorum, quem profecto avulsae rescripti codicis membranae complectebantur, sub una vel alia forma. Sunt codices qui tantum rubricas titulorum breviter proferunt, ut monent editiones Breviarii a Sichardo, Cujacio aliisque scriptoribus divulgatae: sunt etiam ubi rubricis titulorum explanationes seu explicationes adjiciuntur, quemadmodum Haenel editor animadvertit. Quem porro indicem codex rescriptus prae se ferebat, non liquet.

[3] Deficit prorsus in Palimpsesto liber hic in XII titulos distributus:

TITULUS I.—*De constitutionibus principum et edictis.* Leges tres.
II.—*De diversis rescriptis.* Leges octo.
III.—*De mandatis principum.* Lex una.
IV.—*De responsis prudentum.* Lex una.
V.—*De officio praefectorum praetorio.* Lex una.
VI.—*De officio vicarii.* Lex una.
TITULUS VII.—*De officio rectoris provinciae.* Leges sex.
VIII.—*De officio judicum civilium.* Lex una.
IX.—*De oficio judicum militarium.* Lex una.
X.—*De officio judicum omnium.* Leges tres.
XI.—*De defensoribus civitatum.* Leges tres.
XII.—*De assessoribus, domesticis et cancellariis.* Leges duae.

[4] Deest etiam in Palimpsesto liber secundus, hos titulos comprehendens:

TITULUS I.—*De jurisdictione et ubi quis convenire debeat.* Leges duodecim.
II.—*Ne in sua causa quis judicet.* Lex una.
III.—*De omissa actionis impetratione.* Lex una.
IV.—*De denuntiatione vel editione rescripti.* Leges septem.
V.—*De dominio rei quae poscitur.* Lex una.
VI.—*De temporum cursu et reparationibus denuntiationum.* Leges quinque.
VII.—*De dilationibus.* Leges tres.
VIII.—*De feriis.* Leges tres.
IX.—*De pactis et transactionibus.* Lex una.
X.—*De postulando.* Leges tres.
XI.—*De erroribus advocatorum.* Lex una.
XII.—*De cognitoribus et procuratoribus.* Leges septem.
XIII.—*De actionibus ad potentes translatis.* Lex una.
XIV.—*De his qui potentiorum nomina in lite praetendunt aut titulos praediis affigunt.* Lex una.
XV.—*De dolo malo.* Lex una.
XVI.—*De integri restitutione.* Leges tres.
TITULUS XVII.—*De his qui veniam aetatis impetrarunt.* Lex una.
XVIII.—*De judiciis.* Leges duae.
XIX.—*De inofficioso testamento.* Leges septem.
XX.—*De inofficiosis donationibus.* Lex una.
XXI.—*De inofficiosis dotibus.* Leges duae.
XXII.—*De hereditatis petitione.* Lex una.
XXIII.—*De rei vindicatione.* Lex una.
XXIV.—*Familiae herciscundae.* Leges duae.
XXV.—*De communi dividundo.* Lex una.
XXVI.—*Finium regundorum.* Lex una.
XXVII.—*Si certum petatur de chirographis.* Lex una.
XXVIII.—*De pecuniae sequestratione prohibita.* Lex una.
XXIX.—*Si certum petatur de suffragiis.* Leges duae.
XXX.—*De pignoribus.* Leges duae.
XXXI.—*Quod jussu.* Lex una.
XXXII.—*De peculio.* Lex una.
XXXIII.—*De usuris.* Leges quatuor.

[5] Codici Palimpsesto deperiit:

TITULUS I.—*De contrahenda emtione.* Leges novem.
II.—*De commissoria rescindenda.* Lex una.
III.—*De patribus qui filiis distraxerunt.* Lex una.
IV.—*De aedilitiis actionibus.* Lex una.
V.—*De sponsalibus et ante nuptias donationibus.* Leges octo.
VI.—*Si provinciae rector vel ad eum pertinentes sponsalia dederint.* Lex una.
VII.—*De nuptiis.* Leges tres.
VIII.—*De secundis nuptiis.* Leges tres.
IX.—*Si secundo nupserit mulier cui maritus usumfructum reliquerit.* Lex una.
X.—*Si nuptiae ex rescripto petantur.* Lex una.
TITULUS XI.—*Si quacumque praeditus potestate nuptias petat invitae.* Lex una.
XII.—*De incestis nuptiis.* Leges quatuor.
XIII.—*De dotibus.* Leges quatuor.
XIV.—*De nuptiis gentilium.* Lex una.
XV.—*De fidejussoribus dotium.* Lex una.
XVI.—*De repudiis.* Leges duae.
XVII.—*De tutoribus et curatoribus creandis.* Leges quatuor.
XVIII.—*Qui petant.* Lex una.
XIX.—*De administratione et periculo tutorum et curatorum.* Leges quatuor.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

PImpp̄ theodosius etualentihianꝰ ā̄a̅ ad senatum
atremaliquaexpartemihoremessematrib̄ honsinemꝰ
hamcumaetiam infantis filii morientis ma
terbonorumsolatia consequaturcurdehetateeius
pater ⸗raues patiatur tendicul as honuidemus etcum
legitima successionohmodoihmatreuerumaetiam
insuccessor ib̄ honsiusconstitutis hohbonorū̄ posses
sionis petitionem hohcretionissolennitatemcogitur
custodire qualicunq. contenta aditaeielade undae
hereditatis indicio quanto magis pater talibus
est uinculis exuendus a deo dacorationesancimus
ut pater aetiam infantis filii successionemsiueillematre
eiusmortientis ad eiusdem hereditatis uel peteh daec
bonorum possessionis fuerit executus officium siue
stanegle xerit morientefilioinfanti inqualib̄ etheta
tesiheambiguitatesuccedat
DAT VIII ID HOVEMB RAVENNA DD HH THEOD XII ET VALENTINIANO II ĀĀ CSSLB

INTERP CRetioetbonorumpossessio antiquo iure
apretoribus petebatur quodexplanari oblsdonest
quialegibusutrumq. sublatum est Etideo infans licet
loquinonpossittamen hereditatem sibidebitam capit
cuimorienti patera utisquiproximusfuerit ex leges succ

II UNDE LIBERI
Imppd Rchadius et honorius ā̄a̅ aureliano p̄po
filia q. dote a patre suscepta matrimonio sociata est
INTESTATO DARE mortuosihereditatemuelitadirecūrra
TRIB DOTEM quam susceperat miscere cogatur paternae
SUBSTANTIAE adqueitainsubeundahereditatesociaricumfratrib.
DAT PRID NON OCTOB CONSTANTINOPOLIM ARCHADIO IIII ET HONORIO III ĀĀ CCSSB
INTERP Filia sitemporehuptiarum a patrefuerit dota
TAETPATER P ostea intestatus moriatursi inheliqua patris
SUBSTANTIA ultcum aliisfratribusequalisaccedere
DOTEM UEL quidquid accepit temporehuptiarumhe
REDITATE PATER haecumfratrib. diuidendam confundatq̄od
SI NOLUERIT SIT his queaccepit prosuaportione con
tenta

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

CODICIS THEODOSIANI

LIBER QUARTUS

TITULUS I.—(1) IMPERATORES THEODOSIUS ET VALENTINIANUS AUGUSTI AD SENATUM [1]. Patrem aliqua ex parte minorem esse matribus non sinemus. Nam cùm etiam infantis filii morientis mater bonorum solatia consequatur, cur de aetate ejus pater graves patiatur tendiculas non videmus; et cùm legitima successio non modo in matre verum etiam in successoribus *l*ongius constitutis non bonorum possessionis pe*titione*m non cretionis solennitatem cogitur custodire *qualicu*mque contenta adita*e* *v*el adeundae hereditatis i*ndici*o, quanto mag*is* *pa*ter talibus est vinculis exuendus a*tque* *ide*o *h*ac oratione sancimu*s*, ut pater etiam inf*antis* *filii* successionem, sive ille matr*e* ejus m*oriente* ad*eundae* hereditatis vel peten*dae* b*onorum* *poss*ess*ionis* fuerit exsecutus officium si*ve* ista neglexerit moriente filio infanti in qualib*et* *aeta*te sine ambiguitate succedat. Data VIII Idus Novembris Ravenna Dominis Nostris Theodosio XII et Valentiniano III *Augustis*, *Consulibus*.

Interpretatio. Cretio et bonorum possessio *antiquo jure* a praetoribus petebatur; quod explan*ari* *opus non est*, quia legibus utrumque sublatum est. Et ideo infa*ns*, *licet* loqui non possit, tamen hereditatem sibi debitam *capit*, cui morienti pater aut is qui proximus fuerit ex *lege succedit*.

TIT. II.—UNDE LIBERI. IMPERATORES ARCADIUS ET HONORIUS AUGUSTI AURELIANO PRAEFECTO PALATIO. Filia quae dote a patre suscepta matrimonio sociata est, *intestato pat*re mortuo, si hereditatem velit adire cum fra*tribus*, *dote*m quam susceperat miscere cogatur paternae *substantiae* atque ita in subeunda hereditate sociari cum fratribus. *Data pridie Nonas* Octobris, Constantinopoli, Arcadio IV et Honorio III Augustis, Consulibus.

Interpretatio. *Fili*a, si tempore nuptiarum a patre fuerit dota*ta* *et pater* *p*ostea [2] intestatus moriatur, si in reliqua patris *substantia* *v*ult cum aliis fratribus aequalis accedere, *dotem* *vel* *q*uicquid accepit tempore nuptiarum he*reditati* *pater*nae cum fratribus dividendam confundat; quod *si noluerit*, *sit* his quae accepit pro sua portione contenta.

---

[1] Textus hujus constitutionis apud alios codices his verbis incipit: *Post alia*. Haec verba, quae in constitutionibus Breviarii plurimis repetuntur, addiderunt legum romanarum compilatores, ut pateat earum quamdam priorem partem fuisse praecisam quod eam penitus obsoletam sive inutilem judicaverint.

[2] Haenel: *Postea pater*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

III DE CARBONIANO EDICTO

Imp ppp Pua lentiniani theod et archad aaa Rufino ppo
Carboniana humana edictum sub ps onis legitimis indubitato
matrimonio custodito parturiet proba tal egitima suc
cessione deferturs cilicet ut in possessione nouus he
res locatus usq. ad pubertatis annos sine inquietudine
rebus utatur interdum alienis

Dat IIII kal octb constantinopoli m Theodosio a III et Abundantio cc ss b

Interp Si quis moriens ex legitimo matrimonio pregnan
te reliquerit uxorem uel ubet ex muliere eam propinquis quos q. ad
partum uenirat custodiri quae cum legitimo tempore ediderit
his qui natus fuerit pro sua portione in patris hereditate suc
cedat Et usq. ad quintum decimum aetatis suae annum q. a patre
derelicta sunt sine ullius repetitione possideat futurum
ut suas post modum pcurator e aut excipiat aut operata ctiones

IIII' DE TESTAMENTIS ET CODICILLIS
Imp Constahtins a pu

In codicillis quos testamentum non precedit sicuti huo lumptatib. tes
tamenti septem testium uel quinq. interuentu no deesse oportet
sic enim fiet ut testahtiu succe ssiones sine ali qua captiones eruent
si quando igitur testium humerus defecerit habeatur
infirmum quod et in ceteris suo lumptatib. placuit obseruari

Dat xi kal ian Constahtino a vii et Constahtio c cc ss b

Interp Si quis non fecerit testamentum
testamenti fecerit codicillum in quo codicillo le
redis institutio teneatur Et hunc ipsum e. dem numero
testium hoc est septem aut quinq. subscri ptionib. facian
confirmari Quod si minus quam quinq. ua
teri tsicuti et ceteras uoluntates has secu
leges sic ond ito testamento posteaq. factus fuerit codicillus etin
eo aliquam in testamento fecerat heredi
codicillo heredis institutio non ualebit
Imp ppp Pua lentiniani theod et archad aaa

de testamenta codicillaet uoluntates

se uice
legitima be
neficium fa cian
te non po
steriore
codicillus etin
quam nominarein
proculo pp u

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

TIT. III. — DE CARBONIANO EDICTO. (1) IMPERATORES VALENTINIANUS, THEODOSIUS ET ARCADIUS, AUGUSTI RUFINO PRAEFECTO PALATIO. Carbonianum edictum sub personis legitimis indubitato matrimonio, custodito partu et probata legitima successione, defertur; scilicet ut in possessione novus heres locatus usque ad pubertatis annos sine inquietudine rebus utatur interdum alienis. Data IV Kalendas Octobris, Constantinopoli, Theodosio Augusto *III et Abunda*ntio, Consulibus.

Interpretatio. Si quis moriens ex legitimo *matrimo*nio praegnantem reliquerit *uxo*rem jubet lex mulier*em a propi*nquis quo usque ad partum venia*t custo*di*ri; quae* cum legitimo tempore ediderit, is qui natus fuerit pro sua *portione in* patris hereditate succedat. Et usque ad quintum et d*ecimum aeta*tis s*uae annu*m quae a patre derelicta sunt sine ullius rep*etitione* p*ossideat fu*turum *ut s*uas post modum per curatorem aut excipiat aut *exser*at actiones.

TIT. IV. — DE TESTAMENTIS ET CODICILLIS. (1) IMPERATOR CONSTANTINUS AUGUSTUS [1] PRAEFECTO URBIS. *In co*dicillis quos testamentum non praecedit, sicut in voluntatibus tes*tamen*ti septem testium vel quinque interventum non deesse oportet; *sic e*nim fiet tu testantium successiones sine aliqua captione serventur. Si quando igitur testium numerus defecerit [2] habeatur infirmum; quod et in ceteris voluntatibus placuit observari. Data XI Kalendas Januarias, Constantino Augusto VII et Constantio Caesare, Consulibus.

Interpretatio. Si quis non fecerit testamentum *sed vice* testamenti fecerit codicillum, in quo codicillo le*gitima he*redis institutio teneatur et hunc ipsum e*odem numero* testium, hoc est septem aut quinque subscrip*tionibus faciat* confirmari; quod [3] si minus quam quinque va*lere non po*terit, sicuti et ceterae voluntates: nam secu*ndum superiorem* legem, si condito testamento postea factus fue*rit codicillus et in* eo alium quam in testamento fecerat heredem *voluerit nominare*, *in eo* codicillo heredis institutio non valeb*it*.

(2) IMPERATORES VALENTINIANUS, THEODOSIUS ET ARCADIUS PROCULO PRAEPOSITO URBIS.

---

[1] Haen. add.: *et Constantius Caesar*.
[2] Haenel: *Defecerit instrumentum codicilli*. Verba *instrumentum codicilli* desiderantur in Palimpsesto.
[3] Codices omnes, hactenus evulgati, silentio premund *quod*, adverbialiter neque ineleganter appositum, quasi diceret *eo quod*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Que codicillis aut aepistholis nobis necessitudinib. uenr̄is
relinquuunturnō admittimus Si ille usus interpri
uatos ratus Et sane hoc loco prebemus licentiam utci
uiliter siue criminaliter uti actore leçeritsup prola
ta aepistola requiratur et incumbat probatio et pri
mitus quis cripturā optulerit. Ceterum quod a dnos nros
q. attinet codicillos et aepistolas ad eo refutamus ut
ex illis aetiam si ueras eas esse questionem series ad pro
'barit quidquid nobis relictum est hr̄is siue constiterit
ad liberos defuncti uel si hi non sint ad proximū q̄ẽmq,
iudicii nīsi humanitate pertineat testamenti uel scrip
turam legitimam uel nuncupationē q, in nomen nr̄m
forte processerit iure capiemus. Necinea redistare
ius hīs ma priuatis heredibus profitemur

dāt mediolani x kal̄ februarias timasio et promoto consulib.

Interp Siquis moriens principi uel propinquis aetiam
amicis eius aliquid p codicillum aut p aepistolam credi
derit relinquendum pietatis intuitu id precipit nō
ualere Sed si quid talimodo priuatis fuerit derelic
tum et de talib, chartis orta fuerit fortas se contentio
in iudicis discussione consistat utrum possit scriptu
ra prolata iure subsistere Ceterū principi uel eius proxi
mis quidquid testamento aut nuncupatione dimit
titur hoc sibi leçibus ualere permittitur

Asiae

Imp̄p archadius et honorius a a aeternali proconsuli
Testamentum non ideo infirmari debebit q̄d diuersis
hoc deficiens hominib, appellauit Cum superflua non
noceant pretermissa nam q, necessaria a non abunda
cautela uel contract̄s inminuit uel testatoris sufficit
uolumtati Hec patimur fidem condi tiarbitrii o boc
debere conuelli si aut maiorem in principio signato
rum aut minorem aut nullum numerum condi torsue
predixerit uolumtati. Cum quinq, huic noni çnaris us
cripserint. Testamento licet non his dem series fue
rit recensita sed his qui extremum disponit arbitrium

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Quae codicillis aut epistolis nobis necessitudinibusve nostris relinquuntur non admittimus; sit ille usus inter privatos ratus. Et sane hoc loco praebemus licentiam ut civiliter sive criminaliter, ut actor elegerit super prolata epistola requiratur, et incumbat probatio ei [1] primitus qui scripturam obtulerit. Ceterum quod ad nos nostrosque attinet, codicillos et epistolas adeo refutamus, ut ex illis, etiamsi veras eas esse quaestionum series [2] approbarit, quicquid nobis relictum est nostrisve constiterit ad liberos defuncti vel, si hi non sint, ad proximum quemque judicii nostri humanitate pertineat.

§ 2. Testamenti vero scripturam legitimam vel nuncupationem, quae in nomen nostrum forte processerit, jure capiemus, nec in ea re distare jus nostrum a privatis heredibus profitemur. Data Mediolani X Kalendas Februarias, Timasio et Promoto Consulibus.

Interpretatio. Si quis moriens principi vel propinquis etiam [3] amicis ejus aliquid per codicillum aut per epistolam crediderit relinquendum, pietatis intuitu id praecipit non valere. Sed si quid tali modo privatis fuerit derelictum et de talibus chartis [4] orta fuerit fortasse contentio, in judicis discussione consistat, utrum possit scriptura prolata jure subsistere. Ceterum principi vel ejus proximis, quicquid testamento aut nuncupatione dimittitur, hoc sibi legibus valere permittitur.

(3) Imperatores Arcadius et Honorius Augusti Aeternali Proconsuli Asiae. Testamentum non ideo infirmari debebit, quod diversis hoc deficiens nominibus appellavit cùm superflua non noceant. Praetermissa namque necessaria non abundans cautela vel contractus inminuit vel testatoris sufficit [5] voluntati.

§ 1. Nec patimur fidem conditi arbitrii ob hoc debere convelli, si aut majorem in principio signatorum aut minorem aut nullum numerum conditor suae praedixerit voluntati, cùm quinque huic non ignari suscripserint testamento, licet non eisdem series fuerit recensita, sed is [6] qui extremum disponit arbitrium *(Sequitur textus pag. 9)*

---

[1] Palimp.: *et*.
[2] Palimpsesto scribitur *quaestionum series* pro *quaestionum regula*, sicut exstat in omnibus codicibus ab Haenel inspectis. Sed animadvertere oportet quod tempore Alarici ac sequiore aetate vocabatur etiam *series* qualiscumque successio praeceptorum sive ordinationum legalium. Hunc sensum, lege de qua mox agemus, Theudis aperte indicat, proferens eam *juxta hujus consulti seriem*.
[3] Haenel: *vel*.
[4] Haenel: *chartulis*.
[5] Codices omnes: *officit*.
[6] Haenel: *hic*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

OBSIGNANDUMPORREXERITTESTAMENTUM·NECENIM
NOUUMPROMULGAMUS SEDDIUICONSTANTINISANCTIO
NEETINCHITERECORDATIONIS SENTENTIAMPATRIS SERENI
TATIS NRAEQUES UP huiusmodicausasquesuntexanti
quioribuspropagata sicutidecretaistatuimushii quiex
tremas ordinantuoluntates hec esse seruanda utpre
sentesuideantsuscriptores ethii curuenerintnonig
norent Letiamsihisdemscripture continentianon
fueritintimata hecsiquid exmunificentiamorientisfue
rintconsecuti infructuosumsubscribentes facient
testamentumcumhocauctorem prudentissimum
Iurisconsultorum nōsitabigum scevolamcomprobasse
DAT XII KAL APRIL ARchadio IIII ETHonorio III AA CCSSB
INTERP Simoriens cumscribitautdictat cartulam
testamenti preterm iserit forsitamutuocabulum
ponereautciuilisidestquodquinq, testiumaut
pretorisiurisquodseptemtestiumeritsuscriptione
firmandumautsimaiorem uel minorem testium.
numerumsetestatorinprincipiodixeriteuocasse us
q, adquinquesubscriptorum numeroaetiamsinonrele
gant testamentumualerepmissumest Itautsi
cutminornumerus impeditvoluntatem sicquidquid
suprafueritnon nocetattestamentum quiahec
lex ita constituit quodsupflua iuri inpediren̄
debeant hocaetiamobseruandumuttestatorsig
nandumtestib. offerattestamentum Necideo
habeaturinfirmumsialicuidesuscriptoribustes
tatoraliquid legati nominedereliquid
Idem Ā a FRichano P̄U
estamentaomniumceteraq, queaputofficiumcensu
ale publicarisolentnoluntus deficientiumconuelli
scripturas lurehacsollemniter uoluntates dum
quidam morientissuppremumethonadscriptum pro
cessefirmetur. Ineodem reserentur Neeumpmittatur
fieri ullatranslatio. mos namq, retinendus est

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

obsignandum porrexerit testamentum.

§ 2. Nec enim novum promulgamus, sed divi Constantini sanctionem et inclytae recordationis sententiam patris Serenitatis *nostrae* [1], nostraeque, super hujusmodi causas [2], quae sunt ex antiquioribus propagata, sicuti [3] decreta statuimus, his [4], qui extremas ordinant voluntates, haec esse servanda, ut [5] praesentes videant subscriptores et hii, cur venerint, non ignorent, etiamsi iisdem scripturae continentia non fuerit intimata.

§ 3. Nec si quid ex munificentia morientis fuerint consecuti, infructuosum subscribentes facient testamentum, cùm hoc auctorem prudentissimum jurisconsultorum non sit ambiguum Scaevolam comprobasse. Data XII Kalendas Aprilis Arcadio IV et Honorio III Augustis Consulibus.

Interpretatio. Si moriens cùm scribit aut dictat chartulam testamenti praetermiserit forsitan ut [6] vocabulum poneret, aut civilis, id est, quod quinque testium, aut pretoris [7] juris, quod septem testium erit subscriptione firmandum; aut si majorem vel minorem testium numerum se testator in principio dixerit evocasse, usque ad quinque subscriptorum numerum, etiamsi non relegant testamentum, valere permissum est, ita ut, sicut minor numerus impedit voluntatem, sic, quicquid supra fuerit [8] non [9] noceat testamento; quia haec lex ipsa constituit quod superflua juri impedire non debeant. Hoc etiam observandum, ut testator signandum testibus offerat testamentum, nec ideo habeatur infirmum, si alicui de subscriptoribus testator aliquid legati nomine derelinquit.

(4) IDEM [10] AUGUSTUS [11] AFRICANO PRAEFECTO URBIS. Testamenta omnium ceteraque, quae apud officium censuale publicari solent [12] (nolumus deficientium convelli scripturas jure ac solemniter voluntates dum quidam morientis supremum et non adscriptum processisse firmetur), in eodem reserventur ne dum [13] permittatur fieri ulla translatio. Mos namque retinendus est *(Sequitur textus pag. 11)*

---

[1] Pal. om.: *nostræ*.
[2] Haenel: *causa*.
[3] Haenel: *secuti*.
[4] Haenel: *iis*.—Palimp.: *hii*.
[5] Elegantius alii codices *ut et praesentes videant*.
[6] Haenel: *forsitan vocabulum*.
[7] Haenel: *pretorii*.
[8] Haenel: *superfuerit*.
[9] Haenel: *et*.
[10] Haenel: *Iidem*.
[11] Haenel: *Augusti*.
[12] Haec lex truncata et intermixta cum sequenti, in Palimpsesto apparet ex verbis «publicari solent»; quae verba in omnibus codicibus leguntur prout in superiori textu videntur. Librarius autem noster exscripsit legem sequentem quintam a verbis *Nolumus convelli* usque ad *confirmatur* ubi quartae legis truncatus textus resumitur. Inde verba, male intermixta in lege quarta, in quinta repetuntur.
[13] Haenel: *Nec usquam*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

FIDELISSIMAEVETUSTATIS quemsiquisinhacurbevoluerit
INMUTAREINRITAMMORTUORUMUIDERIFACIETUOLUMTATEM
DAT VI KAL OCTOBRIS CONSTANTINOPOLIM CAESARIOETATTICO CONSSB
INTERP TESTAMENTAOMNIAAUTRELIQUASSCRIPTURASAPUT
CENSUALES INURBEMROMAMUOLUITPUBLICAREHOCESTUTINRE
LIQUISREGIONIBUSAPUTCURIAEUIUOSTESTAMENTAUELQUE
CUMQUESCRIPTURAEACTISFIRMARISOLENTQESTORUMALLE
GATIONEMUNIANTUR SIUEROMORTUORUMUOLUMTATES
ACTISRESERATAENONFUERINTNIHILUALEBUNT
IMPP HONORIUSETTHEODOSIUS AA EDICTUMADPOPU
LUMURBISCONSTANTINOPOLITANAEETADOMNESPROUINCIALES
Nollumuscohuellideficientiumscriptaslurehacsollē
NITERUOLUMTATESDUMQUODDAMMORIENTISSUPPREMŪ
ETNONADSCRIPTUMPRECESSISSECONFIRMATURARBITRIUM
TAMQUAMPATRIMONIUMSUUMADNOS DEFICIENSMALUE
RITPTINERE OMNIBENIMPRIUATISETMILITANTIBUS
INTERDICIMUSHEHUIUSMODIPERIBEANTTESTIMONIAET
FALSICRIMINIS REOSTENERIPRECIPIMUSSICŪISCRIPTAELU
REHACSOLLEMNITERDEFICIENTIUM EXISTERINTUOLUM
TATESNONSCRIPTUMALIQUIDSUBHOSTRORUMNOMINUM
MENTIONE FALSOADSTRUEREMOLIANTUR NEMO
ITAQUERELICTUSUELLEGIBUS ADSUCCESSIONEMUOCA
TUS NOSTRUMUELPOTENTIUMNOMENORRESCATNON
OFFERRETESTIMONIA INHUNCMODUMUELSUSCIPERE
QESTISHUIUSMODIUOCES AUDEAT NOSTROUELETIAMPRI
UATORUMPOTENTIUMNOMINEMANEATARBITRIUMQUOD
UERAETSOLLEMNISSCRIPTURACONMENDAT·EXCLUDATUR
SIQUIDADUERSUSEAMUELDEFICIENTISANIMUMSUBDERE
RENDAHEREDITATENOSTRAEPERENNITATISPTESTIMONIA
NONSCRIPTAETFALSOCONTEXTAADSEUERATURHEMOSCRIP
TISPROPRIUMAUFERATROBURETNONSCRIPTISSUBPRETEX
TUNOSTRIUELPOTENTIUM NOMINISINGERATFIRMITATEM
DAT III ID MART CONSTANTIPLI THEOD A VII ET PALLADIO CCSSB
INTERP PLACUITUOLUMTATEMDEFUNCTORŪEARATIONE
SERUARI UTSIDEFICIENSQUISNONFECERITTESTAMENTUM

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

fidelissimae vetustatis, quem si quis in hac urbe voluerit immutare irritam mortuorum videri faciet voluntatem. Data VI Kalendas Octobris, Constantinopoli, Caesario et Attico Consulibus.

Interpretatio. Testamenta omnia aut [1] reliquas scripturas apud censuales in urbe Roma voluit publicari, hoc est ut in reliquis regionibus apud curiae viros testamenta vel quaecunque scripturae actis firmari solent, gestorum allegatione muniantur. Si vero mortuorum voluntates actis reservatae non fuerint nihil valebunt [2].

(5) Imperatores Honorius et Theodosius Augusti. Edictum ad Populum Urbis Constantinopolitanae et ad omnes Provinciales. Nolumus convelli deficientium scriptas jure ac solemniter voluntates, dum quoddam morientis supremum et non adscriptum processisse [3] confirmatur arbitrium, tanquam patrimonium suum ad nos deficiens maluerit pertinere. Omnibus enim privatis et militantibus interdicimus, ne hujusmodi perhibeant testimonia et falsi criminis reos teneri praecipimus, si, cùm scriptae jure ac solemniter deficientium exstiterint voluntates, non scriptum aliquid sub nostrorum nominum mentione falso adstruere moliantur. Nemo itaque relictus vel legibus ad successionem vocatus nostrum vel potentium nomen horrescat: non oferre [4] testimonia in hunc modum vel suscipere gestis hujusmodi voces audeat nostro vel etiam privatorum nomine: maneat arbitrium quod vera et solemnis scriptura commendat; excludatur, si quid adversus eam vel deficientis animum sub deferenda hereditate nostrae perennitati per testimonia non scripta et falso contexta asseveratur; nemo scriptis proprium auferat robur et non scriptis sub praetextu nostri vel potentium nominis ingerat firmitatem [5]. Data III [6] idus Martias Constantinopoli, Theodosio Augusto VII et Palladio Consulibus.

Interpretatio. Placuit voluntatem defunctorum ea ratione servari, ut si deficiens quis non perfecerit testamentum *(Sequitur textus pag. 13)*

---

[1] Haenel: *vel.*
[2] Lege hac videtur unum ex interpretum officiis esse non solum explicare sed accomodare sensus legum ad statum temporum et reipublicae. Imperatores Arcadius et Honorius, Constantinopoli legislatores, cùm prohibebant immutare testamenta *in hac urbe firmata* apud officium censuale, ad civitatem illam referebantur. Interpretatio in Occidentali Imperio ordinata substituit *huic urbi Roma;* et quia de testamentis provincialibus lex nihil dicebat, additum est quod supra legitur de testamentis *apud curiae vivos* ordinatis.
[3] Palimp.: *praecessisse.*
[4] Haenel: *nemo ferre.*
[5] Haenel: *firmamentum.*
[6] Haenel: IV.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

NONPOTESTQUICUMQUEPROPERFECTOUTIQUODINPER
FECTUMRESEDIT NECADMITTITHANCTESTIFICATIONĒPRIN
CIPISCHEMENTIASIFORTEDICATALIQUISAUDIUIMORIENTĒ
UELLEHOCPRINCIPIUELAETIAMHISPSONISQ,POTESTATI AD
IUNCTAESUNTUELCUIUSCUMQUEPOTENTISTALITERDEPUTA
TUMHANCUOCEMADMITTINONPATITUR ETSICUTILE
ĢITIMASSCRIPTURASUELINSUAMPSONAMUELINQUAS
CUMQUEALIASPOTESTATESSIUEINPRIUATOSUALEREMAN
DAUITITAINPFECTAMETSUBTALITESTIFICATIONEPROLATAM
PENITUSUALERENONUOLUIT·IDEM ĀĀPALLADIO PPO
NEQUISPOSTDIEMMORTISSCRIPTISANTEDECENNIUMTES
TAMENTISPRESTETURASSENSUSHULLISQ,PENITUSUIRI
BUSSCRIPTURAHUIUSMODITEMPOREANTIQUATATAXETUR
PRESERTIMCUMSIUOLUMTASCONTINUATAPERSTITERIT
BREUIMORASITRECENTIB,UETUSTATEMINNOUARETEM
PORIBUS· UIXENIMFIERIPOTESTUTPERHECTEMPORAQ,
FIDEIAMORECONTRAXIMUSOMNEMTESTIUMCONSTIENTIĀ
MORSCONIURATASURRIPIATETREUERAHEFASESTUTANTIQ̄E
DELIBERATIONISORDINATIOUOLUMTASPOSTREMA DIĢATUR
DAT X KAL IULIAS RAVENNA DD NN HONORIO XII ET THEODOSIO VIII AA CCSS B
INTERP SIQUISCONDITOTESTAMENTODECENNIO SUPS TI
ETSIAM NON MUTAUERIT
TISFUERITUOLUMTATEMQUODANTEDECENNIUMFACTŪEST
UACUŪREMANEBITImp THEOD Ā ASCLEPIODOTO PPO
SIQUISAGEREEXTESTAMENTOQUOLIBETMODOSIUEISCRIPTO
SIUESINEISCRIPTURACONFECTODEHEREDITATEUOLUERITAD
FIDEICONMISSIPSECUTIONEMADSPIRARECUPIENSMINIME
PMITTATUR TANTUMENIMABESTUTADITUMCUIQUAM
PROSUOMISRANDIDESIDERIOCONCEDAMUSUTEAMILLUT
SANCIAMUSUTSITESTATORFACIENSTESTAMENTUMINEODEM
PROCODICILLISAETIAMIDUALERECOMPLEXUSSITQUIHEREDITA
TEMPETITABIPSISINTENTIONISEXORDIISUTRUMUELITELI
ĢENDIHABEATPOTESTATEMSCIENSSEUNIUSELECTIONE
ALTERIUSSIBIADITUMPRAECLUSISSELTAUTSIUE BONORUM
POSSESSIONEMSECUNDUMTABULASUEL SECUNDUMNUNCUPA
TIONEM

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

non potest quicunque pro perfecto uti, quod imperfectum resedit. Nec admittit hanc testificationem principis clementia, si forte dicat aliquis audivi morientem velle hoc principi vel etiam his personis quae potestati adjunctae sunt, vel cujuscunque potentis taliter deputatum: hanc vocem admitti non patitur. Et sicuti legitimas scripturas vel in suam personam vel in quascunque alias potestates sive in privatos valere mandavit, ita imperfectam et sub tali testificatione prolatam penitus valere non voluit.

(6) IDEM AUGUSTI PALLADIO PRAEPOSITO. Ne quis post diem mortis scriptis ante decennium testamentis praestetur assensus nullisque penitus viribus scriptura hujusmodi tempore antiquata taxetur: praesertim cum si voluntas continuata perstiterit, brevis mora sit, recentibus vetustatem innovare temporibus. Vix enim fieri potest, ut per haec tempora, quae fidei amore contraximus, omnem testium conscientiam mors conjurata surripiat, et revera nefas est, ut antiquae deliberationis ordinatio voluntas postrema dicatur. Data X Kalendas Julii, Ravenna, dominis nostris Honorio XII et Theodosio VIII, Augustis, Consulibus.

Interpretatio. Si quis condito testamento decennio superstitis fuerit et suam non mutaverit voluntatem, quod ante decennium factum est, vacuum remanebit.

(7) IMPERATOR THEODOSIUS AUGUSTUS ASCLEPIODOTO PRAEPOSITO. Si quis agere ex testamento, quolibet modo, sive scripto, sive sine scriptura confecto, de hereditate voluerit ad fideicommissi persecutionem adspirare cupiens minime permittatur. Tantum enim abest, ut aditum cuiquam pro suo migrandi desiderio concedamus ut etiam illud sanciamus, ut, si testator faciens testamentum in eodem pro codicillis etiam id valere complexus sit, qui hereditatem petit ab ipsis intentionis exordiis, utrum velit, eligendi habeat potestatem, sciens, se unius electione alterius sibi aditum praeclusisse; ita ut sive bonorum possessionem secundum tabulas vel secundum nuncupationem (*Sequitur textus pag.* 15)

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

CETERASQ· SIMILESPOSTULARIEXEDICTODIUIADRIANISEMIT
TITADPOSSESSIONEMEXMOREPETIERITSTATIMINTERIPSA
HUIUSIURISAUSPICIAPROPOSITUMSUAEIHTENTIOHIS EX
PLANET SICENIMSIQUISDEFUNCTI AGNOUERITUOLUMPTA
TEMDEINOFFICIOSOAGERE PROHIBETURETPATRONUS LIBER
TIMUNERIBUSELECTISETOPERIS CONTRATABULAS BONORUM
POSSESSIONEREPELLITURSICMULIERINDICTOQUODDEAL
TERUTROESTCUMSUAMEXPLANAUERITOPTIONĒNEPENI
TENTIAPOSSITADALIUTTRANSIREAETIAMSATISDATIONE
COGETURPRECAUERENISIHETATISIUBETURAUXILIOILLUT
QUOCUMQUEPARIRATIONESERUANDUMESTUTTESTATOR
QUIDECREUITFACERETESTAMENTUMSIIDIMPLERENE
QUIUERITINTESTATUSUIDEATURESSEDEFUNCTUSNEC
TRADUCEREHICEATADFIDEICOMMISSIINTERPRETATIONEM
UELUTEXCODICILLISULTIMAMUOLUMPTATEMNISIIDILLE
COMPLEXUSSIT ADUIMAETIAMCODICILLORUMSCRIPTU
RADEBEATOBTINERE ILLOIUREELECTIONISUIDELICET
PDURANTE· UTQUIEXTESTAMENTOAGEREUOLUERIT
ADFIDEICOMMISSUMMIGRARENONPOSSIT SIQUISUERO
EXPARENTIBUSUTRIUSQ, SEXUS HACLIBERISUSQ, ADGRA
DUMQUARTUMAGNATIONISUINCULISALLIGATUSUELCOGNA
TIONISNEXUCONSTRICTUS ADTERTIUMUSQ, SCRIPTUS
HERESFUERITUELHUNCUPATUSINEOUIDELICETTESTAMEN
TOQUODTESTATORUICEMQUOQUECODICILLORUMUOLUIT
OBTINERELICEBITEISIDEHEREDITATE EXTESTAMEN
TOSECUNDUMMORTUIUOLUMPTATEM AGENSFUERITFORSI
TAMSUPERATUSUELCERTEIPSE SPONTEUOLUERITADFI
DEICONMISSISUBSIDIUM CONUOLARE NONENIMPAREA
REEADEMQUERATIOUIDETURAMITTERE DEBITA ET
LUCRANONCAPERELNOMNIAUTEM GENERETESTAMEN
TISIUEINPRETORIOIURESIUECIUILI CONSISTATSEUCO
DICILLICONSCRIBENTURSIUENONSCRIPTAUOLUMPTAS
ULTIMAPRETENDATURIDUOLUMUSOBSERUARIUTEO
DEMDIEQUOTEMTUM QUIDEORUMFUERIT
ADPFECTUMSUIPLENITUDINEMSORTIATUR NIHILQEIUS
INDIEMALTERUMDIFFERATURQUODNULLAMHABEATFIRMI
TATEM

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

ceterasque similes postulari ex edicto divi Adr*iani* se mittit ad possessionem ex more petierit statim inter ipsa hujus juris auspicia propositum suae intentionis *e*xplanet. Sic enim, si quis defuncti agnoverit volu*n*tatem de inofficioso agere prohibetur, et patronus liberti muneribus electis et operis contra tabulas bonorum possessione repellitur. Sic mulier in edicto quod de alterutro est, cùm suam explanaverit optionem ne poenitentia possit ad aliud transire, etiam satisdatione cogetur praecavere nisi si aetatis juvetur auxilio.

§ 1. Illud quocunque pari ratione servandum est ut testator qui decrevit [1] facere testamentum, si id implere nequiverit intestatus videatur esse defunctus nec traducere liceat ad fideicommissi interpretationem, velut ex codicillis ultimam voluntatem, nisi si id ille complexus sit ad vim etiam codicillorum scriptura debeat obtinere; illo jure electionis videlicet perdurante, ut qui ex testamento agere voluerit ad fideicommissum migrare non possit.

§ 2. Si quis vero ex parentibus utriusque sexus ac liberis usque ad gradum quartum agnationis vinculis alligatus vel cognationis nexu constrictus ad tertium usque scriptus heres fuerit vel nuncupatus, in eo videlicet testamento, quod testator vicem quoque codicillorum voluit obtinere, licebit ei, si de hereditate ex testamento secundum mortui voluntatem agens fuerit forsitan superatus, vel certe ipse sponte voluerit, ad fideicommisi subsidium convolare. Non enim par eademque ratio videtur amittere debita et lucra non capere [2]. In omni autem genere testamenti, sive in praetorio jure sive civili consistat, seu codicilli conscribantur sive non scripta volumptas ultima praetendatur, id volumus observari, ut eodem die, quo tentum [3] [ali] quid eorum fuerit, ad perfectum sui plenitudinem sortiatur, nihilque ejus in diem alterum differatur; quod [4] nullam habeat firmitatem *(Sequitur textus pag. 17)*

---

[1] Haenel: *decreverit*.

[2] Exhinc hujus legis textus deficit apud Sichardum, non vero in aliis codicibus, neque apud Haenel. Et quoniam interpreti «extrema pars hujus legis non habetur exposita, quia Novella lege calcatur», id quidem intelligi operae pretium erit ut referatur non ad § 2 ipsius constitutionis, ut in editione Sichardiana prostat, sed ad partem quae de unitate testamentifactionis loquitur.

[3] Cod. palimpsesto: *temtum*. Haenel: *coeptum*.

[4] Haenel: *quod quidem*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

NISI AVT SEPTEM AVT QVINQVEM VEL ROGITI AVT QVI FORTVI
TO VENERINT POSSINT IVSTE TESTIMONIVM PERHIBERE
VEL LICET POST SANCTIONEM DIVINISET liquescentibus apici
BVS QVITRIVM TESTIVM NVMERO SINT CONTENTI
DAT XVI KAL MARTIAS CONSTANTINOPOLIM THEOD ET VICTORE VV CONSULIBUS
INTERP Siquis ꝑ scripturam condiderit testamentū et post
modum sine scriptura hoc est ꝑ nuncupationem suam ite
randam crediderit voluntatem uel si codicillis quod est
fideicommissum potestatem heredi suo commiserit ut
ex qua uoluerit testatoris ordinationes succedat tunc
in primordio adeundae hereditatis suam publicare non
desinat uoluntatem utrum ex testamento an ꝑ nuncu
pationem an ꝑ fideicommissum hereditatem sibi elegat
uindicandam Quod si prima electio eius fuerit superata
ad alteram eius transire non liceat quia unius petitio
ne concessa dereliquisse noscitur excludendum quia
una petitio alias aperte et euidenter excludit
Extrema pars legis stius ideo non habetur scripta
uel exposita quia nouella lege calcatur.

VDILETIÇIOSIS

Imp constantinus a ad prouinciales
Lite pendente illut quod in controuersia deuocatur
In conluncta persona uel extranea am donationib,
uel emptionibus uel quibus libet aliis contractibus
minime transferri oportet tam quam nihil factum sit
Lite nihilominus peragenda quod si tutelae causa
uertitur post examen iudicis In supplementum pro
nuntiationis dentur arbitrii qui nonia arbitres
sed executores putandi sunt. Et cetera
DAT KAL AGVSTAS BASSO ET ABLAVIO CONSVLIBVS
INTERP Res quae proposita actione repetitur trans
ferri a possidente ad alterum nullis contractibus
potest neq, Inde aliqua fieri scriptura admittitur.
Nisi prius lis de qua agitur fuerit In iudicio definita
VI DE NATVRALIBVS FILIIS ET MATRIBVS EORVM

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

nisi au*t* *s*eptem aut quinque vel rogati aut qui fortuito [1] venerint possint juste [2] testimonium perhibere vi*de*licet [3] post sanctionem divinis et liquescentibus apici*bus*, qui trium testium numero sint contenti. Data XVI Kalendas Martias, Constantinopoli Theodosio et Victore viris clarissimis consulibus.

Interpretatio. Si quis per scripturam condiderit testamentum et postmodum sine scriptura, hoc est per nuncupationem suam iterandam crediderit voluntatem, vel si codicillis, quod est fideicommissum, potestatem heredi suo commiserit, ut, ex qua voluerit, testatoris ordinatione succedat; tunc in primordio adeundae hereditatis suam publicare non desinat voluntatem, utrum ex testamento, an per nuncupationen, an per fideicommissum, hereditatem sibi eligat vindicandam. Quod si prima electio ejus fuerit superata, ad alteram ei transire non liceat, quia unius petitione concessa, de reliquis se noverit excludendum, quia una petitio alias aperte et evidenter excludit. Extrema pars legis istius ideo non habetur scripta vel exposita, quia novella lege calcatur.

TIT. V. — DE LITIGIOSIS. (1) IMPERATOR CONSTANTINUS AUGUSTUS AD PROVINCIALES. [4] Lite pendente illud quod in controversiam devocatur, in conjunctam personam vel extraneam donationibus vel emtionibus vel quibuslibet aliis contractibus minime transferri oportet, tamquam nihil factum sit lite nihilominus peragenda; quod si tutelae causa vertitur, post examen judicis in supplementum pronuntiationis dentur arbitri, qui non jam arbitri, sed executores putandi sunt, et cetera. Data Kalendas Augustas Basso et Ablavio Consulibus.

Interpretatio. Res quae proposita actione repetitur, transferri a possidente ad alterum nullis contractibus potest; neque inde aliqua fieri scriptura permittitur, nisi prius lis, de qua agitur, fuerit in judicio definita.

TIT. VI. — DE NATURALIBUS FILIIS ET MATRIBUS EORUM [5]. . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

---

[1] Haenel: *fortitu*.
[2] Haenel: *jure*.
[3] Haenel: *ut*.
[4] Haenel add.: *post alia*.
[5] Post hanc tituli VI inscriptionem desunt in Palimpsesto ipse titulus, duas leges comprehendens, titulus VII *De manumissionibus in Ecclesia*, unam tantum constitutionem habens, et prima et quarta leges tituli VIII *De liberali causa*. Verum si duo hi tituli et prima lex tituli VI recte ab omnibus codicibus portenduntur, non ita lex 2 ejusdem tituli VI, cujus textus apud Haenel valde turbatus exstat et corruptus a plurimis codicibus. Praeterea lex 4.ª tituli VIII non adest, forsitan ex defectu librarii, non solum in omnibus codicibus quos Haenel inspexit, verum etiam apud Sichardum et Tilium. Eam Cujacius primo evulgavit, sed fontem ex quo hausta fuit silentio premit. Inde creditur excludi a priore Breviarii compositione, postremae adiuncta.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Idem ā ad maximum p̄u

IBERTATI A MAIORIB. TANTŪ IMPENSUM EST UT PATRIB. QUIBUS IUS UITAE IN LIBEROS NEC HISQ. POTESTAS. P̄MISSA ESSET RIPERE LIBERTATE NON LICERET. SI QUIS QĀ MINORI UENUNDATUS ACTUM MAIORA DMINISTRAUIT QN̄M MINORIS EMPTIO SCIENTIA MIŌ OBLIGAT EUM AD LIBERTATEM UENIENTEM EMPTIONIS ACTUSQ. A MAIORE ADMINISTRATI PRESCRIPTIO NON TENEBIT NEC UERO ILLE QĪ APUT QUEM PIAM PROSERUO EDOCATUS HAC MAIOR EFFECTUS UENDENDI UEL UTI DN̄O ADQUIESCITACTUQ. ADMINISTRATO LAMPE NEA DEXTREMĀ RELIGIT LIBERTATEM QN̄M NEQUE MAIOR EFFECTUS ORIGINEM SUAM NOUERAT. NEQUE EAM QUĀ IGNORAUERAT UENDITIONIS PRETIO DESERUISSE IUDICANDUS EST IDEST MINORI SIMILIS EADEM EMPTIONIS AD Q. ACTUS AD MINISTRATI PRESCRIPTIONE NON HABILIGABITUR SED UTRIQ. DABITUR ADSERTIO PARI HETIAM IN LIBERTINIS ERUNT QUI QUAESTU QUODAM Q̄ODIN EANDEM RURSUS SERUITUTEM RELABUNTUR SED EORUM HAC EXCEPTIONE CAUSA DISTINGUENDA EST UTQUI IN PUBERES INTRA AHNUM QUARTUM DECIMUM MANUMISSI HAC DE INCEPS INSERUITIO RETENTI IGNORATA LIBERTATE NON PUTANTUR MAIORES Q. UENUMDATI HACTŪ GERANT A BADSERTIONE NON ARCHEANTUR CUM ILLI AETATIS TRIBUTAE LIBERTATIS IGNORANTIA AUTO BLIUIO CONCESSA EST QUI UERO MEMORIA FIRMA UENDITIONE POST FACTA NON NESCIUS INNECTITUR HUIUS LEGIS BENEFICIO CAREBIT ET Q̄N̄M UICISSIM AETIAM IPSIS QUIREM CONMISERUNT MENDUM EST SI QUIS QUAM OMNIUM QUI SUPRA CONPREHENSI SUNT IN LIBERTATEM PROCLAMAUERIT ID QUOD APUT SE ESSE EIUS QUI SED N̄M DICIT PROFITEBITUR Q̄N̄M DE EO NON DUBITABITUR REDDI HAC PROFERRI LUDEX PROTINUS PRONUNTIABIT. QUOD UERO PENDITUR SI ID FUERIT HEGOTIATIONIS CONTRUERSIA PCAUTIONE MADSERTORIS UT ALIA LEGE CONPRENSUM EST CONSERUABITUR HAC PETITIO DIFFERATUR UT SI FUERIT ADPROBATA PROPRIA LIBERTAS GESTARUM RERUM AB EODEM RATIO ADQUON NEQUOD DEBITUR REPOSCATUR UT SERUITUTE DEPULSUS QUI PROD N̄O QUOD AM FUERAT HABEAT QUOD UT SERUO DOMINI

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

(TIT. VIII.—DE LIBERALI CAUSA). (2) IDEM AUGUSTUS AD MAXIMUM PRAEFECTUM URBIS. Libertati a majoribus tantum impensum est ut patribus quibus jus vitae in liberos necisque potestas permissa est, eripere libertatem non liceret.

§ 1. Si quisquam minor venumdatus actum major administravit, quoniam minoris emtio scientiam non obligat, eum ad libertatem venientem emtionis actusque a majore administrati praescriptio non tenebit.

§ 2. Nec vero ille, qui apud quempiam pro servo educatur, ac major effectus vendenti velut domino acquiescit [1] actuque administrato jam pene extremam relegit libertatem, quoniam neque major effectus originem suam noverat, neque eam quam ignoraverat venditionis [2] pretio deservisse judicandus est, minori similis eadem emtionis atque actus administrati praescriptione non alligabitur, sed utrique dabitur assertio.

§ 3. Paria [3] etiam in libertinis erunt qui quaestu quodam in ramdem rursus servitutem relabuntur. Sed eorum hac exceptione causa distinguenda est, ut qui impuberes intra annum quartum decimum manumissi ac deinceps in servitio retenti ignorata libertate non utantur, majoresque venumdati actum gerant, ab assertione non arceantur, cùm illi aetatis [4] tributae libertatis ignorantia [5] aut oblivio concessa est. Qui vero memoria firma venditione post facta [6] non nescius innectitur, hujus legis beneficio carebit.

§ 4. Et quoniam vicissim etiam ipsis, qui [7] rem commiserunt, medendum est, si quisquam omnium, qui supra comprehensi sunt, in libertatem proclamaverit, id, quod apud se esse ejus, qui se dominum dicit, profitebitur, quoniam de eo dubitabitur [8], reddi ac referri judex protinus pronuntiabit.

§ 5. Quod vero petitur, si id fuerit negotiationis controversia [9], per cautionem assertoris, ut alia lege comprehensum est, conservabitur, ac petitio differetur, ut, si fuerit approbata propria libertas, gestarum rerum ab eodem ratio atque omne quod debebitur reposcatur, ut servitute depulsus, qui pro domino quondam fuerat, habeat, quod ut servo domini

---

[1] Haenel: *acquievit.*
[2] Haenel: *venditionem patiens.*
[3] Palimp.: *Pari.*
[4] Haenel: *aetati.*
[5] Haenel: *ignoratio.*
[6] Haenel: *venditionis factæ.*
[7] Haenel: *qui his.*
[8] Haenel: *dubitatur.*
[9] Haenel: *negotiatione controversum.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

IURE LARGITUS ESTET QUAE EARUM RERUM QUAES TU HAC
FRUCTIB· CONCILIATA SUNTET Q· DE FURTIUIS CONPENDIIS OBSCU
RE CAPTA HAC PARTA SUNT CUM LIBERUM ESSE NON OPORTEAT
QUOD APUT SERUUM DNS PECULIUM HOMINE CONLOCAUERAT EAUE
RO QUAE TESTAMENTO AUT DONATIONE QUAESITA SUNT AUT QUEEA
RŪ RERUM AEMOLUMENTIS EMPTA CONFECTA Q, SUNT EI DĒI NŞE
NUO DEPUTENTUR QUAE TAMEN UNIUERSA EXACTIO LIBERTATIS
IUDICIO QUO DAS UPRADICTIS REBUS DISCERNUNTUR INSEQUES
TRI ESSE OPORTET UT HIS ABUTRO Q, DEDUCTIS AD Q· IN MEDIO
IURE LOCATIS A DEORUM PROPRIETATEM UTER QUE CONTENDAT
DATA XV KALENDAS MARTIAS THESSALONICA SEVERO ET RVFINO CONSVLIBVS
INTERP MINORUENDI TUSSI POSTUIŞ INTI ET QUI NQUE AETA
TIS SUAE ANNOS IAM MAIOR EFFECTUS SERUIERIT AUT IN REBUS
EMPTORIS ATOR AUT CUIUS LIBET REI ORDINATOR FUERIT CONS
TITUTUS CUM DE INŞENUITATE SUA PROCLAMAUERIT SINE
PREIUDICIO SERUITI QUOD Ş ESSERI TAUDIATUR Nec HOC
EI PREIUDICIUM Ş ENERET QUOD EIUS A QUO EMTUS EST DOMUM
AUT UTILITATES IN HIS MAIORIB· POSITUS UIS USES TORDINAS
SE HOC HAETIAM DE LIBERTIS LEX HAEC PRECEPIT CUSTODIRI UT Q; IIN
TRA QUATUORDECIM ANNOS FUERINT MANUMISSI ET HACTUM
IN MAIORE HETATE POSITI Ş ESSERINT PATRONORUM LIBER
TATI EORUM ACTUS NON PREIUDICET SERUITUTIS Sed
CUM UOLUERITS UAS AUT DE INŞENUITATE ~~IN FRA IN Ş ENU~~
~~ETATE~~ AUT DE LIBERTATE INFRA TEMPORA LEŞIB· CONSTITU
TA PROFERANT HACTIONES Si CHETIAM SI QUIS MINOR IN Ş E
NUUS A QUO LIBET FUERIT EDUCATUS ET LIBERŪ SE ESSE NES
CIENS FUERIT A NUTRITORE DISTRACTUS ET HACTUM UEL UM
LITATE MILLIUS A QUO EMPTUS EST UT SERUUS Ş ESSERIT
PRIUS QUAM TRIŞINTA ANNŌRŪ PREIUDICIO TENEATUR PO
TESTATEM HABEAT RECLAMANDI ET QUASI MINORIS PRIS
QUAM TEMPORA SUPPLEANTUR AMISSAM RECIPIAT LIBERTA
TEM Quid QUID UERO EIS ILLE A QUO EMPTI SUNT UEL TRA
DIDIT UEL DONAUIT UEL QUAECUMQUE EX REI SUAE ADMI
NISTRATIONE PROFECIT TOTUM IS TUM RETINENDI HAC
REUOCANDI HABEANT POTESTATĒ SIUERO HUIUSMODI

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

jure largitus est, et quae earum [1] rerum quaestu ac fructibus conciliata sunt, et quae de furtivis compendiis obscure capta ac parta sunt, cùm liberum esse non oporteat, quod apud servum dominus peculii nomine collocaverat.

§ 6. Ea vero, quae testamento aut donatione quaesita sunt, aut quae ex earum rerum emolumentis emta confectaque sunt, eidem ingenuo deputentur.

§ 7. Quae tamen universa, exacto [2] libertatis judicio, quo a supradictis rebus discernuntur, in sequestri esse oportet, ut, his ab utroque deductis atque in medio jure locatis ad eorum proprietatem uterque contendat. Data XV Kalendas Martias, Thessalonica, Severo et Rufino, Consulibus.

MONIIS AUXILIUM IMPTIRET DEFICIENTIS HOC TOTUM CREDIDITAR
BITRIO PERMITTENDUM· NUNC UERO PARENTIB, EXSTANTIBUS
UEL PROPINQUIS AB INTESTATO UENIRE CONIUGES PROHIBEMUS·
ITAQ· NULLA MENTIO PRIORIS LEGIS SIT QUA HOC MEDIO BREUIQ· TEMPO
RE CONTEGISSE ALICUI DICATUR CONIUGIS AB INTESTATO HEREDITAS
ET LEGE PROPOSITA DIUULGETUR OMNEM HUIUSCEMODI SPEM SUC
CESSIONIS Q· AB INTESTATO DEFERITUR CONIUGIB, DEPONENDAM
HIS ILLE CASUS AEMERSERIT UTNEMO DE PROPINQUIS SUCCESSIO
NEM ORTUI UINDICARE POSSIT EX LEGE CUM FISCO NSO QUALIS CŪ
Q· IURA MATRIMONII PROPONAMUS

DAT̄ XI KAL MARTIAS· CONSTANTINOPOLIM TAURO ET OVIFUERIT HUNTIATUS
INTERP HEC LEX CONSTITUIT UTOMNES PROPINQUI UXOREM
AB INTESTATI MARITI SUCCESSIONE PROHIBEANT ET MARITUM
SIMILITER A SUCCESSIONE INTESTATE UXORIS EXCLUDANT SED SI
PROPINQUI OMNINO DEFUERINT TUNC SIBI INUICEM EXCLUSO FIS
CO MARITUS UEL UXOR SUCCEDANT

II DE DECURIONUM ID EST CURIALIUM

IMP̄ CONSTANTINUS Ā RUFINO PPO

SI DECURIO SINE FILIIS INTESTATUS DIEM SOLUERIT UITE CUI NEQUE UO
LUNTAS POSTREMA LEGIB, FULTA NEQ, ALIO IURE GRADU
PROXIMO HERES EXTITERIT BONA EIUS CURIAE SUAE
CONMODISCE DAT ID EST HORDINIS HUTILITATI PRO
FICIAT CUIUS CORPORE FATALI NECESSITATE
EXEMPTUS EST NULLI PREBENDA LICENTIA
POSTULANDI HAEC BONA UTUA CANTIA· QUE NSA
CLEMENTIA AETIAM SI REUERA ET TESTAMENTUM ET
SUCCESSOR DEESSE LEGITIMUS AD PROBETUR OMNIA AETIAM
BENEFICIO SI QUOD FUERIT IMPETRATUM PROTINUS IMFIRMANDŪ

DAT̄ KAL DECEMB SIRMIO CONSTANTINO Â V ET LICINIO Ĉ CCSSB

INTERP SI CURIALIS INTESTATUS MORIENS NEQ, FILIOS NEQUE
PROXIMOS DERELINQUAT· CURIA CUIUS HORDINI SUBDUCITUR

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

nec quod extraneis ac saepe ignotis in donationibus successionibusque tribuatur, coniugibus concesserint reprimendum intes hos potius ut in loco ancipiti quam incitandum favorem mutuum arbitrati sumus. Verum lex alia quam pridem tulimus ut matrimonium auxilium impartiret deficientis hoc totum credidit arbitrio permittendum. Nunc vero parentibus exstantibus vel propinquis, ab intestato venire coniuges prohibemus. Itaque nulla mentio prioris legis sit, qua [1] hoc medio brevique tempore contigisse alicui dicatur conjugis ab intestato hereditas et lege proposita divulgetur omnem huiuscemodi spem successionis, quae ab intestato defertur, coniugibus deponendam, nisi [2] ille casus emerserit ut nemo de propinquis successionem mortui vindicare possit ex lege, cum fisco nostro qualiacumque iura matrimonii praeponamus. Data IX [3] Kalendas Martias Constantinopoli Tauro et Flavio Felice consulibus [4].

Interpretatio. Haec lex [5] constituit ut omnes propinqui uxorem ab intestati mariti successione prohibeant, et maritum similiter a successione intestatae uxoris excludant. Sed si propinqui omnino defuerint, tunc sibi invicem excluso fisco maritus vel uxor succedant.

TIT. II.—DE DECURIONUM [6] ID EST, CURIALIUM [7]. (1) IMPERATOR CONSTANTINUS AUGUSTUS RUFINO PRAEFECTO PRAETORIO. Si decurio sine filiis [8] intestatus diem solverit vitae, cui neque voluntas postrema legibus fulta neque alio iure gradu proximo heres exstiterit, bona eius curiae suae commodis cedant, id est ordinis utilitati proficiant, cuius corpori fatali necessitate exemtus est; nulli praebenda licentia, postulandi haec bona ut vacantia de nostra clementia, etiamsi et testamentum et successor deesse legitimus approbetur: omni etiam beneficio, si quod fuerit impetratum, protinus infirmando. Data V Kalendas Decembres Sirmio Constantino Augusto et Licinio Caesare consulibus.

Interpretatio. Si curialis intestatus moriens neque filios neque proximos derelinquat curia cuius ordini subducitur *(Sequitur textus pag. 73)*

---

[1] Haenel: *si qua.*
[2] Haenel add.: *si.*
[3] Haenel: *X.*
[4] Palimps.: *Ovi fuerit nuntiatus.*
[5] Haenel add.: *id.*
[6] Haenel add.: *bonis.*
[7] Haenel om.: *curialium;* quamvis omissionem pauci tueantur codices.
[8] Haenel: *liberis.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

quid quid reliquerit uindicabit Itaut hullus audeat ea quasi
bona caduca a principibus postulare quod si fecerit non ua
lebit ham testamentum faciendi curialibus lex statribuit
III DE CLERICORUM ET MONACHORUM. potestatem
Impp Theodosius et ualentinianꝰ aa ad tarū ppo et patrici cum
Siquis episcopus aut presbiter aut diaconus aut diacohis
sauel subdiaconus aut cuiuslibet alterius loci clericus
aut monachus aut mulier quesolitariae uitae dedita est
nullo condito testamento decesserit. nec ei parentes
utriusq, sexus uel liberi uel si quia gnationis cognatio
nis ue. lure iunctura uel uxor exstiterit bona quae
ad eum pertinuerint sacrosanctae ecclesiae uel monasterio
cui fuerat destinatus omnifariam socientur. excep
tis his facultatib, quas forte censib, adscripti uel iure
patronatus subiecti uel curiali conditione obnoxii
clerici uel monachi uel cuiuscumq, sexus relinquunt.
Nec enim iustum est bona seu peculia q, aut patrono le
gib, debentur ad hoc possessionis cuiquis eorum fuerat
adscriptus aut ad curias pro tenore dudum latae consti
tutionis sub certa forma pertinere noscuntur ab eccl esiis
de tineri actionibus uidelicet competenter sacrosci eccle
siis reseruatis. si quis forte praedictis conditionib, obnoxi
us aut exgestis negotiis aut ex quib, libet aliis ecclesiasti
cis actibus obligatus obierit Itaut si qua liti
gia exhuiusmodi competitionib, In iudiciis
pendent penitus sopian tur. Nec li
ceat petitori posthuius legis publi
cationem iudicium ingredi uel
hec omisse um onachis aut procurato
ribus inferre moles tia mipsa petitio
neanti quataet bonis que relicta sunt re
ligiosissimis ecclesiis uel monasteriis quib.
dedicati fuerant conse cratis

DAT XVIII KAL IAN ARIOVINDO ET ASPARE CCSSB

DICLERI CISSIMO NACHI. INTERP. Siquis episcopus. uel quos lex ipsa commemorat

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

quidquid reliquerit vindicabit, ita ut nullus audeat ea quasi bona caduca a principibus postulare; quod si fecerit non valebit, nam testamentum faciendi curialibus lex ista tribuit potestatem.

TIT. III.—DE BONIS CLERICORUM ET MONACHORUM. (1) IMPERATORES THEODOSIUS ET VALENTINIANUS AUGUSTI AD TAVRUM PRAEFECTO PRAETORIO ET PATRICIUM. Si quis Episcopus aut presbyter aut diaconus aut diaconissa vel subdiaconus vel cuiuslibet alterius loci clericus, aut monachus aut mulier quae solitariae vitae dedita est, nullo condito testamento, decesserit; nec ei parentes utriusque sexus vel liberi, vel si qui agnationis cognationisve iure iunguntur, vel uxor exstiterit, bona quae ad eum pertinuerint sacrosanctae ecclesiae vel monasterio, cui fuerat destinatus, omnifariam socientur, exceptis iis facultatibus quas forte, censibus adscripti vel iuri patronatus subiecti vel curiali conditioni obnoxii, clerici vel monachi vel [1] cuiuscumque sexus relinquunt. Nec enim iustum est bona seu peculia quae aut patrono legibus debentur, aut domino possessionis cui quis eorum fuerat adscriptus, aut ad curias pro tenore dudum latae constitutionis sub certa forma pertinere noscuntur, ab ecclesiis detineri; actionibus videlicet competenter sacrosanctis ecclesiis reservatis, si quis forte praedictis conditionibus obnoxius aut ex gestis negotiis aut ex quibuslibet aliis ecclesiasticis actibus obligatus obierit; ita ut siqua litigia ex huiusmodi competitionibus in iudiciis pendent, penitus sopiantur. Nec liceat petitori post huius legis publicationem iudicium ingredi vel oeconomis seu monachis aut procuratoribus inferre molestiam, ipsa petitione antiquata, et bonis, quae relicta sunt, religiosissimis ecclesiis vel monasteriis quibus dedicati fuerant, consecratis. Data XVIII Kalendas Januarias Arienindo et Aspare Consulibus.

Interpretatio. Si quis episcopus vel quos lex ipsa commemorat *(Sequitur textus pag. 75)*

---

[1] Haenel om.: *vel*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

autquilibetreligiosiuelreligiosaeintestatisinefiliis
propinquisueluxoredecesserintquitamen nec curiae
quidquamdebuerintuel patrono. quidquid relinquerint
adaecclesiasuel monasteria quibusobsecuti fuerint
pertinebit. quisitestareuoluerint habebuntliberampotes
tatem

IIII DE BONIS MILITUM INTESTATORUM

Imp constantinus augustus bonoso magistro militum
Uniuersis tamlegionibus quamuexillationibus comitan
tibus. seu cuneisinsinuaredebebis uti cognoscant
cumaliquisfuerittreb; humanisexemptus adquein tes
tatussinelegitimoherededecesserit aduexillationē
inquamilitauerittreseiusdem necessario pertinere

dat v idus maias hierapoli rufino et eusebio . ccssb

Interp Milites si sine legitimo herede intestati de
decesse rint et proximos non habuerint eorumbona
quilineodem officiomilitantiuindicabunt

Vdipostliminio idestpostcaptiuitatem reuersis
Imppp ualentis ualentis et gratianis aaa adseueriandu ce
Siquosfortenecessitascaptiuitatisadduxitsciantsinon
transierunt sedhostilisinruptionis necessitate
transductisuntadpropriasterras festinare debere
recepturosiurepostliminii eaq; inagris uel mancipiis
anteteneruntsiueafiscohostropossideantursiue
Inaliquem principali liberalitate transfusa sunt Nec
timeat quisquam alicuius contradictionis moram cum
hoc solumrequirendum sit. Utrumaliquiscum barbaris
uolumtate fuerit an inuitus

dat xvi kal iulias remis gratiano ñ et dagalaipho ccssb

Interp Quicumq; necessitatecaptiuitatisductisuntet non
suauolumtatesedhostili depredatione ad aduersarios tran
sieruntquecumq; in agris uel mancipiisanteteneruntet
afiscopossideantur. siuealiquid exhis p principem cuicumq;
donatumest sineullius contradictione personetempore
redierintuindicenthacpresumant sitamen cumaduer
sariisnonsuauolumtate fuerintsedcaptiuitatesee ssedeteh
tosprobauerint

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

aut quilibet religiosi vel religiosae intestati sine filiis propinquis vel uxore decesserint, qui tamen nec curiae quicquam debuerint, vel [1] patrono quidquid dereliquerint ad ecclessias vel monasteria quibus obsecuti fuerint pertinebit, qui si testari voluerint habebunt liberam potestatem.

TIT. IV.—DE BONIS MILITUM INTESTATORUM [2]. (1) IMPERATOR CONSTANTINUS AUGUSTUS AD BONOSUM MAGISTRUM EQUITUM. Universis tam legionibus quam vexillationibus comitatensibus seu cuneis insinuare debebis, uti cognoscant, quum aliquis fuerit rebus humanis exemptus, atque intestatus sine legitimo herede decesserit, ad vexillationem, in qua militaverit, res eiusdem necessario pervenire. Data V idus Maias Hierapoli Rufino et Eusebio Consulibus.

Interpretatio. Milites si [3] sine legitimo herede intestati decesserint, et proximos non habuerint, eorum bona qui in eodem officio militant, vindicabunt.

TIT. V.—DE POSTLIMINIO ID EST POST CAPTIVITATEM REVERSIS [4].—(1) IMPERATORES VALENTINIANUS, VALENS ET GRATIANUS AUGUSTI AD SEVERIANUM DUCEM. Si quos forte necessitas captivitatis abduxit, scient si non transierunt sed hostilis irruptionis necessitate transducti sunt, ad proprias terras festinare debere, recepturos jure postliminii, ea quae in agris vel mancipiis ante tenuerunt; sive a fisco nostro possideantur, sive in aliquem principali liberalitate transfusa sunt, nec timeat quisquam alicuius contradictionis moram quum hoc solum requirendum sit utrum aliquis cum barbaris voluntate fuerit an invitus [5].

Data XVI Kalendas lulias Remis Gratiano Augusto et Dagalaipho Consulibus.

Interpretatio. Quicumque necessitate captivitatis ducti sunt, et non sua voluntate sed hostili depraedatione ad adversarios transierunt, quaecumque in agris vel mancipiis antea tenuerunt, sive [6] a fisco possideantur, sive aliquid ex his per principem cuicumque donatum est sine ullius contradictione personae tempore quo [7] redierint vindicent, ac praesumant; si tamen cum adversariis non sua voluntate fuerint, sed captivitate se esse detentos probaverint.

---

[1] Haenel: *nec.*
[2] Haenel om.: *intestatorum.*
[3] Haenel: *si milites.*
[4] Haenel om.: *id est post captivitatem reversis.* Sed verba haec plurimi habent codices quos Haenel inspexit.
[5] Haenel: *exactus.*
[6] Palimp. om.: *sive.*
[7] Palimp. om.: *quo.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Impp̄ honoriusetTheodosiusaa̅. Theodoro ppo
Iuersarū hominesprouinciarumcuiuslibetsexuscohditionis
aetatisquos barbaricaferitascaptiuahecessitate transduxe
ratinluitos nemoreteneat sedadpropriaredirecupientibus
liberasitfacultas. Quib, siquidquamhusumuestium uel
alimoniaeinpensumesthumanitatissitprestitumhecmane
aduictualissumptusrepetitio exceptishisquosbarbaris
uiendentibus emptos essedocebitur. Aquib, statussuipre
tiumpropterhutilitatepublicaemptoribaequm̄estredi
beri Nequandoenimdamhiconsideratiointalinecessita
tepositishegarifaciatemptionem Decet redemptos
autdatū prosepretiumemptoribrestituere autlabo
reobsequiiuel operequihquennii uicem referrebeneficii
habiturosIncolumeminea quā natisunt libertatemred
dahtur. Igitursedib, propriis submoderationequalis
simusquib, iurepostliminii aetiamueterumresponsis
Incolomiacunctaseruatasunt Siquisitaquehuicpre
ceptofuerit conatusobsistereactor conductorprocura
tor q, darisemetallis cumpoenadeportationis hohambi
gat. Siuero possessionisd̄nsremsuamfiscohouerituindi
candumseq, deportandum. Et utfacilisexecutiodroue
niat xp̄ianos proximorumlocorumuolumushuiusreisolli
citudinemgerere Curialesquoq, proximarumciuitatum
placuitadmoniriutaemergentibustalib, causisscianthe
sis n̄reauxiliumdeferendum Itahouerintrectoresuniuer
sidecemlibrasauriasetantumdemasuisadparitoribus
exigendumsipreceptumhegiexerint.

DAT IIII ID DECEMB RAVENNA HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA CCSSB

LEX STADE HIS LOQVI TVR QUI AB HOS TIBVS CAPTI VI DV CVN TVR

Interp̄ hi quiabhostibustemporecaptiuitatis dueti
sunt. siabaliquibusueladuictumuelad uestitumaliquid
acceperunt cumredireadpropriauoluerint mihimealiquid
proeorumrequiratur expensis. Tamensipretiumproecapti
uosuopredatoracceperit. quoddediss eemptorprobauerit
sinedubitationerecipiat Quodsipretiumnonhabue
rit quihquennioseruiat captiuusemptorietpostquin
quennio

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

(2) Imperatores Honorius et Theodosius Augusti Theodoro Praefecto praetorio. Diversarum homines provinciarum cuiuslibet sexus conditionis aetatis quos barbarica feritas captiva necessitate transduxerat invitos nemo retineat sed ad propria redire cupientibus libera sit facultas.

§ 1. Quibus si quidquam in usum vestium vel alimoniae impensum est humanitati sit praestitum nec maneat victualis sumptus repetitio, exceptis iis quos barbaris vendentibus emptos esse docebitur a quibus status sui pretium propter utilitatem publicam emptoribus aequum est redhiberi. Ne quando enim damni consideratio in tali necessitate positis negari faciat emptionem. Decet redemptos aut datum pro re pretium emptoribus restituere, aut labore obsequio vel opere quinquennii vicem referre beneficii habituros incolumem in ea qua nati sunt libertatem.

§ 2. Reddantur igitur sedibus propriis sub moderatione qua iussimus. Quibus iure postliminii etiam veterum responsis incolumia cuncta servata sunt.

§ 3. Si quis itaque huic praecepto fuerit conatus obsistere actor conductor procuratorque dari se metallis cum poena deportationis non ambigat. Si vero possessionis dominus rem suam fisco noverit vindicandam seque deportandum.

§ 4. Et ut facilis exsecutio proveniat christianos proximorum locorum volumus huius rei sollicitudinem gerere. Curiales quoque proximarum civitatum placuit admoneri ut emergentibus talibus causis sciant legis nostrae auxilium deferendum ita ut [1] noverint rectores universi decem libras auri a se et [2] tantumdem a suis apparitoribus exigendum si praeceptum neglexerint. Data IV Idus Decembres Ravenna Honorio VIII et Theodosio III Augustis Consulibus.

Interpretatio. Hi qui ab hostibus tempore captivitatis ducti sunt si ab aliquibus vel ad victum vel ad vestitum aliquid acceperunt quum redire ad propria voluerint minime aliquid pro eorum requiratur expensis, tamen si pretium pro captivo suo praedator acceperit quod dedisse emptor probaverit sine dubitatione recipiat. Quod si pretium non habuerit quinquennio serviat captivis emptoris et post quinquennium *(Sequitur textus pag. 79)*

---

[1] Palimp. om.: *ita ut*.
[2] Palimp. om.: *et*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

SINEPRETIOINGENUITATIREDATUR QUICUM AD PROPRIA
REDIERITOMNIASUAINTEGRAETSALUARECIPIAT SIQUISITAQUEHUIC
TAMLUSTEPRECEPTIONIRESISTERETEMPTAUERITNOUERITSEEXI
LIODEPORTANDUM SIUERO POSSESSORFUERIT FACULTATEM
SUAMFISCIUIRIB·ADDICENDAM· SANEXPIANOSQUIREDEMPTONI
STUDIREDEBENT PROCAPTIUISUOLUMUSESSESOLLICITOS·
ADCURIALESETIAMSOLLICITUDOSTAPTINEAT· ITAOMNESIUDI
CESSCIANTDECEM LIBRASAURIFISCOSEDATUROSQUI
HULUSLEGISPRECEPTANEGLEXERINT

VI DE INGENUIS QUI TEMPORE TYRANNIS SERVIERUNT

Imp̄ CONSTANTINUS AD UOLUSIANUM

UNIUERSISIDELUOTIONISSTUDIOCONTENDANTSIQUISINGENUIS
NATALIB·PROCREATOSSUBTYRANNOSINGENUETATEAMISSAAUT
PROPRIÃCONTEMPTICONSCIENTIAM· AUTALIORUMINDICIISRE
COGNOSCUNT NATALIB·SUISRESTITUERE NECEXPECTATA IUDI
CISINTERPELLATIONE NAMSIQUISCONTRACONSCIENTIAMSUAM
UELCERTISSIMATESTIMONIAPLURIMORUMINEADEMAUARITIE
TENACITATEPERMANSERITSEUERISSIMAPOENAMULTABITUR PLA
CETAUTEMAETIAMEOSPERICULOSUBIUGARI QUISCIENTESIN
GENUOSSERUITUTISNECESSITATEMPLINIURIAMSUSTINEREDISSIMULANT.

PP VIII KAL MAIAS ROM VOLUSIANO ET ANNIANO CONSULIBUS

INTERP INGENUI QUITYRANNITEMPORIBUSADDICTI SUNTSERUI
TUTEINGENUITATIREDDANTUR QUODSI QUISSCIENSHOCORDI-
NEADDICTUMINGENUUMINSERUITUTETEHUERITINELEGIB·UINDICANDUM

VII DE EXPOSITIS

Imp̄ CONSTANTINUS AD ABLAUIUM PPP

QUICUMQUEPUERUMUELPUELLAMPROIECTAMDEDOMOPATRIS
UELDOMINIUOLUNTATESCIENTIAQ·COLLEGERITHACSUISALIMEN
TIS ADROBURPROUEXERITEUNDEMRETINETSUBEODEMSTATU
QUEMAPUTSECOLLECTUMUOLUITAGITARE. HOCESTSIUEFI
LIUMSIUESERUUMEUMESSEMALUERITOMNI REPETITIONIS INQUIETUDINE
PENITUSSUMMOUENDAEORUMQUISERUOSAUTLIBEROSSCI
ENTESPROPROPRIAUOLUNTATEDEDOMORECENSNATOSABIECERINT

DAT XV KAL MAIAS CONSTANTINOPOLIM BASSO ETABLABIO CONSSBS

INTERP QUICUMQUE EXPOSITUMRECENTIPARTUSCIENTE

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

sine pretio ingenuitati reddatur qui cum ad propria redierit omnia sua integra et salva recipiat. Si quis itaque huic tam iustae praeceptioni resistere tentaverit, noverit se exilio deputandum. Si vero possessor fuerit facultatem suam fisci viribus addicendam. Sane christianos qui redemtioni studere debent pro captivis volumus esse sollicitos, ad curiales etiam sollicitudo ista pertineat ita ut [1] omnes iudices sciant decem libras auri fisco se daturos qui huius legis praecepta neglexerint.

TIT. VI.—DE INGENUIS QUI TEMPORE TYRANNIS SERVIERUNT. (1) IMPERATOR CONSTANTINUS AD VOLUSIANUM. Universi [2] devotionis studio contendant si quos ingenuis natalibus procreatos sub tyranno ingenuitatem amississe aut propria contenti conscientia aut aliorum indiciis recognoscunt natalibus suis restituere nec exspectata iudicis interpellatione, nam si quis contra conscientiam suam vel certissima testimonia plurimorum in eadem avaritiae tenacitate permanserit severissima poena mulctabitur. Placet autem etiam eos periculo subjugari qui scientes ingenuos servitutis necessitatem per incuriam sustinere dissimulant. Proposita VIII Kalendas Maias Romae Volusiano et Anniano Consulibus.

Interpretatio. Ingenui qui tyranni temporibus addicti sunt servituti ingenuitati reddantur; quod si quis sciens hoc ordine in servitute tenuerit *noverit* in se [3] legibus vindicandum.

TIT. VII.—DE EXPOSITIS. (1) IMPERATOR CONSTANTINUS AD ABLABIUM PRAEFECTUM PRAETORIO. Quicumque puerum vel puellam proiectam de domo patris vel domini voluntate scientiaque collegerit ac suis alimentis ad robur provexerit, eumdem retineat sub eodem statu quem apud se collectum voluerit agitare, hoc est, sive filium sive servum eum esse maluerit, omni repetitionis inquietudine penitus summovenda eorum qui servos aut liberos scientes pro [4] propria voluntate de [5] domo recens natos abjecerint.

Data XV Kalendas Maias Constantinopoli Basso et Ablabio Consulibus.

Interpretatio. Quicumque expositum recenti partu sciente *(Sequitur textus pag.* 81*)*

---

[1] Palimp. om.: *ut.*
[2] Palimp. add.: *si.*
[3] Palimp. om.: *noverit.*
[4] Haenel om.: *pro.*
[5] Haenel om.: *de.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

PĀTRE uel matre uel dNO colleCERIT haC suo LABOREEDO
CUERIT illius a quo collECTUS. ET potestate CONSISTAT seu
IN CENUUMS EUS ERUUM quem NUTRIERIT esse uoLUERIT
Imp pp HONORIUS ET theODOSIUS āa meLITIO ppo
Nullum dNIS uel patronis REPETENDI ad TUM RELiquimus si expo
SITOS quodammodo aD MORTEM uoluptas MISERICORDIAE
amica collEGERIT. NEC enim DICERE suum potERIT quem
PEREUNTEM CONTEMPSIT. Si modo TESTES episcopalis SUS
CRIPTIO FUERIT SUBSECUTA DE qua NULLA PENITUS A DSECURI
TATEM POSSITESSE CUNCTATIO

DAT XIIII KAL APRIL RAUENNA HONORIO VIIII ET THEODOSIO V āā CCSS

INTERP Quiex positum puERUM uel puellam SCIENTE domino
UEL patrono MISERICORDIAE CAUSA COLLEGERIT INEIUS domiNIO
P MANEBIT SI TAMEN CONTESTATIONI DE COLLECTIONE EIUS EPIS
copus CLERICIq. SUSCRIPSERINT quem POSTEA SUUM DICERE
quisquam NON POTERIT QUEM PROIECISSE PROBATUR ad mDR
VIIII DE his QUI SANGUINOLENTOS emptos UEL NUTRIENDOS AC
Imp CONSTANTINUS Ā ITALIS SUIS

SECUNDUM STATUTA PRIORUM PRINCIPUM SI QUIS AS ANGUINE-
QUOQUEMODO LEGITIME COMPARAUERIT UEL NUTRIENDUM PU
TAUERIT OBTINENDI EIUS SERUITII HABEAT POTESTATEM
IT AUT si QUIS POST SERIEM ANNORUM AD LIBERTATEM EUM REPE
TAT EUM UEL SERUUM DEFENDAT EIUSDEM MODI
alium PRESTET AUT PRETIUM QUOD POTEST UALERE EXOLUAT
QUI ENIM PRETIUM COMPETENS INSTRUMENTO CONFECTO DEDERIT
ITA DEBET FIRMITER POSSIDERE UT ET DISTRAHENDI PROSUO DE
BITO CAUSA mANCIPIUM LIBERUM HABEAT POENAS UBICIENDIS his QUI CON
TRA HANC LEGEM UENIRE TEMPTAUERINT.

DAT XV KAL SEPTEMBRES SERDICA CONSTANTINO Ā VIII ET CAESARE IIII COSS

INTERP SI QUIS INFANTEM A SANGUINE AEMERITET NUTRIE
RIT HABENDI EUM ET POSSIDENDI HABEAT POTESTATEM SANE SI
NUTRITUM DOMINUS UEL PATER RECIPERE UOLUERIT AUTE
IUS DE MMERITI MANCIPIUM NUTRITORI DABIT AUT PRAE
TIUM NUTRITOR QUANTUM UALUERIT QUI NUTRITUS EST
CONSEQUATUR.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

patre vel matre vel domino collegerit ac suo labore educaverit in illius a quo collectus est potestate consistat, seu ingenuum seu servum, quem nutrivit esse voluerit [1].

(2) IMPERATORES HONORIUS ET THEODOSIUS AUGUSTI MELITIO PRAEFECTO PRAETORIO. Nullum dominis vel patronis repetendi aditum relinquimus si expositos quodammodo ad mortem voluntas misericordiae amica collegerit, nec enim dicere suum poterit quem pereuntem contempsit. Si modo testis episcopalis subscriptio fuerit subsecuta de qua nulla penitus ad securitatem possit esse cunctatio.

Data XIV Kalendas Aprilis Ravenna Honorio IX et Theodosio V Augustis Consulibus.

Interpretatio. Qui expositum puerum vel puellam sciente domino vel patrono misericordiae causa collegerit in eius dominio permanebit, si tamen contestationi de collectione eius episcopus clericique subscripserint, quem postea suum dicere quisquam non poterit quem proiecisse probatur ad mortem.

TIT. VIII. DE HIS QUI SANGUINOLENTOS EMPTOS VEL NUTRIENDOS ACCEPERINT. (1) IMPERATOR CONSTANTINUS AUGUSTUS ITALIS SUIS. Secundum statuta priorum principum si quis [2] a sanguine quoquomodo legitime comparaverit vel nutriendum putaverit obtinendi eius servitii habeat potestatem, ita ut si quis post seriem annorum ad libertatem eum repetat, eum vel servum defendat eiusdem modi alium praestet aut pretium quod potest valere exsolvat. Qui enin pretium competens instrumento confecto dederit ita debet firmiter possidere ut et distrahendi pro suo debito causam liberam habeat poenae subjiciendis iis qui contra hanc legem venire tentaverint.

Data XV Kalendas Septembres Sardica Constantino Augusto VIII et Constantino [3] Caesare IV Consulibus.

Interpretatio. Si quis infantem a sanguine emerit et nutrierit habendi eum et possidendi [4] habeat potestatem. Sane si nutritum dominus vel pater recipere voluerit, aut eiusdem meriti mancipium nutritori dabit aut pretium nutritor quantum valuerit qui nutritus est consequatur.

---

[1] Hic Haenel addit: *et si adoptare voluerit in filium vel libertum aut servum permanere, propria utatur potestate.* Sed quia additio ista non invenitur in ullis quos ille vidit codicibus, neque apud Sichardum et Cujacium in ejus editione Lugdunensi Theodosiani Codicis, neque ex textu legis apparet additionis argumentum, jure merito credimus a librario interjectam.

[2] Hic Haenel recte addit: *infantem*, verbum non recte omissum in Palimpsesto, licet omissum quoque appareat in omnibus codicibus praeter eum qui Seldeni nominatur.

[3] Palimp. om.: *Constantino.*

[4] Haenel add.: *liberam.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

VIIII DE FUGITIUIS COLONIS INQUILINIS ET SERUIS.

Imp CONSTANTINUS A AD PROUINCIALES
Aput quemcumque colonus iuris alieni fuerit inuentus
his non solum eumdem origini suae restituat uerum
super eodem capitationem temporis agnoscant. ipsos
aetiam colonos qui fugam meditantur. In seruile con
dicionem ferroliga riconuenit. Ut officia q. liberis con
gruunt merito seruiles condemnationes conpellantur im
plere. DAT III KAL NOUEMB. PACCATIANO ETHILARIANO CONSSB

INTERP. Si quis alienum colonum sciens in domum suam
retinuerit ipsum prius dno restituat et tributa eius q̃m
diu apud eum fuerit cogatur exsoluere ipse uero quino
luitesse quod natus est in seruitium redigatur ;;;;;

Impppss arcadius ualent et theod aaa cinegio ppo
Quisquis colonum iuris alieni aut sollicitatione susce
perit aut occultatione celauerit pro eo qui priuatus
fuerit sex uncias. pro eo qui patrimonialis li bram auri
cogatur inferre DAT VIII KAL NOUEMB CONSTANTINOPOLIM HONORIO ET EUODIO CONSSB

INTERP. Si quis colonum alienum aut sollicitauerit aut oc
cultauerit si priuati hominem sua sollicitatione susce
perit sex uncias auri dno reddat. Si fiscalem sollicita
tum tenuit libram auri cogatur implere.

DE INQUILINIS ET COLONIS

Impp. honorius et theodosius aa palladio ppo
Siquis colonus horiginalis uel inquilinus ante hos tri
ginta annos de possessione discessit neq. adsolutione tale
silentii continuatione repetitus est. omnis abips ouel
a quo possidetur calumnia penitus excludatur quem
annorum numerum futuris quoque temporibus uolu
mus obseruari. Quod si quis horiginarius intra hos tri
ginta annos de possessione discessit siue fuga lapsus
seu sponte seu sollicitatione transductus neq. de eius
condicione dubitatur eum contradictione submota
loco cui natus est cum horigine iubemus sine dilatione
restitui. Quod si forte ipse de cuius proprietate

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

TIT. IX.—DE FUGITIVIS COLONIS INQUILINIS ET SERVIS. (1) IMPERATOR CONSTANTINUS AUGUSTUS AD PROVINCIALES. Apud quemcumque colonus iuris alieni fuerit inventus, is non solum eumdem origini suae restituat, verum super eodem capitationem temporis agnoscat; ipsos etiam colonos qui fugam meditantur in servilem conditionem ferro ligari conveniet, ut officia quae liberis congruunt merito servilis condemnationis compellantur implere. Data III Kalendas Novembres Paccatiano et Hilariano Consulibus.

Interpretatio. Si quis alienum colonum sciens in domum suam retinuerit ipsum prius domino restituat et tributa eius quamdiu apud eum fuerint cogatur exsolvere, ipse vero qui noluit esse quod natus est in servitium redigatur.

(2) IMPERATORES ARCADIUS VALENTINIANUS ET THEODOSIUS AUGUSTI CYNEGIO PRAEFECTO PRAETORIO. Quisquis colonum iuris alieni aut sollicitatione susceperit aut occultatione celaverit, pro eo qui privatus erit, sex uncias [1], pro eo qui patrimonialis libram auri cogatur inferre. Data VIII Kalendas Novembres Constantinopoli Honorio [2] et Evodio Consulibus.

Interpretatio. Si quis colonum alienum aut sollicitaverit aut occultaverit si privati hominem sua sollicitatione susceperit sex uncias auri domino reddat; si fiscalem sollicitatum tenuit libram auri cogatur implere.

TIT. X.—DE INQUILINIS ET COLONIS. (1) IMPERATORES HONORIUS ET THEODOSIUS AUGUSTI PALLADIO PRAEFECTO PRAETORIO. Si quis colonus originalis vel inquilinus ante hos triginta annos de possessione discessit, neque ad solum genitale silentii continuatione repetitus est omnis ab ipso vel a quo [3] possidetur calumnia penitus excludatur quem annorum numerum futuris quoque temporibus volumus observari.

§ 1. Quod si quis originarius intra hos triginta annos de possessione discessit, sive per fugam lapsus seu sponte seu sollicitatione transductus, neque de eius conditione dubitatur, eum, contradictione summota, loco cui natus est, cum origine iubemus sine dilatione restitui.

§ 2. Quod si forte ipse de cuius proprietate *(Sequitur textus pag. 85)*

---

[1] Haenel: *auri uncias.*
[2] Haenel add.: *N. P.*
[3] Haenel add.: *forte.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

CERTATURFATALISORTECONSUMPTUSESTEIUSPOSTERITATEMAGRO
RUMIURI CUMOMNIPECULIOADQ;MERCIBUSUELUTEOSUPRESTI
TEQUIDECESSITCELERILUBEMUSEXECUTIONEREUOCARI IN
FEMINISSANEOBSERUATIONEMUOLUMUSESSEDIUERSAM. ITAQ;
MULIERESQ;FUISSE HORIGINARIAEDOCEBUNTUR SIANTEUICE
SIMUMANNUMDESOLO CUIDEBEBANTURABSCESSERINTUNIUER
SAREPETITIOCESSET. EARUMUEROQUARUMINTRACONPREHEN
SUMTEMPUSDISCESSIOHACDECONDICIONENULLADUBITATIOEST
PRORSUSDOMINISPERIRENONSINIMUS EATAMENDICIONESERUA
TAUTUICARIACUMAGNATIONEPARTISTERTIAENONNEGETURQUE
DECOLONOSUSCEPTAESTALIENO. ITAUTPROFILIISQUOQUECON
TRARIIPRÆBEANTUR. QUODSINONADALIENUMPREDIUMSED
CUIUSCUMQ;LIBERIHOMINISHACSUILURISSECUTACONSORTIUM
INHURBIB;UELINQUIB;CUMQ;LOCISUICTURACONSISTITSIMODO
INTRAPREFINITUMTEMPUSREPOSCITUR EIUSOMNEMHORIZI
NEMSECUNDUMUETERACONSTITUTACONUENIETREUOCARI;CON
TESTATAS AUTEMLITESSITAMENQUIQUISDOCEBITURSOLLEM
NITERFUISSECONUENTUSSALUASREPETENTIB;ESSEDECERNIMUS

DAT XVIIKAL IULIAS RAUENNA MAXIMO ETPLINTATO COSSB

QUICOLONUM ALIENUM PER TRIGINTA ANNOS APUD SE HABUERIT HACSISUUMUINDICET

INTERP SIquiscolonumalienuminresuauelfugalapsum
uelINSUAUOLUMTATEMIGRANTEMTRIGINTA ANNOS HABUERIT
HACSISUUMUINDICET. QUISIINTRATRIGINTA ANNOS INUENTUS
FUERITADNO cumfiliissuis SECUNDUMLEGEMSIBIDEBITISET OMNIPE
CULIOREUOCENTUR QUODSIFORTE MORTUUS FUERITFILIIEIUS CUM
MERCEDIB;SUISUELPATRISMORTUIADNOREUOCENTUR COLONA
AETIAMSIP;XX. ANNOSINALIENODOMINIOETIUREPMANSERITAPRIO
REDNONONQUERATUR. SITAMENINTRAXX. ANNOSINUENTAFUE
RIT. ETDEALIENO COLONOFILIOSSUSCEPERITCUMAGNATIONISPAR
TETERTIAREUOCETUR. QUIACOLONUMDUAEPARTESAGNATIONIS
SEQUUNTUR. SANE NESEPARATIO CONIUGIFIAT ILLUMCUIUSCOLO
NUSESTUICARIAMULIEREM ETPROTERTIAMAGNACIONISMULIE
RISDNOCONPENSARE PRECIPIMUS SIUERO MULIERIURISALIE
NIINGENUMMARITUDUXERIT OMNISMULIERISAGNATIOADEIUS
DOMINIUMPERTINEBIT. QUODHICMINUSESTDECOLONAE
AGNATIONENOUELLISLEGIBUSINUENITUR.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

certatur fatali sorte consumptus est, eius posteritatem agrorum iuri cum omni peculio atque mercedibus velut eo superstite qui decessit, celeri iubemus exsecutione revocari.

§ 3. In feminis sane observationem volumus esse diversam. Itaque mulieres quae fuisse originariae docebuntur, ante vicesimum annum de solo cui debebantur abscesserint, universa repetitio cesset. Earum vero quarum intra comprehensum tempus discessio comprobatur [1] ac de conditione nulla dubitatio est, prorsus dominis perire non sinimus, ea tamen conditione servata ut vicaria cum agnatione partis tertiae non negetur quae de colono suscepta est alieno, ita ut pro filiis quoque contrarii praebeantur.

§ 4. Quod si non ad alienum praedium sed cuiuscumque liberi hominis ac sui iuris secuta consortium, in urbibus vel in quibuscumque locis victura consistit, si modo intra praefinitum tempus reposcitur eius omnem originem secundum vetera constituta conveniet revocari.

§ 5. Contestatas autem lites si tamen quisquam docebitur solemniter fuisse conventus salvas repetentibus esse decernimus. Data [2] VI Kalendas Julias Ravenna Maximo [3] et Plintato [4] Consulibus.

Interpretatio. Si quis colonum alienum in re sua vel [5] fuga lapsum vel [6] sua voluntate migrantem triginta annos habuerit ac si suum vindicet. Qui si intra triginta annos inventus fuerit a domino cum filiis suis [7] secundum legem sibi debitis et omni peculio revocetur. Quod si forte mortuus fuerit, filii eius cum mercedibus suis vel patris mortui a domino revocentur. Colona etiam si per XX annos [8] in alieno dominio et iure permanserit a priore domino non requiratur; si tamen intra XX annos inventa fuerit et de alieno colono filios susceperit, cum agnationis parte tertia revocetur, quia colonum duae partes agnationis sequuntur. Sane ne separatio coniugii fiat, illum, cuius colonus est, vicariam mulierem et pro tertia agnatione mulieris domino compensare praecipimus. Si vero mulier iuris alieni ingenuum maritum duxerit, omnis mulieris agnatio ad eius dominium pertinebit. Quod hic minus est de colonae agnatione Novellis legibus invenitur.

---

[1] Palimp. om.: *comprobatur*.
[2] Palimp.: *XVII*.
[3] Haenel: *Manaxio*.
[4] Haenel: *Plinta*.
[5] Haenel add.: *in*.
[6] Palimp. add.: *in*.
[7] Haenel om.: *suis*.
[8] Haenel: *si XX annis*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

XI NE COLONUS INSCIO DOMINO SUUM ALIENET
PECULIUM UEL LITEM INFERAT EI CIUILEM ℳ
Imp̄p ualentinian̄ set ualens ā ā ad clearcū uicarī asiae

NON DUBIUM EST COLONIS ARUAQ· SUBEUNT USQ· AD EO ALIENAN
DI IUS NON ESSE UT ET SIQ̄ PROPRIA HABEANT INCONSULTIS
AD Q· IGNORANTIB· PATRONIS IN ALTEROS TRANSFERRE NŌ LICEAT
DAT VI KAL FEBRUARIAS ȳALENTINIANO ETUALENTE AA CONSS B

INTERP INTANTUM AD OMINIS COLONI INOMNIB· TENENTUR
OBNOXII UT NE SCIENTIB· D̄NIS NIHIL COLONUS NEQ· DE TERRA NE
Q· DE PECULIO SUO ALIENARE PRÆSUMAT

XII DE LONGA CONSUETUDINE

Imp iulianus ā ad maximum

UENIENTIŪ EST TEMPORŪ DISCIPLINA STARE UETERIB· INSTITUTIS· IDEO
Q· CUM NIHIL PRO CAUSA MPUBLICAM INTERUENIT Q, DIU SERUATA
SUNT PMANEBUNT· DAT II KAL MART CONSTANTINOPOLIM IULIANO ā IV ET SALUSTIO CCSS
INTERP· LONGÆ CONSUETUDO Q· ŪILITATIB· PUBLICIS NŌ IMPEDIT PRO LEGE SERUĒTUR

EXPLICIT LIBER V INCIPIT LIBER VI

I UT DIGNITATUM ORDO SERUETUR.

Imppp GRATIANUS UALENTINIANUS ET THEODOSI
US aaa AD CLEARCUM PRAEFECTUM

NIHIL EST TAM INIURIOSUM IN CONSERUANDIS ET CUSTODIEN
DIS GRADIBUS DIGNITATUM QUAM USURPATIONIS AMBITIO
PERIT ENIM OMNIS PREROGATIUA MERITORUM SI ABSQUE
RESPECTU ET CONTEMPLATIONE UEL QUALITATE AETIAM
PROUECTIONIS EMERITE CUSTODIENDI HONORIS LOCUS PRE
SUMITUR POTIUS Q'UAM TENETUR UT AUT POTIORIBUS ERI
PIATUR ID QUOD EST DEBITUM AUT INFERIORIBUS PROSIT
q̄o QUID ETUR IN DEBITUM

DAT IIII KALENDAS IUNIAS CONSTANTINOPOLIM MEROBAUDE II ET SATURNINO CCSS

INTERP NEMO SIBI HONORES ET DIGNITATEM QUAM A PRIN
CIPE NON MERUIT PRÆSUMAT QUIA SICUT EIS QUI MERENTUR
DIGNITAS HORNAMENTUM EST ITA NOTA MACULANDI SUNT
QUI PRESUMUNT IDEM ā AD PRETEXTATŪ PU
CAELESTIS RECORDATIONIS UALENTINIANUS GENITOR

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

TIT. XI.—NE COLONUS, INSCIO DOMINO, SUUM ALIENET PECULIUM VEL LITEM INFERAT EI CIVILEM. (1) IMPERATORES VALENTINIANUS ET VALENS AUGUSTI AD CLEARCHUM VICARIUM ASIAE. Non dubium est colonis, arva quae subigunt, usque adeo alienandi ius non esse, ut et si qua propria habeant inconsultis atque ignorantibus patronis, in alteros transferre non liceat. Data VI Kalendas Februarias Valentiniano et Valente Augustis Consulibus.

Interpretatio. In tantum a [1] dominis coloni in omnibus tenentur obnoxii, ut nescientibus dominis nihil colonus neque de terra neque de peculio suo alienare praesumat.

TIT. XII.—DE LONGA CONSUETUDINE. (1) IMPERATOR JULIANUS AUGUSTUS AD MAXIMUM. Venientium est temporum disciplina stare [2] veteribus institutis; ideoque, quum nihil per causam publicam intervenit, quae diu servata sunt, permanebunt. Data II [3] Kalendas Martias Constantinopoli Juliano Augusto IV et Sallustio Consulibus.

Interpretatio. Longa consuetudo quae utilitatibus publicis non impedit pro lege servetur.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI [4] LIBER V. INCIPIT CODICIS THEODOSIANI [5] LIBER VI.

TITULUS I.—UT DIGNITATUM ORDO SERVETUR. (1) IMPERATORES GRATIANUS VALENTINIANUS ET THEODOSIUS AUGUSTI AD CLEARCHUM PRAEFECTUM [6]. Nihil est tam iniuriosum in conservandis et custodiendis gradibus dignitatum quam usurpationis ambitio; perit enim omnis praerogativa meritorum si absque respectu et contemplatione vel qualitate etiam provectionis emeritae, custodiendi honoris locus praesumitur potius quam tenetur; ut aut potioribus eripiatur id quod est debitum, aut inferioribus prosit quod videtur indebitum. Data IV Kalendas Junias Constantinopoli Merobaude II et Saturnino Consulibus.

Interpretatio. Nemo sibi honores et [7] dignitatem quam a principe [8] non meruerit praesumat quia sicut eis qui meruerunt dignitas ornamentum est, ita nota maculandi sunt qui praesumunt.

(2) IDEM AUGUSTI AD PRAETEXTATUM PRAEFECTUM URBIS. Coelestis recordationis Valentinianus genitor *(Sequitur textus pag.* 89*)*

---

[1] Haenel om.: *a.*
[2] Haenel: *instare.*
[3] Haenel: *IV.*
[4] Haenel add.: *Codicis Theodosiani.*
[5] Haenel add.: *Codicis Theodosiani.*
[6] Haenel: *Pf. P.*
[7] Haenel: *vel.*
[8] Haenel add.: *ipse.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

NOMINIS NSI SINGULIS QUIBUSUE DIGNITATIS CERTUM
LOCUM MERITUMQ· PRAESCRIPSIT. SI QUIS IGITUR INDE
BITUM SIBI LOCUM USURPAUERIT NULLA SE IGNORATIONE
DEFENDAT SITQ· PLANE SACRILEGII REUS QUI DIUINA PRE
CEPTA NEGLEXERIT

DAT XII KAL IUL IAS MEDI RICOMERE ET CLEARCO CONSSB

INTERP SIQUIS PRESUMPSERIT QUAM NON MERUITA PRIN
CIPE DIGNITATEM SACRILEGII REUS HABEATUR

EXPLICIT LIBER VI INCIPIT LIBER VII

DE RE MILITARI ET DE HIS QUI PREDAS CUM LATRONIBUS

IMP CONSTANTINUS A ET C DIUIDENT

SIQUIS CUM BARBARIS SCELERATA FACTIONE FACULTATEM DE
PREDATIONIS IN ROMANOS DEDERIT UEL SI QUIS ALIO MO
DO FACTAM DIUISERIT UIUUS COMBURATUR·

DAT IIII KAL MAIAS SEUERO ET RUFINO CONSSB

INTERP SIQUIS CUM CUIUSLIBET HOSTIB· PREDAS EGE
RIT· AUT PREDAM CUM PREDONIBUS DISERIT INCENDIO CON
CREMETUR·

EXPLICIT LIBER VII INCIPIT LIBER VIII

DE TABULARIIS LOCOGRAPHIS ET CENSUALIBUS

IMPP HARCADIUS ET HONORIUS AA ADRIANO PPO
ENER· LI LEGE SANCIMUS UT SI UE SOLIDIS PROUINCIIS SIUE
SINGULIS CIUITATIB· NECESARII FUERINT TABULARII LIBE
RI HOMINES HORDINE NTUR NEQUE ULLI DE INCEPS A DHOC
OFFICIUM PATESCAT ADITUS QUI SIT OBNOXIUS SERUITUTI SEDET SI
QUIS DOMINORUM SERUUM SUUM SIUE COLONUM CARTAS PUBLI
CAS AGERE P MISERIT CONSENSUM ENIM NON IGNORANTIAM UOLU
MUS OBLIGARI· IPSUM QUIDE MIN QUANTUM INTERFUERIT PU
BLICAE UTILITATI PRORATIO CINII SQ· SERUOS SIUE COLONO A
GENTE TRACTATA SUNT OBNOXIUM ADTINERI SERUUM AUTEM
CONPETENTIBUS AD FECTUM UERBERIBUS FISCO ADDICI· IN PRE
TERITUM QUOQUE DECERNIMUS CURA DOMINORUM PRESEN
TARIEOS QUI RATIOCINIA TRACTAUERINT QUORUM INTERFUIT

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

nominis nostri singulis quibusque dignitatibus certum locum meritumque praescripsit. Si quis igitur indebitum sibi locum usurpaverit, nulla se ignoratione defendat. Sitque plane sacrilegii reus qui divina praecepta neglexerit. Data XII Kalendas Junias Mediolani Richomere et Clearcho [1] Consulibus.

Interpretatio. Si quis praesumpserit quam non meruerit a principe dignitatem, sacrilegii reus habeatur [2].

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI [3] LIBER VI. INCIPIT CODICIS THEODOSIANI [4] LIBER VII.

TITULUS I.—DE RE MILITARI *(et de his qui praedas cum latronibus dividunt)* [5].—(1) IMPERATOR CONSTANTINUS AUGUSTUS ET CAESAR. Si quis cum [6] barbaris scelerata factione facultatem depraedationis in romanos dederit, vel si quis alio modo factam diviserit, vivus comburatur. Data IV Kalendas Maias Severo et Rufino Consulibus.

Interpretatio. Si quis cum quibuslibet hostibus praedas egerit, aut praedam cum praedonibus diviserit, incendio concremetur.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI [7] LIBER VII. INCIPIT CODICIS THEODOSIANI [8] LIBER VIII.

TITULUS I.—DE TABULARIIS LOGOGRAPHIS ET CENSUALIBUS. (1) IMPERATORES ARCADIUS ET HONORIUS AUGUSTI HADRIANO PRAEFECTO PRAETORIO. Generali lege sancimus ut sive solidis provinciis sive singulis civitatibus necessarii fuerint tabularii, liberi homines ordinentur, neque ulli deinceps ad hoc officium patescat aditus qui sit obnoxius servituti; sed et si quis dominorum servum suum sive colonum chartas publicas agere permiserit, consensum enim non ignorantiam volumus obligari, ipsum quidem in quantum interfuerit publicae utilitati, pro ratiociniis quae servo sive colono agente tractata sunt, obnoxium attineri; servum autem competentibus affectum verberibus fisco addici in praeteritum quoque decernimus; cura dominorum praesentari eos qui ratiocinia tractaverint, quorum interfuit *(Sequitur textus pag. 91)*

---

[1] Haenel add.: *V. V. C. C.* (Viris clarissimis.)
[2] Hoc loco apud Haenel additur: *Hic de jure addendum quae sit poena sacrilegii;* sed non apparet unde haec additio probetur. Desumitur autem ex interpretatione legis 2, tit. XXI, lib. II. Cod. Theod. ubi formula prostat: *Hic de jure addendum quid sit lex Papia*, quae sane verba potius glossae quam textui legis aptantur, adeoque multis in codicibus exulant.
[3] Haenel add.: *Codicis Theodosiani.*
[4] Haenel add.: *Codicis Theodosiani.*
[5] Haenel omisit verba, hac rubrica, unciis comprehensa, ideo quia ea non reperit in codicibus quos inspexerat, ut ex ejus silentio infertur. Sed quoniam hoc titulo de praedonibus magis quam de re militari agitur, correctiorem credimus Palimpsesti rubricam.
[6] Haenel om. *cum.*
[7] Haenel add.: *Codicis Theodosiani.*
[8] Haenel add.: *Codicis Theodosiani.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

ABINITIOPROUIDERENEPUBLICISACTIB·PRIUATASERUITIAINMISCE
RENTUR UT TEMPORISSUI QUISQUERATIONEPOSITUSINQ̄ES
TIONEDEPROMATUR DAT VIII KAL·APRIL MED UINCENTIOETFABRITO COSSB
INTERP SiueInsolidaprouinciasiuepsingulascivitates
tabularii fuerinthordinati hocestquirationespubli
castractant Ingenuiaprouincialib·hordinentur·coloni
uelseruiadhocofficiumnullatenus admittantur·qia
quib·fidespublicaconmittendaest tales eleqi debebun
dequib·quaerellaessenonpossit· quodsi dns colonum
autserum sumta Bularim̃esse consenserit proconsuḋns
hacmultaferiatur·utsiquidcolonus illeuelseruusami
serithocdns sinemorarestituat· Collon̄silleuelserus
uerberatus fisciuiribusaddicatur·

II DE CURSU PUBLICO ANGARIIS ET PARANGARIIS

Impp arcadius et honorius aa messale ppo
Siquispiamparaueredum autparangariam nonostensaeuec
tioneq·tamenpropublicafacta sit necessitatepresump
seritpericulo curatorissiuedefensoris etprincipalim
ciuitatumad hordinariumiudicem dirigatursingulas
libras auripersingulos parauiere dos uelparangarias
fisciuirib·inlaturos· quialinpartesirectorprouincie
adq·officiumeiusconludiumprebereuoluerit du
plum exsuisbonis noueritexigendum·

DAT XV KAL DECEMB STILICONE ET AURELIANO CCSSB INTERPRETATIONE NONINDS

III DE EXACTORIBVS ITEM EXACTIONIBVS

Imppp Gratianus ualentinianus et theodo
sius aaa adprincipium ppo
olisdiemquemdominicum ritedixeremaiores
omniumomninolitiumnegotiorum conuentionuq·
quiescatintentio· Debitumpublicūprivatum q·
nullus efflagitet· Neaputipsosquidem arbitros
uelludicibusflagi tatosuelsponte electosulla
sitagnitiolur giorumetnon modono
tabilis uerum aetiamsacrilegusiudi
cetur· quiasce Religionis institutorito

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

ab initio providere, ne publicis actibus privata servitia immiscerentur, ut temporis sui quisque rationem positus in quaestione depromat. Data VIII Kalendas Aprilis Mediolano Vincentio et Fravitta Consulibus.

Interpretatio. Sive in solida provincia sive per singulas civitates tabularii fuerint ordinati, hoc est qui rationes publicas tractant, ingenui a provincialibus ordinentur; coloni vel servi ad hoc officium nullatenus admittantur, quia quibus fides publica committenda est, tales eligi debebunt de quibus querela esse non possit; quod si dominus colonum vel servum suum tabularium esse consenserit, pro consensu dominus hac mulcta feriatur, ut si quid [1] colonus ille vel servus detrimenti admiserit, hoc dominus sine mora restituat. Colonus ille vel servus verberatus fisci viribus addicatur.

TIT. II.—DE CURSU PUBLICO ANGARIIS ET PARANGARIIS. (1) IMPERATORES ARCADIUS ET HONORIUS AUGUSTI MESSALAE PRAEFECTO PRAETORIO. Si quispiam paraveredum aut parangariam non ostensa evectione, quae tamen pro publica facta sit necessitate, praesumpserit, periculo curatoris sive defensoris vel principalium civitatum ad ordinarium iudicem dirigatur, singulas libras auri per singulos paraveredos vel parangarias fisci viribus illaturus, qua in parte si rector provinciae atque officium eius colludium praebere voluerit, duplum ex suis bonis noverit exigendum. Data XV Kalendas Decembres Stilicone et Aureliano Consulibus. Haec lex [2] interpretatione non indiget.

TIT. III.—DE EXSECUTORIBUS ET EXACTIONIBUS. (1) IMPERATORES GRATIANUS VALENTINIANUS ET THEODOSIUS AUGUSTI AD PRINCIPIUM PRAEFECTUM PRAETORIO. Solis die, quem dominicum rite dixere maiores, omnium omnino litium negotiorum conventionumque quiescat intentio; debitum publicum privatumque nullus efflagitet, ne apud ipsos quidem arbitros vel [3] iudiciis flagitatos vel sponte delectos ulla sit agnitio iurgiorum; et non modo notabilis verum etiam sacrilegus iudicetur qui a sanctae religionis instituto ritu- *(Sequitur textus pag. 93)*

---

[1] Haenel: *ut quid quid.*
[2] Palimp. om.: *Haec lex interpretatione non indiget.*
[3] Haenel add.: *in.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

SIVE DE FLEXERIT PP III NONAS NOVEMB AQUILEIAE ACC VIII KAL DEC ROME HONORIO NP ET EBOD VC COSS

INTERP DIES OLIS QUI DOMINICUS MERITO DICITUR OMNIUM HO

UT DIE DO MINICO OMNIUM ACTIO CONQUIE SCAT

MINUM ACTIO CONQUIESCAT ITA UT NEC PRIVATUM NEC PUBLICUM DEBITUM REQUIRATUR NULLA IUDICIA NEQ, PUBLICA NEQUE CTUR PRIVATA FIANT QUOD QUI NON OBSERVAVERIT REUS SACRILEGII TENEA

IIII NEQUID PUBLICE LETICIAE NUNTIIS EX DESCRIPTIONE VEL AB INVITIS SACCI PIANT

IMPP VALENTINIANUS ET THEOD AA AUG TATIANE K SME

EGEMNSAM QUANI HIL AB INVITIS PROVINCIALIBUS GRATULATIONIS NOMINE EXIGENDUM ESSE DECREVIMUS UT OLIM SUOLUMUS CUSTODIRI

DAT · IIII KAL MAIAS MEDIOLANO TIMASIO ET PROMOTO CONSULIBUS

INTERP QUANDO GAUDIA PUBLICA NUNTIANTUR HIHIL INVITIS PROVINCIALIBUS GRATULATIONIS NOMINE EXIGATUR.

DE DONATIONIBUS

IMP CONSTANTINUS A . AD MAXIMUM PU

DONATIO SIVE DIRECTA SIT SIVE MORTIS CAUSA INSTITUTA SIVE CONDITIONIBUS FACIENDI AC NON FACIENDI SUSPENSA SIVE EX ALIQUO NOTATO TEMPORE PMISSA SIVE ANIMO DANTIUM ACCIPIENTIUM VE SENTENTIIS QUANTUM IUSSIONE COGNOMINATA SUB HAC FIERI DEBET OBSERVATIONE UT QUAS LEGES INDULGENTIONES CONDITIONES Q, CONTINEAT HIS Q, PENITUS COGNITIS VEL RECIPIANTUR SI CONPLACITA ESUNT VEL REICIANTUR SI SUNT MOLESTAE ITA UT MINORUM DEFENSORES SIP EOS DONATIONUM CONDICIONES LECTA EST REIA MISSAE PERICULUM PRESTENT. IN CONSCRIBENDIS AUTEM DONATIONIBUS NOMEN DONATORIS IUSSA CRE NOTARIO PORTET. NEQ, ID, OCCULTE AUT P)N PERITOS AUT PRIVATIM SED UT TABULA AUT QUOD CUMQ, ALIUT MATERIAE TEMPS DABIT VEL AB IPSE VEL AB EO QUEM SOR SMINISTRAVERIT SCIENTIBUS PLURIMIS PRESCRIBATUR ET CORPORALIS TRADITIO SUBSEQUATUR AD EXCLUDENDAM VIM AD Q, INRUPTIONEM ADVOCATAM VICINITATE M OMNIB, Q, ARBITRIIS ADIBITIS QUORUM POSTEA FIDE PROBABITUR DONATA RES SI EST MOBILIS EX VOLUMTATE TRADITA DONATORIS VEL SI IN MOBILIS ABSCESSU DONANTIS EXTIS ETIAM AD NECTENDISQUE APUT IUDICEM VEL MAGISTRATOS CONFICIENDAS SUNT

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

ve [1] deflexerit. Proposita III Nonas Novembres Aquileiae, accepta VIII Kalendas Decembres Romae Honorio nostro patre et Ebodio viro clarissimo Consulibus.

Interpretatio. Die solis, qui dominicus merito dicitur, omnium hominum actio conquiescat; ita ut nec privatum nec publicum debitum requiratur. Nulla iudicia neque publica neque privata fiant, quod qui non observaverit reus sacrilegii teneatur.

TIT. IV.—NE QUID PUBLICAE LAETITIAE NUNTII EX DESCRIPTIONE VEL AB INVITIS ACCIPIANT. (1) IMPERATORES VALENTINIANUS ET THEODOSIUS [2] AUGUSTI HAVE TATIANE CHARISSIME [3]. Legem nostram, qua nihil ab invitis provincialibus gratulationis nomine exigendum esse decrevimus, volumus custodiri. Data V Kalendas Maias Mediolano, Timasio et Promoto Consulibus.

Interpretatio. Quando gaudia publica nuntiantur, nihil invitis provincialibus gratulationis nomine exigatur.

TIT. V.—DE DONATIONIBUS. (1) IMPERATOR CONSTANTINUS AUGUSTUS AD MAXIMUM PRAEFECTUM URBIS. Donatio sive directa sit, sive mortis causa instituta, sive conditionibus faciendi aut non faciendi suspensa, sive ex aliquo notato tempore promissa, sive animo dantium accipientiumque sententiis, quantum ius sinit, cognominata, sub hac fieri debet observatione ut quas leges indulgent actiones conditionesque [4] contineat; hisque penitus cognitis vel recipiantur, si complacitae sunt, vel rejiciantur si sunt molestae; ita ut minorum defensores, si per eos donationum conditio neglecta est, rei amissae periculum praestent.

§ 1. In conscribendis autem donationibus nomen donatoris ius ac rem notari oportet, neque id occulte aut per imperitos aut privatim; sed aut tabula aut quodcumque aliud materiae tempus dabit, vel ab ipso vel ab eo quem sors ministraverit, scientibus plurimis, praescribatur.

§ 2. Et corporalis traditio subsequatur, ad excludendam vim atque irruptionem, advocata vicinitate omnibusque arbitris adhibitis, quorum postea fide probabitur donatam rem, si est mobilis, ex voluntate traditam donatoris; vel si immobilis abscessu donantis novo domino patefactam, actis etiam annectendis quae apud iudices vel magistratus conficienda sunt. (*Sequitur textus pag.* 95)

---

[1] Palimps. *sive*.
[2] Haenel add.: *et Arcadius*.
[3] Haenel add.: *nobis*.
[4] Haenel add.: *pactionesque*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

DAT III NONAS FEB ROMAE SABINO ET RUFINO COSS.

INTERP DONATIO AUT DIRECTA EST AUT MORTIS CAUSA CONSCRIBI
TUR. DONATIO DIRECTA EST UBI IN PRESENTI RES DONATA TRADI
TUR. MORTIS CAUSA DONATIO EST UBI DONATOR DUM AD UIUERET
REM QUAM DONAT SIBI RESERUAT SCRIBENS SI PRIUS MORTUUS
FUERO QUAM TURES MEAS AD TEPTINEANT. UT POSTEA AD ILLUM
CUI DONATA NON ADHEREDES DONANTIS RES DONATA PERUENIAT
QUOD SI PRIUS MORIATUR CUI RES MORTIS CAUSA DONATA EST
RES IN IURE PERMANEANT DONATORIS. EST ETALIA DONATIO
UBI DONATOR OBLIGAT ILLUM CUI DONAT UT ALIQUID FACIAT AUT
NŌ FACIAT I DEST SI ALIQUID IUBEAT FIERI QUOD IMPOSIBILE
IUDICETUR AUT QUOD HONESTATI CONTRARIUM UIDEATUR.
AUT SIIID. HORDINE T FIERI QUOD HONESTUM EST ET POSSIT IM
PLERI. QUIA TUNC INFIRMATUR DONATIO QUANDO CONDICI
ONES HONESTATIS POSSIBILES IMPLETE NON FUERINT. NĀ
SI IN HONESTAE ET IMPOSSIBILES CONDICIONES PONANTUR
REMOTIS CONDICIONIB. FIRMA DONATIO EST. ITEM ET ALIA
IN QUAS IBI DONATOR CERTUM TEMPUS POSSESSIONIS RESER
UAT QUAE TAMEN OMNES DONATIONES SUPERIUS COMPRE
HENSAE SI MODUM EXCESSERINT LEGE CONSCRIPTUM IN
DE POSSINT CERTAE PERSONAE DE IN MODICA DONATIONE
PROPONERE, HOC EST SI QUARTAM SIBI FACULTATIS SUAE
STE DONATOR NON RESERUAUERIT NON UALEBUNT. SED PRE
TEREA ILLA DONATIO CONTRA LEGEM EST SI QUIS REM IN LITE
POSITAM Q, REPETITUR AUT DIRECTO HORDINE DONETA UT
CONDITIONEM CONTRA BONOS MORES HOC EST CAUSA M CUIUS
LIBET CRIMINIS DONATOR IN DONATIONEM CONSCRIBAT.
MINORIB. UERO SI QUID FUERIT Q DONATIONE OBLATUM
SIUE CONLATUM TUTORES UEL CURATORES EORUM DEBEN
STUDIRE NE QUID FIRMITATI DONATIONIS DESIT. QUOD SI EO
RUM NEGLEGENTIA DONATIO AD EFFECTUM PDUCTA NON
FUERIT AD EORUM DISPENDIUM PTINEBIT ITA UT QUIDQĪD
MINORES DE DONATIONE PDIDERINT TUTORES UEL CURATO
RES ILLIS DE PROPRIA FACULTATE RESTITUANT IN CONSCRI
BENDIS AUTEM DONATIONIBNIB. HIC ORDO SERUANDŬS EST

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Data III Nonas Februarias Romae Sabino et Rufino Consulibus.

Interpretatio. Donatio aut directa est aut mortis causa conscribitur; donatio directa est, ubi in praesenti res donata traditur, mortis causa donatio est, ubi donator dum adviverit rem, quam donat, sibi reservat scribens: si prius mortuus fuero quam tu, res mea ad te perveniat, ut postea ad illum, cui donat, non ad haeredes donatoris res donata perveniat. Quod si prius moriatur cui res mortis causa donata est, res in iure permaneat donatoris. Est et alia donatio, ubi donator obligat illum cui donat, ut aliquid faciat aut non faciat, id est, si aliquid iubeat fieri quod impossibile iudicetur, aut quod honestati contrarium videatur, aut si id ordinet fieri quod honestum est et possit impleri; quia tunc infirmatur donatio quando conditiones honestatis possibiles impletae non fuerint; nam si inhonestae et impossibiles conditiones ponantur, remotis conditionibus firma donatio est. Item et alia in qua sibi donator certum tempus possessionis reservat, quae tamen omnes donationes superius comprehensae, si modum excesserint, lege conscriptum, unde possint certae personae de immodica donatione proponere, hoc est, si quartam sibi facultatis suae iste [1] donator non reservaverit, non valebunt. Sed praeterea illa donatio contra legem est, si quis rem in lite positam quae repetitur aut recto ordine donet, aut conditionem contra bonos mores, hoc est, causam cuiuslibet criminis donator in donatione conscribat; minoribus vero si quid fuerit per donationem a quocumque oblatum sive collatum, tutores vel curatores eorum debent studere, nequid firmitati donationis desit; quod si eorum negligentia donatio ad effectum perducta non fuerit, ad eorum dispendium pertinebit, ita ut quidquid minores de donatione perdiderint, tutores vel curatores illis de propria facultate restituant: in conscribendis autem donationibus hic ordo servandus est:

---

[1] Haenel om.: *iste*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

UTDONATIONOMENPRIUSCONTINEATDONATORISUEL ILLIUS CUI
DONATUR DEINDERESQUAEDONÃTUR SIUEINAGRISSIUEINÃN
CIPIIS· SIUEINQUIB·LIB·REB·ADQ· CORPORIB· NOMINATIMINDO
NATIONECONSCRIBENDAE SUNTNON OCCULTESEDPUBLICE.
NONPRIUATIMUEL SECRETE SED AUTINTABULISAUTINCARTIS
AUTUBICUMQUELEGATURFACTADONATIO. QUAMTAMENDO-
NATIONEMSILITTERASNOUITDONATORIPSESUSCRIBAT·SIUERO
IGNORATPRESENTIB·PLURIMISELIGATQUIPROIPSOSUSCRIBAT. ET
HANCIPSAMDONATIONEMETGESTORUMSOLLEMNITAS ETCORPO
RUMTRADITIOSUPSEQUATUR ITAUTSIMOBILIADONANTURPRE.
SENTIB·PLURIMISTRADANTUR SIUEROAGERUELDOMUSDONA
TURQUODCONMOUERINONPOTESTUT INDEDONATORABSCEDAT
ETNOUODOMINOPATEATRESDONATA SITAMENSIBIDEHISRE
BUS·USUMFRUCTUMDONATORNONRESERUAUERIT GESTA
UERODONATIONUMAUTAPUTIUDICEMAUTAPUTCURIAM
ALLEGANDARUNT.IMPP HONRS ETTHEOD AA MONAXIO PPO
LECESA NOBISPULUANTELATAE CETERAQUIDEMCAUTIO
NECESSARIANOBISADMODUMUISAESTSUBLATAUERO DONATIO
NIBUSSPECIES TRADITIONISQUAMOLIMRETENTIOUSUFRUCTU
INDUXERAT NONSINEMAGNARATIONE DESIDERATAEST· CUM
OBSERUATIONEMIURIS CONTRAEREPOTIUSQUAMPROPAGARE
DEBEAMUS IDEOQ·IUS PRISTINUMRENOUAMUS UTQUISQIS
REMALIQUAMDONANDOUELINDOTEMDANDOUSUMFRUC
TUMEIUSRETINUERITAETIAMSIISTIPULATUSNONFUERIT
CONTINUOTRADIDISSE CREDATUR. NEQUIDAMPLIUSREQUI
RATURQUOMAGIS UIDEATURFACTATRADITIO SEDOMNIMODO
IDEMSITINHIS CAUSISUSUMFRUCTUMRETINEQOD TRADERE::
DAT IDUS MARTIAS CONSTANTINOPOLIM DN HONORIO ET CONSTANTIO COSS.

INTERP QUICUMQ·DEREBUSPROPRIISSERUATOUSUFRUCTU
CUILIBET ALIQUIDQUACUMQ·DONATIONECONTULERITUEL INDO
TEMDEDERIT ETSIUSUFRUCTUMRESERUETREMTRADIDISSE
COGNOSCITUR. QUARESERUATIOHUSUFRUCTUSAETIAM
SIISTIPULATIOINSERTANONFUERITPROTRADITIONEHABEAT

VI DIRIVOCANDIS DONATIONIBUS

IMPP CONSTANTINŌS ETCONSTANAA· ADFILIPPUMPREFECTUM·

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

ut donatio nomen prius contineat donatoris vel illius cui donatur, deinde res, quae donantur, sive in agris sive in mancipiis sive in quibuslibet rebus atque corporibus, nominatim in donatione conscribendae sunt non occulte sed publice, non privatim vel secrete sed aut in tabulis aut in chartis aut ubicumque legatur facta donatio. Quam tamen donationem, si literas novit donator, ipse subscribat; si vero ignorat, praesentibus plurimis eligat, qui pro ipso subscribat, et hanc ipsam donationem et gestorum solemnitas et corporalis traditio subsequatur; ita ut si mobilia donantur praesentibus plurimis tradantur. Si vero ager vel domus donatur, quod commoveri non potest, ut inde donator abscedat et novo domino pateat res donata; si tamen sibi de his rebus usum fructum donator non reservaverit, gesta vero donationum aut apud iudicem aut apud curiam alleganda sunt.

(2) Imperatores Honorius et Theodosius Augusti Monaxio Praefecto Praetorio. Leges al nobis paulo ante latae cetera quidem cautio necessaria nobis admodum visa est, sublata vero [1] donationibus species traditionis quam olim retentio usufructu induxerat, non sine magna ratione desiderata est, quum observationem iuris contrahere potius quam propagare debeamus, ideoque ius pristinum renovamus ut quisquis rem aliquam donando vel in dotem dando usumfructum eius retinuerit, etiamsi stipulatus non fuerit *eam* [2] continuo tradidisse credatur, nec quid amplius requiratur, quo magis videatur facta traditio; sed omni modo idem sit in his causis usum fructum retinere quod tradere. Data [3] Idus Martias Constantinopoli Domino nostro Honorio [4] et Constantio [5] Consulibus.

Interpretatio. Quicumque de rebus propriis, servato usufructu, cuilibet aliquid quacumque donatione contulerit, vel in dotem dederit et sibi usumfructum reservet, rem tradidisse cognoscitur, quia reservatio usufructus, etiamsi stipulatio inserta non fuerit, pro traditione habetur.

TIT VI.—DE REVOCANDIS DONATIONIBUS. (1) Imperatores Constantinus et Constans Augusti ad Pihlippum Praefectum [6]. *(Sequitur textus pag. 99)*

---

[1] Haenel add.: *in*.
[2] Palimp. om.: *eam*.
[3] Haenel add.: *pridie*.
[4] Haenel add.: *Augusto XI*.
[5] Haenel add.: *V. C. II*.
[6] Haenel add.: *Praetorio*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

AUI NOSTRI PRO PATRIBUS FIRMA LEGE SANCSERUNT
UT SI QUID PATRES MUNIFICENTIA ET TITULO CONTU
LISSENT SI EOS IN PIOS IUDICIO DECLARASSENT OMNE ID
ESSE REUOCANDUM HE PIETATIS PREMIUM APUT
SCELESTOS ET FLAGITIOSOS ANIMOS PERMANERET

DAT XII KAL OCTOB LIMENIO ET CATULINO CONSULIBUS

INTERP DONATIONE MANCIPATUM FILIUM A PATRE FACTA
SI LESUM SE PATER ESSE PROBAUERIT REUOCATUR

IDEM AA AD ORFITUM PREFECTUM

SIQUANDO LIBERTIS PATRONUS FILIUS NON HABENS BONA
OMNIA UEL PARTEM ALIQUAM FACULTATUM FUERIT DONA
TIONE LARGITUS ET POSTEA SUSCEPERIT LIBEROS TOTUM
QUIDQUID LARGITUS FUERIT REUERTATUR IN ELUS DEM DO
NATORIS ARBITRIO HAC DITIONE MANSURUM

DAT V KAL APRILIS ARBETIONE ET LOLLIANO CONSULIBUS

INTERP SI QUIS FILIOS NON HABENS BONA SUA UEL PARTE
BONORUM LIBERTIS DONAUERIT ET HIS QUI DONAUERAT FILIOS
POSTEA HABUERIT DONATIONES IN LIBERTIS FACTAS AD
INTEGRUM UACUANTUR.

IDEM AA AD ORFITUM PREFECTUM

SIQUIS FORSITAN FILIORUM MATERNAM MUNIFICENTIAM
CONSECUTUS IN MATREM IMPIUS DETEGITUR NON IAM DIMI
DIAM PORTIONEM UT ANTE FUERAT IUSSUM REI DONATAE SED
OMNEM SUBSTANTIAM PROPRIETATIS AMITTAT. MATRIS
UERO Q. IN SECUNDAS CONUENERINT NUPTIAS REPOSCERE UETA
MUS A FILIIS Q. EARUM PERCEPERINT LARGITATE QUIN ETIAM
IDEM TANTI IDEM CONMONEMUS ALIA OMNIA IUSTA PRIO
RIS LEGIS TENOREM DEBERE SERUARI

DAT VIIII KAL IUNIAS SYRMIO DATIANO ET CEREALE COSSB

INTERP SI QUIS FILIUS DONATIONE MATRIS ALIQUID FUERIT CON
SECUTUS ET EAM POSTMODUM LAESERIT PROBATIS IN IUDI
CIO LAESIONIS CAUSIS DONATIONEM MATER SI UOLUERIT IN
INTEGRUM REUOCABIT. QUOD SI MATER HAEC QUE FILIO DO
NAUIT AD SECUNDAS NUPTIAS TRANSIERIT CONTRA DONA
TIONEM PER QUAM CUM QUE OCCASIONEM UENIENDI NULLAM
AB EAT POTESTATEM

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Avi nostri pro patribus firma lege sanxerunt ut si quid patres in liberos munificentiae titulo contulissent, si eos impios in iudicio declarassent omne id esse revocandum, ne pietatis praemium apud scelestos et flagitiosos animos permaneret. Data XII Kalendas Octobres Limenio et Catulino Consulibus.

Interpretatio. Donatio in emancipatum filium a patre facta si laesum se pater esse probaverit revocatur [1]. *Hic de jure requirendum de revocandis donationibus.*

(2) Idem Augusti ad Orfitum Praefectum *Urbis*. Si unquam libertis patronus filios non habens bona omnia vel partem facultatum fuerit donatione largitus, et postea susceperit liberos, totum quidquid largitus fuerit, revertatur in eiusdem donatoris arbitrio ac ditione mansurum. Data V Kalendas Aprilis Arbetione et Lolliano Consulibus.

Interpretatio. Si quis, filios non habens, bona sua vel partem bonorum libertis donaverit, et is qui donaverat filios postea habuerit, donationes in libertis factae ad integrum vacuantur.

(3) Idem Augusti ad Orfitum Praefectum [2]. Si quis forsitan filiorum maternam munificentiam consecutus, in matrem impius detegitur, non iam dimidiam portionem, ut ante fuerat iussum, rei donatae, sed omnem substantiam proprietatis amittat; matres vero quae in secundas convenerint nuptias, reposcere vetamus a filiis quae earum perceperint largitate; quin etiam identidem commonemus alia omnia iuxta prioris legis tenorem debere servari. Data IX Kalendas Junias Sirmio, Datiano et Cereale Consulibus.

Interpretatio. Si quis filius donatione matris aliquid fuerit consecutus, et eam postmodum laeserit, probatis in iudicio laesionis causis, donationem mater, si voluerit, in integrum revocabit. Quod si mater, haec, quae filio donavit, ad secundas nuptias transierit, contra donationem per quamcumque occasionem veniendi nullam habeat potestatem, *(Sequitur textus pag.* 101*)*

---

[1] Hic Haenel addit *infantem*, verbum omissum in omnibus codicibus praeter quem Seldeni nominatur.
[2] Haenel add.: *Urbis*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

SERUATIS OERELIQUOLEGIB· q̄ SUBTITULO DE SECUNDIS NUPTIIS
CONTINENTUR Impp Theod̄ etual N̄T AA̅ad SENAT̄ post alia
ONATIONEM CIRCA FILIUM FILIAMUE NEPOTEM NEPTEMUEL PRONEPO
TEM AEMANCIPATIONIS TEMPORE CELEBRATAM PATER SEU AUUS
UEL PROAUUS REUOCARE NON POTERIT NISI DOCTIS MANIFESTISQ·
CAUSIS QUIB· EAP SONA INQ̄A CONLATA DONATIO EST CONTRA IPSAUE
NIRE PIETATE ET EX CAUSIS Q· LEGIB· CONTINENTUR FUISSE CONSTA
BITINGRATAM Quas tamen causas in cognitione discuti
oportebit et ns̄ admitti iudicio Cum hoc inter partes
conpetentius umfuerit cognitoria lias iubemus audiri pre
sentis querellas· Et c t r
DAT·VIIIDUS NOBEMBRAU DDNN THEOD ET VALENTNO AA COSS
Interp Si quis filio filiae ue nepoti ex filio uel pronepoti
ex nepote aemancipationis tempore aliquid donauerit
idnisi probatis causis In iudicio manifestis offensarum
causis reuocare non poterit VIIII DE INGRATIS LIBERIS
Imppp ualentinianus ualens et gratianus
aaa ad pretextatum prefectum
Filios contumaces qui patres uel acerui tate conuicii uel cuius
cumque atrocis In uriae dolore pulsas sent Legib· aeman
cipationeres cissa damno libertatis In meritae multare
uoluerunt DATA VKAL SEPTEMB AMBIANIS Lupicino et Iouino conssb
Interp filii aemancipati si iniuriam patri grauem quae pro
bari possit intulerint et conuicti fuerint hoc fecisse res
cissa aemancipatione in familiam reuocentur
VIII De his q· administrañib· uel publicī officiū gerenib· distracta sunt
Imp Constantinus a adueronicianum uicarium asie postalia
amus prouincialib· facultatem ut qīcūq· sibi anumerariis qīdiuer
sis rectoribus obsequuntur cōgestifuerint aliqas uenditiones extortas
Inritas Inanes q· efficiant et male uenditaa duenditoris dominium
reuertantur Admissione etiā pretii In licitis hac detestandis emp
toribus puniendis· DAT XIIII KIUN OPTATO ET PAULINO CCSSB· STAINTERP NON INDIGET
VIIII De paternis bonis et maternis generis et cretione sublata
Imp Constantinus a consulibus pretoribus tribunis
plebeis· senatui· salutem dicit

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

servatis de reliquo legibus quae sub titulo de secundis nuptiis continentur.

(4) IMPERATORES THEODOSIUS ET VALENTINIANUS AUGUSTI AD SENATUM. Post alia. Donationem circa filium filiamve, nepotem neptemve, proneptem*ve* emancipationis tempore celebratam, pater seu avus vel proavus revocare non poterit, nisi doctis [1] manifestissimis causis, quibus ea*m* persona*m* in qua*m* collata donatio est, contra ipsam venire pietate*m*, et ex causis quae legibus continentur, fuisse constabit ingratam. Quas tamen causas in cognitione discuti oportebit et nostro admitti iudicio, quum hoc inter partes competenti visum fuerit cognitori. Alias iubemus *non* [2] audiri *parentis* [3] querelas, et caetera. Data VII idus Novembres Ravenna, Dominis nostris Theodosio [4] et Valentiniano [5] Augustis Consulibus.

Interpretatio. Si quis filio filiaeve [6] nepoti ex filio vel pronepoti ex nepote emancipationis tempore aliquid donaverit, id, nisi probatis causis [7] in iudicio, manifestis offensarum causis, revocare non poterit.

TIT. VII.—DE INGRATIS LIBERIS. (1) IMPERATORES VALENTINIANUS VALENS ET GRATIANUS AA. AD PRAETEXTATUM PRAEFECTUM [8]. Filios contumaces qui patres vel acerbitate convicii vel cuiuscumque atrocis iniuriae dolore pulsassent, leges, emancipatione rescissa, damno libertatis immeritae mulctare voluerunt. Data V Kalendas Septembres Ambianis, Lupicino et Jovino Consulibus.

Interpretatio. Filii emancipati, si iniuriam patri gravem, quae probari possit, intulerint, et convicti fuerint hoc fecisse, rescissa emancipatione in familiam revocentur.

TIT. VIII.—DE HIS QUAE ADMINISTRANTIBUS VEL PUBLICUM OFFICIUM GERENTIBUS DISTRACTA SUNT [9]. (1) IMPERATOR CONSTANTINUS AUGUSTUS AD VERONICIANUM VICARIUM ASIAE POST ALIA. Damus provincialibus facultatem ut, quicumque sibt a numerariis qui diversis rectoribus obsequuntur conquesti fuerint aliquas venditiones extortas, irritas inanesque efficiant, et male vendita ad venditoris dominium revertantur, amissione etiam pretii illicitis ac detestandis emptoribus puniendis. Data XIV Kalendas Junias Optato ei Paulino Consulibus. Ista *lex* interpretatione non indiget [10].

TIT. IX.—DE MATERNIS BONIS [11] ET MATERNI GENERIS ET CRETIONE SUBLATA. (1) IMPERATOR CONSTANTINUS AUGUSTUS CONSULIBUS PRAETORIBUS TRIBUNIS PLEBIS SENATUI SALUTEM DICIT. *(Sequitur textus pág.* 103*)*

---

[1] Haenel: *edictis.*
[2] Palimp. om.: *non.*
[3] Palimp.: *presentis.*
[4] Haenel add.: *XII.*
[5] Haenel add.: *II.*
[6] Haenel: *filiae.*
[7] Haenel om.: *causis.*
[8] Haenel add.: *Urbis.*
[9] Haenel add.: *vel donata.*
[10] Hoc Breviarii loco Sichardus vidit in codice Argentoratensi, alterius legis vestigium, ex qua tantum haec verba remanebant: *Imp. Theod. A. ad Julianum Constantinum. Interpretatio. Quicumque sibi a numulariis qui diversis rectoribus obsequuntur, conquesti fuerint aliquas venditiones extortas, irritas, inanesque efficiantur et male vendita ad venditoris dominium revertantur: amissione etiam pretii illicitis ac detestandis emptoribus puniendis.* Codex Argentorarensis duoque alii codices hanc interpretationem continent. Haenel qui eam vidit non credidit vestigium fuisse alterius legis omissae, sed ipsius legis Breviario admissae interpretatio a librario corrupta cum mendosa inscriptione. (Cod. Theod. lib. VIII, t. 15, not. 1.)
[11] Legitur in Palimpsesto de *paternis bonis* sed errore librarii.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

PLACUITSALUAREVERENTIAPIETATISSACRISNOMINIBUSDEBITA
UTPOTESTASQUIDEMETIUSFRUENDIREBLIBERORUMSUORUM
INSACRISCONSTITUTORUM INMATERNISDŪTĀXATFACULTATIBPE
NESPATRESMANEAT DESTITUENDORUMAUTEMLIBERORUMEIS
LICENTIADEROGETUR. CESSETITAQ·INMATERNISDUMTAXATSUC
CESSIONIBUSCONMENTUMCRETIONIS QUĒ ETRES EXTRAMATRISSUCCESSI
ONEFUERINTADFILIOSDEUOLUTAE ITASINTINPARENTUMPOTESTA
TE ADQ·DOMINIOUTFRUENDIPONTIFICIUMHABEANT· ALIENANDIAS
LICENTIADEROGETUR. NAMMATERNUMPATRIMONIUMQUOD
FILIISINPOTESTATECONSTITUTISOBUENERIT CUMPATREMORTUO
SUIIURISFUERINTPRECIPŬMHABEREEOSETSINECUIUSQUAMCON
SORTIOPLACUIT. QUODSIPATERSUUMFILIUMPATREMFAMILIAS
UIDEREDESIDERANSEUMAEMANCIPAUERITREPRESENTAREEI
MATERNAMDEBEBITSUBSTANTIAM. ITAUTFILIUSACCEP
TOMUNERELIBERTATIS· REIQ·SUAEDNSEFFECTUSUIDEATUR
INGRATUSTERTIAMPARTEMCUSTODITAESIBIREIMUNERIS.
CAUSAPARENTIOFFERATEXTIMATIONE SIRESDIUIDICEPERIN
UIRORUMBONORUMARBITRIOPERMITTENDA· QUAMTERTI
AMALIENARE QUOQ·PATERSIHOCMALUERITHABEBITLIBERAM
POTESTATEM ANTE AEMANCIPATIONEMAUTEMPARENTES
POENESQUOSMATERNARUMRERUM UTENDIFRUENDIQ·
POTESTASESTOMNEMDEBENTTUENDAEREIDILIGENTIAM
ADIBERE· ETQUODIUREFILIISIUBETURINEXAMINEPOSCE
RE ETSUMPTUSEXFRUCTIBUSINPIGREFACERE ETLITĒ
INFERENTIB·RESISTERE ADQUEITAOMNIAAGERETAM
QUAMSOLIDUMPERFECTUMQ·DOMINIUM· ITAUTSIQUAN
DOREMALIENAREUOLUERIT EMPTOR UELHISCUIRESDONA
TUROBSERUETNEQUAMPARTEMEARUMRERUMQUAS ALIENARI
PROHIBITUMESTSCIENSACCIPIATUELIGNORANS. DOCERE
ENIMPATERDEBETPROPRIIIURISEAMREMESSEQUAMDONAT
AUTDISTRAIT. ETEMPTORISSIUELIT SPONSOREMAUTFIDEI
IUSSOREMLICEBITACCIPERE. QUIANULLAMPOTERITPRESCRIP
TIONEMOPPONEREFILIISQUANDOQ·RĒSUAMUINDICANTIBUS·

DAT XV KAL AGS AQUILEIA RECITATA APUT UETTIUM RUFINUMPFU INSENATUMNONASSEPTBCONSTANTINO
Ā· V·ETLICINIO C COSSB INTERP LEGISSTIUS RELIQUA PARS

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Placuit, salva reverentia pietatis [1] sacris nominibus debita, ut potestas quidem et ius fruendi rebus liberorum suorum in sacris constitutorum in maternis dumtaxat facultatibus penes patres maneat: destituendorum autem liberorum eis licentia derogetur.

§ 1. Cesset itaque in maternis dumtaxat successionibus commentum cretionis; et res quae *ex* [2] matris successione fuerint ad filios devolutae, ita sint in parentum potestate atque dominio ut fruendi pontificium habeant, alienandi eis licentia derogetur. Nam maternum patrimonium quod filiis in potestate constitutis obvenerit, quum patre mortuo sui iuris fuerint, praecipuum habere eos et sine cuiusquam consortio placuit.

§ 2. Quod si pater suum filium patrem familias videre desiderans, eum emancipaverit, repraesentare ei maternam debebit substantiam, ita ut filius accepto munere libertatis reique suae dominus effectus *ne* [3] videatur ingratus, tertiam partem custoditae sibi rei muneris causa parenti offerat, aestimatione si res dividi coeperint, bonorum virorum arbitrio permittenda, quam tertiam alienare quoque pater, si hoc maluerit, habebit liberam potestatem.

§ 3. Ante emancipationem autem parentes, penes quos in maternarum rerum utendi fruendique potestas est, omnem debent tuendae rei diligentiam adhibere: et quod iure filiis iubetur [4], in examine poscere et sumptus ex fructibus impigre facere, et litem inferentibus resistere atque ita omnia agere, tanquam solidum perfectumque dominium *et personam gerant legitimam* [5]; ita ut si quando rem alienare voluerit emptor vel is cui res donatar, observet ne quam partem earum rerum, quas alienari prohibitum est, sciens accipiat vel ignorans. Docere enim pater debet proprii iuris eam rem esse quam donat aut distrahit: et emptoris, si velit, sponsorem aut fideiussorem licebit accipere; quia nullam poterit praescriptionem opponere filiis quandoque rem suam vindicantibus.

Data XV Kalendas Augustas Aquileia. Recitata *in Senatu* [6] apud Vettium Rufinum praefectum vrbi Nonis Septembribus Constantino Augusto V et Licinio Caesare Consulibus.

Interpretatio. Legis istius reliqua pars *(Sequitur textus pag. 105)*

---

[1] Haenel: *et pietate.*
[2] Palimp.: *extra.*
[3] Palimp. om: *ne.*
[4] Haenel: *debetur.*
[5] Palimp. om.: *personam gerat legitimam* librarii incuria, quia hac verba extant in omnibus codicibus et sensus legis complent.
[6] Palimp.: *aput Vettium Rufinum praefectum Urbi in Senatum.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

INALIISLEGIB·CONTINETUR. HOCTANTŪDERELIQUISLEGIBUS
PLUSHABET·UTPATRESQUIFILIORESGUBERNAREIUSSISUNT
EORŪNEGOTIASUMMOSTUDIOETINTEGRITATEAGEREPROCURENT
NIHILPERNEGLEGENTIAMEORUMFILIISDEPERDAT SED
FRUCTUSRERUMMATERNARUMSINEALIQUANEGLEGENTIA
REDIGI UELUENDIFACIAT UTEXTEMPORECONPETENTISICUT
LEXNOUELLADICITPORTIONESSUASFILIISINEALIQUADEMINUTIO
NEPCIPIANT. RESFILIORŪPATRIB·ALIENARENONLICEAT·HOC
ESTNEGUENDERENECDONARE. QUODSIFORTASSEPRESUMP
SERINT EMPTORUELQUIDONATOR ACCESSERIT GRANDISESOLLI
CITUDINEETCURACUSTODIAT NEFILIORUMRESAPATRECOMPA
RATASAUTDONATASACCIPIANTAUTSCIENTESAUTAETIAMNES
CIENTES· SEDCONPELLANTPATĒMQĪUENDITORUELDONATOR
FUERITETFILIORUMRESINSUARETINEATPOTESTATE UTPRO
BETSUM ESSEQŌDTRADET· AETIAMUTSUSPICIONEMSUAMPOS
SITABSTERGERE FIDEIUSSOREMAPATREUENDITORPCIPIATQUI
OBLIGATIONERERUMSUARUMDAMNUMEMPTORINONFACIAT
QUIDEFUNCTOPATRELICETFILIISRESSUASAQĪB·CŪQ·PSONIS
SIUENDITAESIUEDONATAEFUERINTINSUUMDOMINIUMREUOCARE
IDEM A IULIO SEUERO

CUMADPATREMALIQUIDEXMATERNASUCCESSIONEINTER
POSITACRETIONEPUENERINTETADLIBEROSMATERNARUM
RERUMSUCCESSIONESDEFLUXERINT ITAEASHABERIPLA
CETINPARENTUMPOTESTATE UTDOMINIUMTANTUMPO
SESSIONISURPENTALIENANDIUEROLICENTIAMFACULTATĒQ;
NONHABEANT· UTCUMAETATESLEGITIMAELIBERORUM
ADAEMANCIPATIONEMPARENTESINUITAUERINT ETPATRES
FAMILIASLIBEROSSUOSUOLUERINT TERTIAMPARTEMMATER
NARUMBONORUMEISFILIITAM quam MUNERISCAUSAOFFERANT
QUAMSISUSCIPIENDAMPATRESPUTAUERINT FACIENDAEDIUIS
SIONISARBITRIUMPMITTI OPORTEBITIUSTITIAEBONORUM
UIRORUMPQUOSFACTADIUISIONETERTIAMPARTEMABLATAM
PARENTESITAACCIPIENTUTALIENANDAEQŌQ;EIUSPARTIS
HABEANTFACULTATEM SIMODONULLUSPOTUERITINUENI
RICUIPLACEATHANCAMPLECTILICENTIAMCUMOMNIMODO

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

in aliis legibus continetur. Hoc tantum de reliquis legibus plus habet, ut patres qui filiorum res gubernare iussi sunt, eorum negotia summo studio et integritate agere procurent; ut nihil per negligentiam eorum filiis pereat; sed fructus rerum maternarum sine aliqua negligentia redigi vel vendi faciant ut ex tempore competenti, sicut lex novella dicit, portiones suas fiili sine aliqua diminutione percipiant. Res filiorum patribus alienare non liceat, hoc est, nec vendere nec donare. Quod si fortasse praesumpserit emptor vel qui donator accesserit, grandi se sollicitudine et cura custodiant ne filiorum res a patre venditas [1] aut donatas accipiant scientes aut etiam nescientes; sed compellant patrem qui venditor vel donator fuerit, et filiorum res in sua retineat potestate ut probet suum esse quod tradidit. Etiam ut suspicionem suam possit abstergere, fideiiussorem a patre venditore percipiat, obligatione rerum suarum damnum emptori non faciat, quia defuncto patre licet filiis res suas a quibuscumque personis sive venditae sive donatae a patre [2] fuerint in suum dominium revocare.

(2) IDEM AUGUSTUS JULIO SEVERO. Quum ad patrem aliquid ex materna successione, interposita cretione, pervenerit, et ad liberos maternarum successione defluxerint, ita eas haberi placet in parentum potestate, ut dominium tantum possessioni usurpent; alienandi vero licentiam facultatemque non habeant, ut cum aetates legitimae liberorum ad emancipationem parentes invitaverint, et patres familias *videre* [3] liberos suos voluerint, tertiam partem maternorum bonorum eis filii tanquam muneris causa offerant; quam si suscipiendam patres putaverint, faciendo divisionis arbitrium permitti oportebit iustitiae bonorum virorum; per quos facta divisione tertiam partem oblatam parentes ita accipient ut alienandae quoque eius partis habeant facultatem, si modo ullus [4] potuerit inveniri cui placeat hanc amplecti licentiam; quum omnimodo *(Sequitur textus pag.* 107*)*

---

[1] Palimp.: *comparatas.*
[2] Haenel om.: *a patre.*
[3] Palimp. om.: *videre.*
[4] Palimp.: *nullus.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

FILIOSCONDUCATANNITIUT PIOS SEDULITATISADFECTUME
REANTURACCIPERE EAM QUAMPATRIB·DEDERINTPORTIONE

DAT VII ID SEPTEMB MEDIOLANO. ACC· NONOCTUB CONSTANTINO ET LICINIO C CCSS

INTERP MATERNABONAFILIORUMDEFUNCTAUXSORE PATER
ITAPOSSIDEATUTUSUMFRUCTUMDEHISHABEAT SEDQUAN
TUMAUTQUAMDIUHABEATLEXNOUELLA CONSTITUIT·DISTRA
HENDITAMENAUTDONANDIEXHIS NULLAM PATERHABEATPOTES
TATEM· SANESIFILIUMMORTUAMATER AEMANCIPAUERIT DEBO
NISMATERNIS IDESTDEAEMANCIPATIFILIIPORTIONEIPSEFILI
USMUNERISCAUSADEMATERNIS BONIS TERTIAMOFFERATPOR
TIONEM QUAETAMENINIPSIUSPROPRIETATEMANSURAEST ITA
UTEAM PORTIONĒ PATER BONIS UIRIS DIUIDENTIBUS CONSEQUATUR
SITAMENTANTUMPATRISNOMEN ADHOCADDUCIPOTUERIT
UT REMFILIORUMIMPIACUPIDITATE SUSCIPIATAUTALIISDERE
LINQUATSTUDERETAMEN FILIOS DECET UTID QUODPAREN
TIB·CAUSAEMANCIPATIONIS OBTULERINTSERUITIOETPIETA
TE RECIPIAT·

IMPPPP GRATIANUS UALENTINIANUS. ETTHE
ODOSIUS AAA AD EXUPERIUM PPO

QUEMADMODUMMATERNASFACULTATES UENDITIONEUEL
DONATIONETRANSCRIBERE INALIASPSONASPATRIB·NONLICET
ITAEAQ·PATER MATRISHACMATER QUAEAUUSMATRISAUT
AUIANE POTIBUS PRONEPOTIBUE DONAUERINT SIUEABIN
TESTATO RELINQUERINT PATRIBUS ALIENARENON LICEAT
DELATAE UEROABEXTRANEIS SIUEEXTRANSUERSALINEAFXU
TATES PRETERQUAMABHIS NECESSITUDINIBUSQUASLOCUTISUMS
PATRIBUSCONFERANTQUIDQUIDFILIISPOSITIS INEORUM PO
TESTATEDETULERINT·

DAT II RAL AGS ACC III KAL SEPTEMB AUSONIO ET HOLIBRIO CONSS

INTERP PATERUXOREMORTUAFILIORUMBONAITAPOSSI
DEAT UT EXHIS EINECUENDEREALIQUIDLICEATNECDONA
RENECQUOLIBETALIOHORDINEALIENARE SIMILITERETQUA
CUMQUEAUIUELPROAUIMATERNI NEPOTIB·NEPTIB·PRONEPTIBUE
DONAUERINTUELFORTASSERELINQUERINT· INALIENASPER
SONASTRANSFERRIPATRIQUOLIBETHORDINENONLICEBIT

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

filios conducat anniti ut pio sedulitatis affectu mereantur accipere eam quam patribus dederint portionem. Data VII Idus Septembres Mediolano, accepta Nonis Octobribus Constantino [1] et Licinio Caesare Consulibus.

Interpretatio. Materna bona filiorum defuncta uxore pater ita possideat ut usum fructum de his habeat; sed quantum aut quam diu habeat lex Novella constituit, distrahendi tamen aut donandi ex his nullam pater habeat potestatem. Sane si filium mortua matre emancipaverit, de bonis maternis, id est, de emancipati filii portione, ipse filius muneris causa de maternis bonis tertiam offerat portionem; quae tamen in ipsius proprietates mansura est, ita ut eam [2] pater bonis viris dividentibus consequatur. Si tamen tantum patris nomen ad hoc adduci potuerit ut rem filiorum impia cupiditate suscipiat aut aliis derelinquat, studere tamen filios decet, ut, id quod parentibus causa emancipationis obtulerint, servitio et pietate recipiant.

(3) Imperatores Gratianus Valentinianus et Theodosius Augusti ad Exuperium [3] Praefectum praetorio. Quemadmodum maternas facultates venditione vel donatione transcribere in alias personas patribus non licet, ita ea quae pater matris ac mater, quaeque [4] avus matris aut avia nepotibus pronepotibusve donaverint, sive ab intestato reliquerint, patribus alienare non liceat. Delatae vero ab extraneis sive ex transversa linea facultates, praeter quam ab his necessitudinibus quas locuti sumus patribus conferant quidquid filiis positis in eorum potestate detulerint. Data II Kalendas Augustas accepta III [5] Kalendas Septembres Ausonio et Olybrio [6] Consulibus.

Interpretatio. Pater uxore mortua, filiorum bona ita possideat, ut ex his ei nec vendere aliquid liceat, nec donare, nec quolibet alio ordine alienare. Similiter et quaecumque avi vel proavi materni nepotibus, *pronepotibus* [7], neptibus proneptibusve donaverint vel fortasse reliquerint in alias personas transferre patri quolibet ordine non licebit. *(Sequitur textus pag.* 109*)*

---

[1] Haenel add.: *V.*
[2] Palimp. add.: *portionem.*
[3] Haenel: *Hesperium.*
[4] Palimp.: *quae.*
[5] Haenel: *IV.*
[6] Haenel add.: *V. V. C. C.*
[7] Palimp. om.: *pronepotibus.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

SANE SI QUID EXTRANEORUM DONATIONE uel mUNERE FILIUS IN FAMILIA
POSITIS FACULTATIS ACCESSERIT. UEL ALIUI PARENTES QUAMQUI SU
PRANOMINATI SUNT CONTULERINT. ID TOTUM PATRIBUS ADQUI
RATUR. UT FACIENDI EX HOC QUOD UOLUERINT HABEANT POTESTATEM
Impp ARCHADIUS ET HONORIUS AD FLORENTIO PREFECTO
QUIDQUID AUUS AUIA PROAUUS PROAUIA. NEPOTI NEPTI. PRO
NEPOTI PRONEPTI CUIUSLIBET TITULI LARGITATE CONTULERIT
ID EST TESTAMENTO. FIDEICOMISSO. LEGATO CODICILLO.
DONATIONE UEL A ETIAM INTESTATI SUCCESSIONE. PATER
FILIO FILIAE. UEL INTEGRA INLIBATA Q; CUSTODIA UENDERE DONARE
RELINQUERE ALTERI AUT OBLIGARE NON POSSIT UT QUEMAD
MODUM IPSE SUP HIS LICENTIAM TOTIUS POTESTATIS AMITTIT
DEFUNCTO EO FILIO FILIAE UE PRECIPUA CONPUTENTUR. NEC AB
ILLIS QUI EX PATRE SUNT CONSORTIB; UINDICANTUR Suppli
CANDI A ETIAM INFUTURUM CONTRA HEC LICENTIĀ SUBMOUEMUS
ET CETERA DAT IDUS OCTUBRIS MEDIOL OLIBRIO ET PROUINO CCSSB
INTERP Quidquid AD NEPOTES UEL PRONEPOTES AUO
RUM UEL AUIARUM MATERNARUM MUNERE UEL EX TESTAMEN
TO UEL SUCCESSIONE AUT QUALIBET SCRIPTURA PERUENERIT ID
PRECIPUUM HOC EST PROPRIUM POST PATRI OBITUM UINDICA
BUNT NEQ; INCOHEREDUM COMUNIONE MITTENDUM.
QUOD AUORUM EXPRESSIS NOMINATISQ; PSONIS MATERNO
RUM FUERIT LARGITATE CONLATUM
Impp THEOD ET UALENTNS AA AD SENATU URBIS ROME
IUXOR INTESTATA DEFECERIT SUPRESTIB. COMUNIB. FILIIS IN PA
TRIS POTESTATE DECIENTIB. UT ITURMARITUS PRISCO BENEFICIO LURIS
HAC LEGUM CIRCA USUM FRUCTUM RETINENDUM QUAMDIU FILII
IN POTESTATE CONSISTUNT. ALIT IN PREBENDA FILIIS LIBERTATE
CIRCA TRIENTEM SIBI EX CONSTANTINIANE LEGIS BENEFICIO CON
QUIRENDUM SIUE OUIUA MATRE EMANCIPATI SUNT FILII TUNC
DEMUM QUIA OMNI COMMODO DESTITUITUR PATER NEC RETINET USUM
FRUCTUM UIRILES EI INTER FILIOS SEU UNUS SEU PLURES SUNT
USUS FRUCTUS TRIBUIMUS PORTIONES. SIUERO MULIER MO
RIENS ALIOS EX FILIIS AEMANCIPATOS A PATRE ALIOS IN PATRIA
POTESTATE DIMISERIT IN CASU DISPARI UT ITURMARITUS

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Sane siquid [1] extraneorum donatione vel munere filiis in familia positis facultates accesserit, vel alii parentes quam qui supra memorati sunt contulerint, id totum patribus accquiratur ut faciendi ex hoc quod voluerint habeant potestatem.

(4) Imperatores Arcadius et Honorius [2] ad Florentium Praefectum [3]. Quidquid avus, avia, pravus, proavia; nepoti, nepti, pronepoti, pronepti cuiuslibet tituli largitate contulerint, id est, testamento fideicommisso legato codicillo donatione vel etiam intestati successione pater filio filiaeve integra illibataque custodiat, ut vendere, donare, relinquere alteri aut obligare non possit ut quemadmodum ipse super his licentiam totius potestatis amittit, ita [4], defuncto eo, filio filiaeve praecipua computentur nec ab illis qui ex patre sunt consortibus vindicentur. Supplicandi etiam in futurum contra haec licentiam summovemus; et cetera. Data Idibus Octobribus Mediolano Olybrio et Probino Consulibus.

Interpretatio. Quidquid ad nepotes vel pronepotes, avorum vel aviarum maternarum munere vel ex [5] testamento vel successione aut qualibet scriptura devenerit, id praecipuum, hoc est, proprium post patris obitum vindicabunt, neque in cohaeredum communione mittendum est [6] quod avorum expressis nominatisque personis maternorum fuerit largitate collatum.

(5) Imperatores Theodosius et Valentinianus Augusti ad Senatum urbis Romae. Post alia [7]. Si uxor intestata defecerit superstitibus communibus filiis in patria potestate degentibus, utitur maritus prisco beneficio iuris ac legum, circa usumfructum retinendum, quamdiu filii in potestate consistunt, aut in praebenda filiis libertate circa trientem sibi ex Constantinianae legis beneficio conquirendum.

§ 1. Si vero, viva matre, emancipati sunt filii, tunc demum quia omni commodo destituitur pater, nec retinet usumfructum, viriles ei inter filios seu unus seu plures sunt ususfructus tribuimus portiones.

§ 2. Si vero mulier moriens alios ex filiis emancipatos a patre, alios in patria potestate dimiserit, in casu dispari utitur maritus *(Sequitur textus pag.* 111*)*

---

[1] Haenel: *quae..... accesserint.*
[2] Haenel add.: *A. A.*
[3] Haenel: *Florentinum praefectum urbis.*
[4] Palimp. om.: *ita.*
[5] Haenel om.: *ex.*
[6] Palimp. om.: *est.*
[7] Palimp. om.: *post alia.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

defunctae beneficio quod casui utrique praescribim̃s
id est circa eorum quidem portionem quos adhuc in sacris
retinet usumfructum ex lege auctoritate retine
bit et premium debitae cum uolumtate mancipationis
accipiet In eorum uero parte quos exisse de potestate uiua
matre constiterit usumfructum uirilis intereos
secundum prescripta precipietin nepotib, et iam uel
neptib, hoc obseruandum esse censemus ut mariti
qui iuxore mortua extantib, filiis cum solis nepotib,
uel neptibus ex hac lege ad hemolumentum uocand̃s
est siunus uel una plures ue nepotes ex filio uel
uel pluribus qui in potestate defecerunt procreati
sunt hoc clure utatur quod de filiis constitutum est. Nam
licet hoc nouum presens lex constituat In nepotib us
honest tamen abreuit In hoc casu deteriores esse filii
nepotib, non sinantur. habeat igitura uus ue niens
cum nepotib, in potestate durantib, usumfructum
bonorum omnium que ex defuncta e auiae successione
delata sunt. Cum uero his quoq, libertatem aemanci
patione largitur similiter et a bipsis sicut de filiis
constitutum est tri entem pro premio manumis
sionis accipiat Uel si ex pluribus alteros manumit
tit alteros retinet ex parte manumissorum trien
tem ex parte ue ro in potestate manentium retineat
usumfructum. Quod si nepotes sint nepte s ue aut
ex aemancipato filio aut ex filia procreati a u t a bipso
in sacris a uia uente dimissi idem a uus uirilis cum ip
sis portionis habeat usumfructum Siue ro ex
nepotib, neptib, ue tempore quo in auix successione
uocantur alii in au isunt potestate id est mari defunc
tae alii sui iuris sint circa personam quidem eorum
qui in potestate consistunt et in usufructu conse
quendo et intrientis ex aemancipatio his premio con q̃
rendum ratio supradicta seruetur In his uero qui sui
iuris sunt facultas capiendi husus fructus uirilis inter

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

defunctae beneficio quod casui utrique praescribimus, id est circa eorum quidem portionem quos adhuc in sacris retinet, usumfructum ex legum auctoritate retinebit. Et praemium debitae quum volet [1] emancipationis accipiet, in eorum vero parte quos exisse de potestate, viva matre, constiterit, usumfructum virilis inter eos *portionis* [2] secundum praescripta percipiet; in nepotibus etiam vel neptibus hoc observandum esse censemus ut maritus qui uxore mortua *non* exstantibus filiis cum solis nepotibus vel neptibus ex hac lege ad emolumentum vocandus est si unus vel una pluresque nepotes ex filio uno vel pluribus qui in potestate defecerunt procreati sunt, hoc iure utatur quod de filiis constitutum est; nam licet hoc novum praesens lex constituat in nepotibus, non est tamen ab re ut in hoc casu deteriores esse nepotibus filii non sinantur; habeat igitur avus veniens cum nepotibus in potestate durantibus usumfructum bonorum omnium quae ex defunctae aviae successione delata sunt, quum vero iis quoque libertatem emancipatione largitur similiter et ab ipsis sicut de filiis constitutum est trientem pro praemio manumissionis accipiat, vel si ex pluribus alteros manumittit alteros retinet ex patre manumissorum trientem ex parte vero in potestate manentium retineat usufructum. Quod si nepotes sint neptesve aut ex emancipato filio aut ex filia procreati, aut ab ipso in sacris, avia vivente, dimissi, idem avus virilis cum ipsis portionis habeat usufructum. Si vero ex nepotibus neptibusve, tempore quo in aviae successionem vocantur alii in avi sunt potestate, id est, mariti defuncti, alii sui iuris sint circa personam quidem eorum qui in potestate consistunt, et in usufructu consequendo et in triente ex emancipationis praemio conquirendo, ratio supra dicta servetur; in his vero qui sui iuris sunt, facultas capiendi usufructus virilis inter *(Sequitur textus pag.* 113*)*

---

[1] Palimp. in: *cum voluntate*.
[2] Haenel add.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

eos portionis habeatur. eademautem et de pronepo
tibus sexusutriusq. sancimus. manente definitione.
q. des ingulis sancta est si filii sint. pariter hac nepotes
et c t. r. dat viii kal nbrs. ravennа. dd nn theod xii. et valentiniano ii ccss
interp uxor si supreste itemarito defecerit et omn
nes filios in potestate patris dimiserit pater dema
ternis filiorum bonis hus um fructum abeatus quead
illut tempus quod lex nouella constituit. quod si post
matris obitum filios uel filium pater aemancipaueri
de eorum portionib. quos liberos facit trientema fi
liis pro conlata libertate percipiat ure suo perpetuo uin
dicandum. Quod si supreste itematre pater filium uel
filios aemancipaueri t quia non potes matre uiua de fi
liorum portionibus uindicare aetiam portionem nem neces
se erit post matris obitum si supreste is pater fuerit
singulis aemancipatis filiis uirile m id est de uncom media
de duobus tertiam. de tribus quartam percipiat porti
onem. in usufructu quous que aduixerit possidendam
Quod si aliqui filii uiua matre a patre aemancipati fuerint
et aliqui forta sse non fuerint. circa aemancipatos et non
aemancipatos eadem q. superius conprehensa est
a patre formaseruetur. Quod si mortua uxore filii non
fuerint et nepotes uel neptes ex filiis aui us pater
nus habuerit qui omnes in aui potestate consis
tunt eadem que filiis et circa nepotes in omnibus for
maseruetur Adueros i aliquos ex ipsis nepotibus
aui us aemancipare uoluerit tertiam similiter sicut de
filiorum partib. accipiat portionem Nam et de prone
potibus similiter observari lex sta constituit.

Idem d adsenatum postalia.

Si sine filiis unus uel luna moriatur a filiis et supreste
fratre muel fratres sorore muel sorores et patrem
relinquat. siue bis aemancipatus siue in potestate de
fecerit eius portionem quam ex bonis materni s uel unde ei
que sierit pater si ne dubio consequatur uc i dominio

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

eos portionis habeatur. Eadem autem et de pronepotibus sexus utriusque sancimus, manente definitione quae de singulis sancita est si filii sint pariter ac nepotes: et cetera. Data VII Kalendas [1] Novembres Ravenna, Dominis Nostris Theodosio XII et Valentiniano II [2] Consulibus.

Interpretatio. Uxor si superstite marito defecerit, et omnes filios in potestate patris dimiserit, pater de maternis filiorum bonis usufructum habeat usque ad illud tempus quod lex novella constituit. Quod si post matris obitum filios vel filium pater emancipaverit, de eorum portionibus, quos liberos facit, trientem a filiis pro collata libertate percipiat, iuri suo perpetuo vindicandum. Quod si superstite matre pater filium vel filios emancipaverit, quia non potest, matre viva, de filiorum portionibus vindicare tertiam portionem [3] necesse erit post [4] matris obitum, si superstes pater fuerit, singulis emancipatis filiis virilem, id est, de uno mediam, de duobus tertiam, de tribus quartam percipiat portionem in usufructum quodusque advixerit possidendam. Quod si aliqui filii, viva matre, a patre emancipati fuerint, et aliqui fortasse non fuerint circa emancipatos, et [5] non emancipatos, eadem quae superius comprehensa est a patre forma servetur. Quod si, mortua uxore, filii non fuerint, et nepotes vel neptes ex filiis avus paternus habuerit, qui omnes in avi potestate consistunt, eadem quae filiis et circa nepotes in omnibus forma servetur. At vero si aliquos ex ipsis nepotibus avus emancipare voluerit, tertiam similiter sicut et de filiorum partibus accipiat portionem. Nam et de pronepotibus similiter observari lex ista constituit.

(6) IIDEM AUGUSTI AD SENATUM. Si sine filiis [6] unus vel una moriatur a filiis et superstitem fratrem vel fratres, sororem vel sorores et patrem relinquat, sive is emancipatus sive in potestate defecerit, eius portionem quam ex bonis maternis vel unde [7] iure quaesiverit pater, sine dubio consequatur iugi dominio *(Sequitur textus pag. 115)*

---

[1] Haenel scribit: *VIII.*
[2] Haenel: *aa.*
[3] Palimp.: *etiam portionem.*
[4] Haenel in: *ut post.*
[5] Haenel: *vel.*
[6] Haenel: *liberis.*
[7] Haenel: *unde unde.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

possidendam. quodsi nouercam superduxserit
eaquidemque filius defunctus e strinsecus adquesie
rat sibi habeat pater perpetuo iure dominii possideat
bonorum uero ex matris patrimonio filio qui defunctus
est inquisitorum solum usumfructum retinente ad ali
os filios ex eodem matrimonio natos posteius obitum
proprietate reddituram. etsi antemortem filii domum
secundis nuptiis occupauit simil. ēcasum sequatur ut
filio estrinsecus ad quesita perpetuo iure possideat
mater harum autem rerum solum usumfructum reti
neat. etquod filius filiaue extantibus liberis adhuc
positi in potestate decesserint portiones eorum totius
solum usumfructum morientis retinent a tnepotibus
id est defuncti filiis proprietate seruata Siue nepo
tes tempore mortis maternae extra aui sint potestate
ipsi illico in patris sui matris ue successionem uocentur. etc ta

DATA VIIII ID NOUEMB RAUENNA theodosio ft. ualentiniano augustis cssb

Interp Si a missa matre patre supreste unus ue luna
de filiis seu aemancipatus seu non aemancipatus sine fi
liis moriatur pater mortuo filio in totam illius por
tionem iure succedit Quod si iam uxorem duxse
rit haec quidem a maternis bonis mortuus filius de relinq̃it
pater usufructuario tantum hordine possidebit portem
obtū a defratres mortui ex eodem matrimonio natis quod
ille de maternis bonis habuit reuertatur. aliunde
uero filio quimoriturad quisita in proprietate patria
residebunt. Quod si filius uel filia aui uo patre haben
tes filios moriantur. pater res nepotum sicut filiorum
iure usufructuario retinebit. Siuero hi quimori
untur aemancipatus uel aemancipata moriantur
in portionibus eorum inintegrum filiis sui sine ulla aui
potestate succedant
De bonis q̃ filiis familias ex patrimonio adq̃runtur
Impp theodosius et ualentinianus aa ad senatum post alia
cum uenerandae leges uetuerint patribus iure potes

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

possidendam. Quod si novercam superduxerit, ea quidem quae filius defunctus extrinsecus acquisierat, sibi habeat pater perpetuo iure dominii possideat; bonorum vero ex matris patrimonio filio qui defunctus est quaesitorum solum usufructum retinente, ad alios filios ex eodem matrimonio natos, post eius obitum proprietate reditura; et si ante mortem filii domum secundis nuptiis occupavit, similem causam [1] sequatur, ut filio extrinsecus acquisita perpetuo iure possideat; maternarum autem rerum [2] solum usufructum retentet [3], et [4] quod *si*[5] filius filiave exstantibus liberis adhuc positi in potestate defecerint, portionis eorum totius solum usufructum morientis retentet [6]; nepotibus, id est, defuncti filiis proprietate servata. Si vero nepotes tempore mortis maternae extra avi sint potestatem, ipsi illico in patris sui matrisve successionem vocentur: et cetera. Data VIII idus Novembres Ravenna, Theodosio [7] et Valentiniano [8] Augustis Consulibus.

Interpretatio. Si, amissa matre, patre superstite, unus vel una de filiis sive emancipatus sive non emancipatus sine filiis moriatur, pater mortuo filio in totam illius portionem iure succedit. Quod si aliam uxorem duxerit, haec quae de maternis bonis mortuus filius dereliquit, pater usufructuario tantum ordine possidebit, post eius obitum ad fratres mortui ex eodum matrimonio natos, quod ille de maternis bonis habuit, revertatur; aliunde vero filio qui moritur, acquisita, in proprietate patria residebunt. Quod si filius vel filia, vivo patre, habentes filios moriantur, pater res nepotum sicut filiorum iure usufructuario retinebit. Si vero hi qui moriuntur emancipatus vel emancipata moriantur, in portionibus eorum in integrum filii sui sine ulla avi potestate succedant.

TIT. X.—DE BONIS QUAE FILIIS FAMILIAS EX MATRIMONIO ACQUIRUNTUR. (1) IMPERATORES THEODOSIUS ET VALENTINIANUS AUGUSTI AD SENATUM. POST ALIA. Quum venerandae leges vetuerint patribus iure potes- *(Sequitur textus pag. 117)*

---

[1] Palimp. in: *casum.*
[2] Haenel add.: *eius.*
[3] Palimp.: *retinent.*
[4] Haenel om.: *et.*
[5] Palimp. om.: *si.*
[6] Palimp.: *retineat.*
[7] Haenel add.: *XII.*
[8] Haenel add.: *II.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

adquiri quidquid eorum filius auus auia proauus pro
auia alineamater nauehientes quocumq; titulo contuli
sen hoc quoque conuenit obseruari ut quid quid uxor
marito nonæmancipato uel maritus uxori in potestate
positæ quocumq; titulo uel iure contulerit seu
transmiserit hoc patri nullatenus adquiratur.
adq; ideo ne ius tantum cui delatū est iure debebit
et. ct. R. dat viii idhouembris rau ddnn theod xii et ualentiniano aa ccssb
interp Sicut id quod auus uel auia materna nepotib;
pro nepotibus positis in patris potestate donauerint
patri non adquirit ꝛ et quid quid maritus uxori uel
uxor marito in patris potestate positis donauerint
aut testamento dimiserint id ad patris dominium
minime pertinebit sed hoc sibi filia debet ꝛ gratū uindica
bunt

EXPLICIT LIBER VIII INCIPIT LIBER NONUS

DE ACCUSATIONIBUS ET INSCRIPTIONIBUS.

1 Imp constantinus a ad octauianum comit spaniarum
Quicumq; clarissimæ dignitatis uirginem rapuerit uel
fines aliquos inuaserit uel in aliqua culpa seu crimen
fuerit deprehensus statim intra prouinciam in qua fa
cinus perpetrauit publicis legibus subiugetur Neq;
super eius nomine ad scientiam nram referatur. Nec
fori prescriptione utatur. Omnem enim honorem rea
tus excludit. Cum criminalis causa et non ciuilis res
uel pecuniaria moueatur.

2 dat pridie nonas decembres ser dice acc nonas martias corduba gallicano et basso ccss.
Interp Quicumq; damnabile uel puniendum legibus cri
men admiserit hon sedicat in foro suo id est in loco ubi
habitat debere pulsari sed ubi crimen admissum est
a beius loci iudicibus uindicetur Hec de eius persona ad
principem referatur. Idem a ad agricolanum

3 Cum luce uidens adq; manifestum sit uti in testandi criminis
publici facultatin on nisi ex certis causis mulieres habeant

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

tatis acquiri, quidquid eorum filiis avus, avia proavus proavia a linea materna venientes quocumque titulo contulissent, hoc quoque convenit observari, ut quidquid uxor marito non emancipato, vel maritus uxori in potestate positae quocumque titulo vel iure contulerit, sive transmiserit, hoc patri nullatenus acquiratur; atque ideo in eius tantum cui delatum est iure durabit [1] et cetera. Data VIII Idus Novembres Ravennae, Dominis Nostris Theodosio XII et Valentiniano II Augustis Consulibus.

Interpretatio. Sicut id quod avus vel avia materna nepotibus pronepotibus, prout is in patris potestate donaverint, patri non acquiritur, ita [2] et quidquid maritus uxori vel uxor marito in patris potestate positis donaverint aut testamento dimiserint, id ad patris dominium minime pertinebit; sed hoc sibi filii ad integrum vindicabunt.

EXPLICIT CODICIS THEODOSIANI [3] LIBER VIII. INCIPIT CODICIS THEODOSIANI [4] LIBER IX.

TITULUS. I.—DE ACCUSATIONIBUS ET INSCRIPTIONIBUS. (1) IMPERATOR CONSTANTINUS AUGUSTUS AD OCTAVIANUM COMITEM HISPANIARUM. Quicumque clarissimae dignitatis virginem rapuerit, fines aliquos invaserit, vel in aliqua culpa seu crimine fuerit deprehensus, statim intra provinciam in qua facinus perpetravit, publicis legibus subiugetur; neque super eius nomine ad scientiam nostram referatur, nec fori praescriptione utatur; omnem enim honorem reatus excludit, quum criminalis causa et non civilis res vel pecuniaria moveatur. Data pridie Nonas Decembres Sardicae, accepta quinto Nonas Martias Cordubae Gallicano et Bosso Consulibus.

Interpretatio. Quicumque damnabile vel puniendum legibus crimen admiserit, non se dicat in foro suo, id est in loco ubi habitat, debere pulsari, sed ubi crimen admissum est ab eius loci iudicibus vindicetur; nec de eius persona ad principem referatur.

(2) IDEM AUGUSTUS AD AGRICOLANUM. Quum ius evidens atque manifestum sit, ut intestandi [5] criminis publici facultatem *non nisi ex certis causis mulieres habeant* *(Sequitur textus pag. 119)*

---

[1] Palimp. scribit: *debebit*.
[2] Palimp. om.: *ita*.
[3] Palimp. om.: *Codicis Theodosiani*.
[4] Palimp. om.: *Codicis Theodosiani*.
[5] Haenel: *intendendi*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

accusatusprius
QUICRIMINIBUS·NISISOPROBAUERINTINNOCENTES·QUIAPERI
CULOSAESTETADMITTINONDEBETADUERSUSQUEMCUMQUE
REIPROFESSIO

Imppp GRATIANUS UALENTINIANUS ET THEODOSIUS
AAA ADMARINIANUMUICARIUM SPANIARUM

QUIUELINTERNICIUIEXERETACTIONEMUELCRIMENSUSCEPTAE
MORTISIINTENDITNONPRIUSCUIUSCUMQ· CAPUTACCUSATIONE
PULSETQUAMUINCULOLEGISADSTRICTUSPARI CEPERITPOENE
CONDITIONEIURGAREITAUTETIAMSERUOSSIQUISCREDIDE
RITACCUSANDOSNONPRIUSADMISERORUMTORMENTAUENIAT
TURQUIAMSEACCUSATORUINCULOINSCRIPTIONISADSTRIXE
RINT ADPETENDORUMENIMCAUSASERUORUMAUTDISPEN
DIŪFACULTATUMESTAUTPOENADOMINORUM

DAT VI KAL IUNIAS PATAUI MEROBAUDE ITERUM ET SATURNINO CCSS B

INTERP QUICUMQUEALIUMDEHOMICIDII CRIMIHEPERICULO
SAUELCAPITALIOBIECTIONEPULSAUERITNONPRIUSAIUDICIB·
AUDIATURQUAM SESIMILEMPOENAMQUAMREOINTENDET
CONSCRIPSERITSUBITURUM· ETSISERUOSALIENOSACCUSAH
DOSESSE CREDIDERITSESIMILIINSCRIPTIONE CONSTRINGAT
UTSUPPLICIAINNOCENTIUMSERUORUMAUTPOENACAPITISSUI
AUTFACULTATUMAMISSIONECOMPENSET IDEMĀCINECIOPŌ
CONCESSUMSINGULIUNIUERSIQ· COGNOSCANTNONEMEN
DICATISSUFFRAGIISDECRETORUMSEDLITE SUISNOMINIB·
INSTITUTA INLUSTRISETMAGNIFICAECELSITUDINISTUAE
ADEUNDAMPOTESTATEMQNMACCUSARIUNUMQUEMQUE
PERALTERUMNONPORTET UIDELICETUTIUSTITIAEAEQUI
TATEQUAHOTUSESTINDICEPUNIATSI INNOXIOSUERBERA
UITIHOFFICIUMSIFORTASSECONTICUIT QUODCAEDIDECURI
ONESIINNOXIOSNONLICERET

DAT II KAL MAIAS CONSTANTINOPOLIM ARCHADIO A I ET BAUTONE CCSS B

INTERP INCRIMINALIBUSCAUSISUELOBIECTIONIBUSPER
MANDATUMNULLUSACCUSET NECSIPERRESCRIPTUMPRIN
CIPISHOCPOTUERITIMPETRARE SEDIPSEQUICRIMENIN|TEN
DIT PRESENSPERSEACCUSETIN|SCRIPTIONEPREMISSA

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

hoc est si suam suorumque injuriam persequuntur, observari, antiquitus statuta oportet [1].

Interpretatio. *Non credendum est contra alios eorum confessioni* qui criminibus [2] accusantur nisi se prius probaverint innocentes, quia periculosa est et admitti non debet adversus quemcumque rei [3] professio.

(8) Imperatores Gratianus, Valentinianus et Theodosius Augusti ad Marinianum Vicarium Hispaniae. Qui vel internecivi exerit actionem vel crimen suspectae mortis intendit non prius cuiuscumque caput accusatione pulset, quam vinculo legis adstrictus pari coeperit poenae conditione iurgare, ita ut etiam servos si quis crediderit accusandos, non prius ad miserorum tormenta veniatur quam se accusator vinculo inscriptionis adstrinxerit; appetendorum enim causa servorum aut dispendium facultatum est aut poena dominorum. Data VI Kalendas Junias Patavii Merobaude iterum et Saturnino Consulibus.

Interpretatio. Quicumque alium de homicidii crimine periculosa vel capitali obsectione pulsaverit, non prius a iudicibus audiatur, quam se similem poenam quam reo intendit, conscripserit subiturum; et si servos alienos accusandos esse crediderit, se simili inscriptione constringat, ut supplicia innocentum servorum aut poena capitis sui aut facultatum amissione compenset.

(9) Idem Augusti Cynegio Praefecto Praetorii. Concessum singuli universique cognoscant non emendicatis suffragiis decretorum sed lite suis nominibus instituta illustris et magnificae celsitudinis tuae adeundam potestatem, quoniam accusare unum quemque per alterum non oportet, videlicet ut iustitia et aequitate qua notus es in judice punias, si innoxios verberavit in officio, si fortasse conticuit, quod caedi decuriones innoxios non liceret. Data II Kalendas Maias, Constantinopoli Arcadio Augusto et Bautone Consulibus.

Interpretatio. In criminalibus causis vel obsectionibus, per mandatum nullus accuset; nec si per rescriptum principis hoc potuerit impetrare; sed ipse qui crimen intendit praesens, per se accuset inscriptione praemissa. *(Sequitur textus pag.* 121*)*

---

[1] Hic ob folia deperdita Palimpsestus amisit omnem ferme hujusce legis textum sequentes quatuor constitutiones, numeris 3, 4, 5 et 6, per Haenel signatas et constitutionem 7 usque ad verba ejus interpretationis *eorum confessioni.*

[2] Haenel: *in criminibus.*

[3] Haenel: *rei adversus quemcumque professio.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

IUDICES AUTEM PUNIENDI SUNT ET DAMNANDUM OFFICIUM SI
FORTASSE TACUERINT SI INNOCENTEM NISI PREMISSA INSCRIP
TIONE SUBDENDUM CREDIDERINT QUESTIONI.

IMPP ARCHADIUS ET HONORIUS AA

NE DIUERSORUM CRIMINUM REI UEL DESIDIA IUDICUM UEL
QUADAM LENITATIS AMBITIONE PER PROUINCIAS DETENTI
IN CARCERE MCRUDELIUS DIFFERANTUR MONEANTUR OM
NES IUDICES PRODUCTOS E CUSTODIIS REOS DISCEPTATIO
NI DEBITAE SUBDERE ET QUOD LEGES SUAE RINT DEFINIRE

DAT III NON AGS CONSTANTINOPOLI ARCHADIO ET HONORIO AA CCSSB

INTERP REI NON MULTO TEMPORE IN CARCERE UEL CUSTODIA
TENEANTUR SED CELERITER AUTI NNOCENTES ABSOLUAN
TUR. AUT SI CONUICTI FUERINT CRIMINOSI SENTENTIA PUNIANTUR

IMPP HONORIUS ET THEODOSIUS AA CONSULIBUS PRAE
TORIBUS TRIBUNIS PLEBIS SENATUI SUO SALUTEM DICUN

ACCUSATIONIS HORDINEM IAMDUDUM LEGIBUS INSTITUTUM
SERUARI IUBEMUS UT QUICUNQUE INDISCRIMINE CAPI
TIS ARCESSITUR NON STATIM REUS QUIA ACCUSARI NON PO
TUIT EXTIMETUR NEC SUBIECTAM INNOCENTIAM FACIA
MUS SED QUISQUIS ILLE EST QUI CRIMEN INTENDIT INDI
CIUM UENIAT NOMEN REI INDICET. UINCULUM INSCRIPTI
ONIS ADRIPIAT CUSTODIAE SIMILITUDINEM HABITATA
MENDIGNITATIS EXTIMATIONE PATIATUR NEC IMPUNITA
FORE NOUERIT LICENTIAM MENTIENTI CUM CALUMNI
ANTES ADUINDICTAM POSCAT SIMILITUDO SUPPLICII.
NEMO SIBI TAMEN OBIECTA CUIUSLIBET CRIMINIS BLAN
DIATUR DESE IN QUESTIONE CONFESSUS UENIAM PROP
TER FLAGITIA ISPERANS AD LUNGI UEL COMMUNIONE
CRIMINIS CONSORTIUM PERSONE SUPERIORIS OPTANS
AUT INIMICI SUPPLICIO IPSA SUPREMORUM SUORUM
SUORUM SORTE SOCIANDUS AUT ERIPUISSE POSSE CON
FIDENS STUDIO AUT PRIUILEGIO NOMINATIM. CUM
UETERIS IURIS AUCTORITAS DE SE CONFESSUS HEIN TERRO
GARI QUID ĒDE ALIORUM CONSCIENTIA IS CRUTETUR ALIENA
HEMO CREDAT SPONTE FFUGIENTES CON MUNITORIIS

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Judices autem puniendi sunt et damnandum officium; si fortasse tacuerint, si innocentem nisi praemissa inscriptione subdendum crediderint quaestioni.

(10) Imperatores Arcadius et Honorius Augusti. Ne diversorum criminum rei, vel desidia iudicum vel quadam lenitatis ambitione per provincias detenti in carcere crudelius differantur, moneantur omnes iudices productos e custodiis reos disceptationi debitae subdere et, quod leges iusserint, definire. Data III Nonas Augustas Constantinopoli Arcadio et Honorio III Augustis Consulibus.

Interpretatio. Rei non multo tempore in carcere vel in custodia teneantur; sed celeriter aut innocentes absolvantur, aut si convicti fuerint criminosi, sententia puniantur.

(11) Imperatores Honorius et Theodosius Augusti Consulibus, praetoribus, tribunis plebis, Senatui suo salutem dicunt. Accusationis ordinem iam dudum legibus substitutum servari iubemus, ut quicumque in discrimen capitis arcessitur, non statim reus qui accusari [1] potuit aestimetur, ne subiectam innocentiam faciamus; sed quisquis ille est qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet et vinculum inscriptionis arripiat, custodiae similitudinem, habita tamen dignitatis aestimatione, patiatur, nec impunitam fore noverit licentiam mentiendi, quum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. Nemo sibi tamen obiectu cuiuslibet criminis blandiatur de se in quaestione confessus veniam propter flagitia sperans adiuncti vel communione criminis consortium personae superioris optans, aut inimici supplicio in ipsa supremorum suorum sorte sociandus, aut eripi se posse confidens studio aut privilegio nominati; quum veteris iuris auctoritas de se confessos ne interrogari quidem, de aliorum conscientia [2] *scrutetur aliena. Nemo credat sponte* [3] *fugienti:* commonitoriis *(Sequitur textus pag.* 123*)*

---

[1] Palimp. add.: *non.*
[2] Haenel scribit: *confessos ne interrogari quidem de aliorum conscientia sinat. Nemo igitur de proprio crimine confitentem super conscientia, scrutetur aliena.*
[3] Haenel: *supplicia.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

SECRETISQ; MANDATIS FIDEMPENITUSABHEÇAMUS ETCETERA

DATA VIIIIDUSAĈS RAVENNAE ASCLEPIODOTO ETMARIMIANO CONSULIBUS

INTERP ANTESCRIPTIONEM NEMOEFFICITURCRIMINOSUS NĀ SCRIPTIONEPERHORDINEMFACTATUNCAUDICESUSCIPIENDUS ESTREUSETCUSTODIECUMACCUSATORETRADENDUSESTEATAMEN RATIONEUTTAMACCUSATIQUAMACCUSATORISDIGNITASEXTI METUR· ETUNUMQUEMQUEEORUMANTEDISCUSSIONEITA IUDEX FACIATCUSTODIRIUT EORUMNATALES ETDIGNITASPA TIUNTUR SANEHIS QUICRIMINASUAINQUAESTIONECONFES SISUNT DEALIISSIDICEREUOLUERINTAUDICENONCREDA TUR· QUIAIURE ETLEGIBUSCONSTITUMESTSPONTANEAPROFESIO REUSREUMNONFACIATHE NEQUEILLIDEALTERO CREDATUR QUISECRIMINOSUMESSECONFESSUSEST

II DE CUSTODIA REORUM

IMP CONSTANTIUS Ā CINDINO PPO

QUONIAMUNUMCARCERISCONCLAUEPERMIXTOSSECUM CRIMINOSOSINCLUDIT HACLEGESANCCIMUSUTAETIĀ SIPOENAEQUALITASP MIXTIONEIUNGENDAESTSEXUMTAMEN DISPAREMDIUERSACLAUSTRORUMHABERETUTAMINAIUBEATUR

DAT NONAS APRILIS ACINDINO ET PROCULO CCSSB

INTERP UIRIHACMULIERESAETIAMSICRIMINISQUALITATE IUNGANTURNONTAMENUNIUSCARCERISCUSTODIATENEANTUR

UALENTINIANUS UALENS ET GRATIANUS

Ā Ā Ā AD PROBUM PPO CONMENTARIENSĒ

RECEPTARUMPERSONARUMCUSTODIAOBSERUATIOQUE PERTINEAT NECPUTETHOMINEMABIECTUMADQUE UILEMOBICIENDUMESSEUDICIISSIREUSCONDICIONE ALIQUAFUERITELAPSUS NAMIPSUMUOLUMUSELUSPOE NAMCONSUMICUIOBNOXIŠDOCEBITURFUISSEQUIFUGE RIT· SIUEROCONMENTARIENSIS NECESSITATEALIQUA PROCULABOFFICIOEGERITADIUTOREMEIUSPARILU BEMUSINUIGILARECURA ETEADEMŠTATUIMUSLEGIS SEUERITATE·CONSTRINGI·

DAT III K IULIAS CONTINUACI· GRATIANO ETPROBO CCSSB

INTERP SIDECARCERE REUSFUGERITABEOCUIESTTRA DITUSREQUIRATUR

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

secretisque mandatis fidem penitus abnegamus: et cetera. Data VIII Idus Augustas Ravennae, Asclepiodoto et Mariniano Consulibus.

Interpretatio. Ante inscriptionem nemo efficitur criminosus; nam inscriptione per ordinem facta, tune a iudice suscipiendus est reus, et custodiae cum accusatore tradendus est; ea tamen ratione, ut tam accusati quam accusatoris dignitas aestimetur et unumquemque eorum aute discussionem ita iudex faciat custodiri ut eorum natales aut dignitas patiuntur. Sane, his qui crimina sua in quaestione confessi sunt, de aliis si dicere voluerint a iudice non credatur; quia iure et legibus constitutum est, *ut* [1] spontanea professione reus reum non faciat, neque illi de altero credatur qui se criminosum esse confessus est.

TIT. II. — DE CUSTODIA REORUM. (1) Imperator Constantinus Augustus Acyndino Praefecto praetorio. Quoniam unum carceris conclave permixtos secum criminosos includit, hac lege sancimus, ut etiamsi poenae qualitas permixtione iungenda est, sexum tamen disparem diversa claustrorum habere tutamina iubeatur. Data Nonis Aprilis Acyndino et Proculo Consulibus.

Interpretatio. Viri ac mulieres etiamsi criminis aequalitate iungantur, non tamen unius carceris custodia teneantur.

(2) Imperatores Valentinianus, Valens et Gratianus Augusti ad Probum Praefectum praetorio. Ad commentariensem receptarum personarum custodia observatioque pertineat, nec putes hominem abiectum atque vilem objiciendum esse iudiciis, si reus conditione aliqua fuerit elapsus; nam ipsum volumus poena consumi cui obnoxios docebitur fuisse qui fugerunt. Si vero commentariensis necessitate aliqua procul ab officio egerit, adiutorem eius pari iubemus invigilare cura et eadem statuimus legis severitate constringi. Data IV Kalendas Iulias Contionaci [2], Gratiano et Probo consulibus.

Interpretatio. Si de carcere reus fugerit ab eo cui est traditus requiratur; *(Sequitur textus pag. 125)*

---

[1] Deest in Palimp.: *ut.*
[2] Palimp.: *Continuaci.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

quisieumhonpotueritpresentare houeritheclecens
custos illiusdamnumautpenamquifugeritsubiturum
Impp honoriusettheodos a cecilianoppo postalia
iudices omnibus dominicis diebus productosreosecus
todiacarceraliuideantet interrogent hehis humani
tasclausisper corruptos carcerum custodes he
getur. Uictualemsubstantiamnonhabentibus
faciantministrari libellisduabus auttribusdiur
nisautquotextimauerint commentariensis decre
tis quorumsumptibus proficiantalimoniaepauperum
quosadlabacrumsubfida custodia duciopportet
multaiudicibusxx librarumauri etofficiiseorum
eiusdemponderis constituta hordinib, quoquetrium
librarauri multapropositasisaluberrimestatuta contemp
sserint Nec deeritahtistitum christian aerel igi
onis cura laudabilis quaead obseruationem consti
tutiludices hanc ingerahtmonitionem.

dat xiii kal fb rauena honorio viii et theodosio ii aa ccssb

utrei diedo mico decar cere ducan tur

Interp Omnibusdominicis diebusiudices subfidacus
todia de carceribusreoseducantuteisaxpianisuel
a sacerdotibussubstantiaprebeaturetadbalneum
predictis diebussubcustodiareligionis contempla
tioneducantur Siquiludiceshocimplerenecglexe
rintpenamquamlexipsa constituitcogantur implere
nepreter crimen maiestatis seruusdnm set
uelpatronum libertusseu familiarisaccus
lmpppualens gratianus etualentinianus aaa
ad maximum
Cumaccusatores seruidnis intohentnemoludicium
expectet euentum Nihilqueri Nihildiscumplacet
sed cumipsis delationum libellis cumomni scriptu
rarum et meditatcriminis adparatu hefanda.
rum accusationum crementur auctores excep
totamen adpetitae maiestatis crimine Inquoaeti
amseruishonesta proditio est Nam et hocfacinus

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

qui si eum non potuerit praesentare, noverit negligens custos illius se aut damnum aut poenam qui fugerit subiturum.

(3) Imperatores Honorius et Theodosius Augusti Caeciliano Praefecto praetorio. Post alia. Iudices omnibus dominicis diebus productos reos e custodia carcerali videant et interrogent ne his humanitas clausis per corruptos carcerum custodes negetur, victualem substantiam non habentibus faciant ministrari, libellis duobus aut tribus diurnis aut quot aestimaverint commentariensi decretis, quorum sumptibus proficiant alimoniae pauperum quos ad lavacrum sub fida custodia duci oportet; mulcta iudicibus viginti librarum auri et officiis eorum eiusdem ponderis constituta, ordinibus quoque trium librarum auri mulcta proposita si saluberrime statuta contempserint. Nec deerit antistitum christianae religionis cura laudabilis quae ad observationem constituti iudicis hanc ingerat monitionem. Data XIII Kalendas Februarias Ravennae Honorio VIII et Theodosio II Augustis consulibus.

Interpretatio. Omnibus dominicis diebus iudices sub fida custodia de carceribus reos educant, ut eis a christianis vel a sacerdotibus substantia *vel alimonia* [1] praebeatur et ad balneum praedictis diebus sub custodia religionis contemplatione ducantur. Si qui iudices hoc implere neglexerint, poenam quam lex ipsa constituit cogantur implere.

TIT. III.—NE PRAETER CRIMEN MAIESTATIS SERVUS DOMINUM VEL PATRONUM LIBERTUS SEU FAMILIARIS ACCUSET. (1) Imperatores Valens, Gratianus et Valentinianus Augusti ad Maximum Praefectum praetorio. Quum accusatores servi dominis intonent, nemo iudiciorum exspectet eventum:, nihil quaeri nihil discuti placet, sed cum ipsis delationum libellis cum omni scripturarum et meditati criminis apparatu nefandarum accusationum crementur auctores, excepto tamen appetitae maiestatis crimine, in quo etiam servis honesta proditio est; nam et hoc facinus *(Sequitur textus pag. 127)*

[1] Palimp. om.: *vel alimonia.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

ADQUIEVERITPOSSUNTPSATISFACTIONEMUENIĀPROMERERI
Reliq̃ABACCUSATIONEPROHIBENTUR MARITISSANEÆTIAM
EXSUSPICIONEACCUSAREPERMISSUMEST
Imp̄pp̄ ꝗRATIANUS UALENTINIANUS ET Theodosius a̅a̅a̅
CYNEGIO p̄po
HADULTERII QUESTIONEABOMNIFAMILIANONSOLUMMARITIS
SEDAETIĀUXORIS q̃TAMENTUNCTEMPORISDOMIFUERINTQ̃OD
ADULTERIŪDICAT̃RADMISSUM QUERENDŪESTSINEDISPSIONE
CUIUSQUAMIDEMUOLUMUS ETSIFORTEMULIER MARITOMORTIS
SPERASSEINSIDIAS UEL q̃OLIBETALIOGENERE UOLUNTATEM
OCCIDENDI HABUISSEINUENIATUR PAREMAETIĀCONDICIO
NĒINTERROGATIONEMANCIPIORUMSERUAREUOLUMUS
SIFORTEMARITUSEOMODOINSECTETURUXSOREM
DAT IIII ID DICIMB CONSTANTINOPOLIM ARCHAD· A· I· ET BAVTONE C̄C̄SB
INTERP Q eaduLTERIOUXORĒMARITUSP TORMENTAFAMILIE
UTRIUSQ· HOCESTSUAETUXORISQUERERE P MITTITURSITAMEN
ILLOTEMPORE QUOADMISSUMDICITURHAECIPSAMANCIPIA
PRESENTIAUTINEADĒDOMOFUISSEPROBANTUR· SIMILITER
ETSIMORTEMSIBIABUXOREADULTERAMARITUSPARATAM
FUISSECONQUERATUR UTRIUSQ· FAMILIÆDISCUSSIONEQUERI
LICET SIMILITERAETIAMFAMILIAEUTRIUSQ· POENAQUEREN
DUMESTSIMARITUSMORTĒUXORISQ̃LIBETRATIONEPARAUERIT
Imp̄pp̄ UALENTINIANS THEOD ETARCHAD a̅a̅a̅ C̄S̄NEGIO p̄po

NEQUISXPIANAMMULIEREMINMATRIMONIOIUDEUSACCIPIAT
NEQ· IUDEEXPIANUSCONIUGIŪSORTIATUR NAMSIQUIS
ALIQ̃IDHUIUSMODIADMISERITADULTERIIUICEMCOMMISSI
HUIUSCRIMENOPTINEBIT LIBERTATEMINACCUSANDUMPUBLI
CISUOCIB· RELAXATAM DAT· III· ID· MARTIASTHESSALONICAEThEOD· Ā· II ET CYNEGIO C̄C̄SS
INTERP NE IUDEUS XPIANĀ NECXPIAN̄SIUDAEAMDUCAT
UXOREM QUODSIFECERINTC̄IIIUSLIBETACCUSATIONEUELŪ
INADULTEROSUINDICETUR· ID a̅a̅a̅ ORIENTIO UIC URBISROME

OMNES q̃IB· FLAGITIISHUSUSESTUIRILE CORPUSMULIEBRITERCON
TITUMALIENISEXUSDAMNAREPATIENTIAM· NIHILENIMDIS
CRETUMUIDENTURHABERECUMFCMINIS HUIUSMODI·SCE
LUS EXPECTANTEPOPULOFLAMMISULTRICIB· EXPIABUNT·
P̄P̄ INFORP TRAIANI VIII IDUS Ag̃S IUSTEANO ā IUI ET NEUTERIO C̄C̄SS· HECLEXINTERP NONINDIGET

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

tendit in dominos [1]...

TIT. IV.—AD LEGEM JULIAM DE ADULTERIIS. . . . . .

. . . . . .

(1) . . . . . .

(2) . . . . . .

Interpretatio. In adulterio extraneam mulierem nullus accuset, sed propinqui ad quorum notam pertinet, hoc est, frater germanus, frater patruelis, patruus et consobrinus, qui tamen ante inscriptionem si accusata acquieverit, possunt per satisfactionem veniam promereri. Reliqui ab accusatione prohibentur; maritis sane etiam ex suspicione accusare permissum est.

(3) IMPERATORES GRATIANUS, VALENTINIANUS ET THEODOSIUS AUGUSTI CYNEGIO PRAEFECTO PRAETORIO. In adulterii quaestione ab omni familia non solum mariti sed etiam uxoris quae tamen tunc temporis domi fuerit, quo adulterium dicatur admissum quaerendum est sine defensione cuiusquam; idem volumus et si forte mulier marito mortis parasse insidias, vel quovis alio genere voluntatem occidendi habuisse inveniatur. Parem etiam conditionem in interrogatione mancipiorum servari volumus, si forte maritus eo modo insectetur uxorem. Data III Idus Decembres Constantinopoli, Arcadio Augusto et Bautone consulibus.

Interpretatio. De adulterio uxorem maritus per tormenta familiae utriusque, hoc est suae et uxoris quaerere permittitur [2]; si tamen illo tempore quo admissum dicitur, haec ipsa mancipia praesentia aut in eadem domo fuisse probantur. Similiter et si mortem sibi ab uxore adultera maritus paratam fuisse conqueratur, utriusque familiae discussione quaeri licet. Similiter etiam familiae utriusque poena quaerendum est, si maritus mortem uxoris qualibet ratione paraverit.

(4) IMPERATORES VALENTINIANUS, THEODOSIUS ET ARCADIUS AUGUSTI CYNEGIO PRAEFECTO PRAETORIO. Ne quis christianam mulierem in matrimonio Iudeus accipiat, neque Iudaeae christianus coniugium sortiatur. Nam si quis aliquid huiusmodi admiserit, adulterii vicem commissi huius crimen obtinebit, libertate in accusandum publicis [3] vocibus relaxata. Data III Idus Martias Thesalonicae, Theodosio Augusto et Cynegio consulibus.

Interpretatio. Nec iudaeus christianum, nec christianus iudaeam ducat uxorem; quod si fecerit, cuiuslibet accusatione velut in adulteros vindicetur.

(5) IDEM AUGUSTI ORIENTIO VICARIO URBIS ROMAE. Omnibus quibus flagitii usus est virile corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia, (nihil enim discretum videntur habere cum feminis) huiusmodi scelus spectante populo flammis ultricibus expiabunt. Proposita in foro Traiani VIII Idus Augustas Valentiniano Augusto IV et Neoterio consulibus. Haec lex interpretatione non indiget.

---

[1] Hic per foliorum absentiam Palimpsestus iterum deficit. Absunt data et interpretatio legis 1, tit. III libri IX, sequentes duae leges ipsius tituli, rubrica tituli IV quam supplemus in nostro textu et leges 1 et 2 ejusdem tituli usque ad verba interpretationis *ante inscriptionem si accusata*.

[2] Haenel: *uxorum mariti..... permittuntur*.

[3] Haenel add.: *quoque*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Impppp theodosius·archadius ethonorius aaa rufinoppo
nadulteriiaccusatione proposita prescriptiones ci
uiles quibusautdosrepeti fingiturautex ratio healy
qua debitum flagitatur q, occurreread que pres
tare perexaminemconsuerunt lussimus sequestra
ri. Necearum obicealiquid negotiotarditatisafferr
risedaccusatione fundata hocestcumquolure
quouetporeactio intromissa constiterit
discutiaturcrimenfacti qualitaspublicetur. cum
etiurgiaque magnitudine superantpreponan
tur. etciuilisactiocriminaliiurepostponitur.
idemtamen cumconpeterecoeperintabituramo
menti dummodoobsitexamini

dat viii id decb constantinopoli archad it rufino ccssb

interp Cumadulteriumaritusaccusatorobiece
rit. dotis andonationisrepetitio conquiescat·qia
ciuilerepetitionemiscerecumcriminaliaccusatio
nenonoportet. idem a rufino ppo

Siquiadulterifuerintaccusatieto ptentuproxi
mitatisintentatadepulerint peromnemconmemo
rationemnecessitudinis fidecriminisderogan
do dumexistimaturnondeberecrediquodadle
gaturnonpotuisse conmitti hiisipostmodumin hup
tias consortiumq·conuenerit facinusillutinqd
fuerinaccusatimanifestafideadq, indiciisevidenib,
publicabunt undesiquieiusmodirepperti fuerint
lussimusineosdemseuerissime uindicari
etueluticonuictumfacinus confessumq, puniri,

dat.ii nonas decemb constantinopolim theodaiiii etabundantio uc cssb

interp Quilnadulterioaccusantur etsepropinqui
tatisaut amicitiarumexcusationedefit ender Sifortas
sequoligettemporesecretumcrimenpublicacon
junctionepprodiderint eosuelutmanifestosadul
terospuniriplacet

V Siquis eamcuiustutorfuerit corruperit.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

(6) Imperatores Theodosius, Arcadius et Honorius Augusti Rufino Praefecto praetorio. In adulterii accusatione proposita praescriptiones civiles quibus aut dos repeti fingitur, aut ex ratione aliqua debitum flagitatur, quae ocurrere atque perstrepere examini consuerunt, iussimus sequestrari; nec earum obice aliquid negotio tarditatis afferri sed accusatione fundata, hoc est, quum quo iure quove tempore actio fuerit intromissa constiterit, discutiatur crimen, facti qualitas publicetur, quum et iurgia quae magnitudine superant praeponantur, et civilis actio criminali iure postponatur; idem tamen, quum competere coeperit, habitura momenti dummodo non obsit examini. Data VIII [1] Idus Decembres Constantinopoli, Arcadio et Rufino consulibus.

Interpretatio. Quum adulterium maritus accusator obiecerit, dotis aut donationis repetitio conquiescat, quia civilem repetitionem cum [2] criminali accusatione misceri non oportet.

(7) Idem Augusti Rufino Praefecto praetorio. Si qui adulterii fuerint accusati et obtentu proximitatis intentata depulerint per omnem [3] commemorationem necessitudinis fidem crimini derogando, dum existimatur non debere credi quod allegatur non potuisse committi, hi si postmodum in nuptias consortiumque convenerint, facinus illud *de* quo [4] fuerint accusati, manifesta fide atque indiciis evidentibus publicabunt. Unde si qui eiusmodi reperti fuerint, iussimus in eosdem severissime vindicari et veluti convictum facinus confessumque puniri. Data II Nonas Decembres Constantinopoli Theodosio Augusto III et Abundantio viris clarissimis consulibus.

Interpretatio. Qui de adulterio accusantur et se propinquitatis et amicitiarum excusatione defenderint, si fortasse quolibet tempore secretum crimen publica coniunctione prodiderint eos velut manifestos adulteros puniri placet.

TIT. V.—SI QUIS EAM CUIUS TUTOR FUERIT CORRUPERIT. *(Sequitur textus pag.* 131*)*

---

[1] Haenel: *VII.*
[2] Haenel om.: *cum.*
[3] Haenel om.: *omnem.*
[4] Palimp.: *in quo.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Impp̃ constantinus ā ad bassum uicarium hitaliæ
Ubi puellae ad annos adultehetatis aduenerint ad spi
rare ad nuptias coeperint tutores necesse habe
ant comprobare quod puellae sit integra uirgi
nitas cuius conluhtio postulatur, quod nelatius
porrigatur hic solus debet tutorem nexus adstrin
gere ut seipsum probetabihiurialesi pudoris immu
nem, quod ubi constiterit omnimetuliber. cptata
coniunctione fruidebebit officioseruatorus. et
si uiolatae castitatis aputipsum facinus hereat deepor
tatione plectatur Ad queuniuersae eius fa cul
tates fisci uiribus uindicentur. quamuis eam pe
nam debuerit sustinere quam raptori leges hponunt
dat ii nōn aprīl aquileia constantino vii etconstante c cossb
Interp Ubi primum puellae subtutores uiuentes
ad annos perueneri nt nuptiales et qui cumque peti
tor accesserit nonprius puellaluncatur nisi uirgini
tatis illius quo datutores seruata sit fuerit adprobatum
Nam si abipso tutore conuincitur eius uiolatauirgini
tas statim exilio deputetur et resilliusfiscusurpet
Vl Demulieribusque seseruispropriis coniunxerunt.
Impp̃ constantinus ā ad populum
Si qua cum seruooccultere m habere deteguntur capita
li sententia subiugetur. tradendo ignibus uer
beronesitque omnib, facultas crimen publicum ar
guendi sit officii copia denuntiandi. sit aetiā seruo
licentia deferendi. Cuiprobato crimine libertas
dabitur, cumfalsa accusationi poena hmineat.
ante leg̃ nuptatali consortios egregetur. nonso
lum domouerum hetiam prouinciæ communione
priuata amati abscessum de fleat religati filii
aetiam quos exhac condicione habuerit. exutiom
nib, dignitatis hsignib, Innuda maneant libertate
neq; pseneq; pinterposita m psonam q̃libet titu louo
lum tatis acceptur i aliquid ex facultatibus mulieris

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

(1) Imperator Constantinus Augustus ad Bassum Vicarium Italiae. Post alia [1]. Ubi puellae ad annos adultae aetatis advenerint, et adspirare ad nuptias coeperint, tutores necesse habeant comprobare, quod puellae sit intemerata virginitas cuius coniunctio postulatur; quod ne latius porrigatur, hic solus debet tutorem nexus adstringere ut se ipsum probet ab iniuria laesi pudoris immunem; quod ubi constiterit, omni metu liber, optata coniunctione frui debebit officio servaturo, et [2] si violatae castitatis apud ipsum facinus haereat, deportatione plectatur, atque universae eius facultates fisci viribus vindicentur, quamvis eam poenam debuerit sustineri quam raptori leges imponunt. Data pridie Nonas Aprilis, Aquileia, Constantino VII [3] et Constante Caesare consulibus.

Interpretatio. Ubi primum puellae sub tutore viventes ad annos pervenerint nuptiales et quicumque petitor accesserit, non prius puella iungatur, nisi virginitas illius quod a tutore servata sit, fuerit approbata; nam si ab ipso tutore convincitur eius violata virginitas, statim exilio deputetur et res illius omnes fiscus usurpet.

TIT. VI.—DE MULIERIBUS QUAE SE SERVIS PROPRIIS CONIUNXERUNT.

(1) Imperator Constantinus Augustus ad Populum. Si qua cum servo occulte rem habere detegitur capitali sententiae subiungetur, tradendo ignibus verberone, sitque omnibus facultas crimen publicum arguendi, sit officio copia denuntiandi, sit etiam servo licentia deferendi, cui, probato crimine, libertas dabitur; quum falsae accusationi poena immineat; ante legem nupta tali consortio segregetur non solum domo verum etiam provinciae communione privata, amati abscessum defleat, relegati filii etiam quos ex hac coniunctione habuerit, exuti omnibus dignitatis insignibus in nuda maneant libertate, neque per se, neque per interpositam personam quolibet titulo voluntatis accepturi aliquid ex facultatibus mulieris. *(Sequitur textus pag. 133)*

---

[1] Palimp. om.: *Post alia.*
[2] Haenel: *ut si.*
[3] Haenel: *VI.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

SUCCESSIO AUTEM MULIERIS AB INTESTATO UEL FILIIS IERUNT LE
GITIMI UEL PROXIMIS COGNATISQUE DEFERATUR UEL EIQUEM
RATIO IURIS ADMITTIT. ITAQUOD ILLE QUI CONDEMNATUS EST ETQ̃D
EX EO SUSCEPTI FILII QUOLIBET CASU UIDENTUR HABUISSE SUBSTAN
TIA DOMINIO MULIERIS SOCIATIAM EMORATIS SUCCESSORIBUS UIN
DICETUR. HISITAQ; OMNIBUS OBSERUANDIS ETSI ANTE LEGEM
DISCESSERIT MULIER UEL AMATUS QN̄M UEL UNUS AUCTORUM TII CEN
SUREO CCURRERIT. SIUERO IAM UTERQ; DISCESSERINT SOBOLI
PARCIMUS NEDEFUNCTORUM PARENTIBUS UITIIS PREGRAUE
TURSINT FILII SINT POTIORES FRATRIB; ADQ; COGNATIS SINT
RELICTAE SUCCESSIONIS HEREDES POST LEGEM ENIM HOC CON
MITTENTES MORTE PUNIMUS. QUIUERO EX LĒGE IUNCTI CLAM
DENUO CONUENERINT CONGRESSUS UETITOS RENOUANTES
HIIS SERUORUM IUDICIO UEL SPECULANTES OFFICIIUE LETIAM
PROXIMORUM DELATIONE CONIUNCTI POENĀS IMILĒ SUSTINEBUNT

DAT IIII KAL IUNIAS SERDICE CONSTANTINO Ā VII ET CONSTANTIO C̄C S̄S B

SIINGENUA MULIER SERUO PROPRIO SE OCCULTE MISCUERIT CAPITALITER PUNIATUR

INTER P̄ SI QUA INGENUA MULIER SERUO PROPRIO SE OCCULTE MISCUE
RIT CAPITALITER PUNIATUR. SERŪS AETIĀ QUI IN ADULTERIO
DOMINAE SUAE CONUICTUS FUERIT IGNIBUS EXURATUR INPO
TESTATE HABEAT HUIUSMODI CRIMEN QUICUMQ; UOLUERIT
ACCUSARE SERUI ETIAM AUT ANCILLAE SIDE HOC CRIMINE
ACCUSATIONEM DETULERINT AUDIANTUR FATAMEN HRATIO
NE UTSI PROBAUERINT LIBERTATEM CONSEQUANTUR SI FE
FELLERINT PUNIANTUR. HEREDITAS MULIERIS QUI SE TALI CRI
MINE MACULAUERIT UEL FILIIS IS UNTEX MARITO SUSCEPTI UEL
PROPINQUIS EX LEGE UENIENTIBUS TRIBUATUR.

VII AD LEGEM IULIAM DE UI PUBLICA ET PRIUATA.

IMP CONSTANTINUS Ā AD CATULLINUM PROCONS T̄M AFRICAE

QUI IN IUDICIO MANIFESTAM DETEGITUR CONMISISSE UIOLEN
TIAM IAM NON RELEGATIONEM AUT DEPORTATIONEM IN
SULAE PLECTATUR SED SUPPLICIUM CAPITALE EXCIPIAT NEC
INTERPOSITA PROUOCATIONE SENTENTIAM IN EO FUERIT
DICTA APPELLATIONE SUSPENDAT Q̄N̄M MULTA FACINO
RA SUBUNIS NOMINIS UIOLENTIE CONTINETR. CUM ALIIS UIM
INFERRE TEMPTANTIB; ALIIS CUM INDIGNATIONE RESISTENTIB;
UERBERA

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Successio autem mulieris ab intestato, vel filiis si erunt legitimi, vel proximis cognatisque deferatur, vel ei quem ratio iuris admittit; ita ut ille qui condemnatus [1] est, et quod ex suscepti filii quolibet casu in sua [2] videntur habuisse substantia dominio mulieris sociatum a memoratis successoribus vindicetur. His itaque omnibus observandis, et si ante legem decessit mulier vel amatus, quoniam vel unus auctor vitii censurae occurrit. Sin vero iam uterque decessit, soboli parcimus ne defunctorum parentum vitiis praegravetur. Sint filii potiores fratribus, proximis atque cognatis relictae successionis haeredes. Post legem enim hoc committentes morte punimus; qui vero ex lege disiuncti clam denuo convenerint, congressus vetitos renovantes, hi servorum iudicio vel speculantis officii, vel etiam proximorum delatione convicti poenam similem sustinebunt. Data IV Kalendas Junias, Sardicae, Constantino Augusto VII et Constantio Caesare consulibus.

Interpretatio. Si qua ingenua mulier servo proprio se occulte miscuerit, capitaliter puniatur; servus etiam qui in adulterio dominae suae convictus fuerit ignibus exuratur. In potestate habeat huismodi crimen quicumque voluerit accusare; servi etiam aut ancillae, si de hoc crimine accusationem detulerint, audiantur; ea tamen ratione ut si probaverint, libertatem consequantur; si fefellerint puniantur: haereditas mulieris quae se tali crimine maculaverit, vel filiis si sunt ex marito suscepti vel propinquis ex lege venientibus tribuatur.

TIT. VII.—AD LEGEM JULIAM DE VI PUBLICA ET PRIVATA. (1) Imperator Constantinus Augustus ad Catulimun proconsulem Africae. Qui in iudicio manifestam detegitur commisisse violentiam, non iam relegatione aut deportatione insulae plectatur, sed supplicium capitale excipiat; nec interposita provocatione sententiam quae in eum fuerit dicta appellatione [3] suspendat; quoniam multa facinora sub uno violentiae nomine continentur. Quum aliis vim inferre tentantibus, aliis cum indignatione resistentibus [4] verbera

---

[1] Haenel: *quondam amatus.*
[2] Palimp. om.: *in sua.*
[3] Haenel om.: *appellatione.*
[4] Haenel: *repugnantibus.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

CEDES QUE CREBRO ÒET EGUNTURA DAMISSAE UNDE PLACUIT SI QUIS UEL EX
POSSIDENTIS PARTE UEL EXELUS QUI POSSESSIONEM TEMERARE TEM
TAUERIT INTEREMPTUS SIT IH QUEM SUPPLICIUM EXERI QUIUIS FA
CERE TEMPTAUIT UT ALTER UTRI PARTI CAUSA MALORUM PREBUIT

DATA XV KAL MAIAS SERDICE de GALLICANO ET BASSO CONSULIBUS

INTERP CONUICTUS IN IUDICIO QUI DEN TIUIOLENTIAE CRIMINE REUS
CAPITE PUNIATUR. NEC SENTENTIAM IUDICIS QUI DAMNATUS EST
QUALIBET APPELLATIONE SUSPENDAT. ET SI FORTASSE HOMICIDIA
A BUTRA QUE PARTE COMMISSA FUERINT ILLUM UINDICETUR
QUI UTALIUM PERCEDEM EXPELLERE TUIOLENTER INGRESSUS EST

IDEM Ā ad BASSUM P̄U

SIQUIS AD SE FUNDUM UEL QD̄ CŪQ; ALIUTA DS ERIT P̄TINERE A CRES
TITUTIONEM SIBI COMPETERE POSSESSIONIS PUTAT CIUILITER SUPPOS
SIDENDO AGAT. UTI MPLETA SOLLEMNITATE IURIS CRIMEN UIOLEN
TIAE OPPONAT. NONIGNARUS SEEAM SENTENTIAM SUBITU
RUM SI CRIMEN OBIECTUM NON POTUERIT COMPROBARE QUAM
REUS DEBET EXCIPERE QUOD SI HOMISSA INTERPELLATIONE
UIM POSSIDENTI INTULERIT ANTE OMNIA UIOLENTIAE CAUSAM EXA
MINARI PRECIPIMUS UTINEA REQUIRI QUIS AD QUEM ERIT POSSIDEN
TEM. UTE IQUEM CONSTITERIT EXPULSUM AMISISSE POSSESIO
NIS IURA REPARENTUR EADEM Q; PROTINUS RESTITUTA UIOLEN
TUS POENA NON INMERITO DESTINATUS INTOTIUS LITIS TERMI
NOS DEFERATUR. UTA CITATO NEGOTIO PRINCIPALI SI CONTRA EUM
FUERIT IUDICATUM IN INSULAM DEPORTETUR BONIS OMNIBUS
ABROGATIS QUOD SI PROEO QUEM CLARUERIT ESSE UIOLEN
TUM SENTEN TIA PROFERETUR OMNIUM RERUM DE QUIB⁹
LITIGATUM EST MEDIA PARS PENES EUM RESIDENT CETERA
FISCI UIRIBUS UINDICETUR. P̄P·PRID·N OCTUB·ROMAE CONSTANTINO Ā V ET LICINIO CŌS

INTERP SI QUIS AD UERSARIUM SUUM ITA APUT IUDICEM CREDIDERIT
ACCUSANDUM UT SE AD SERATUIOLENTIAM PERTULISSE AD PROBA
TIONEM REIEUM CONUENIT AD TINERI UT SI PROBARE NON PO
TUERIT QUEM DIXERAT UIOLENTUM EANDEM PENAM SUSCIPIAT
QUAM ILLE QUEM INPETET CONUICTUS POTUISSET EXCIPERE
DERELIQUO LEX PRETERMITTENDA EST. QUIA IN QUARTO
LIBRO SUB TITULO DE UIQUETA MENTEMPORIB. POSTERIOR EST IN
UENTA HABETURE XPOSITA

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

caedesque crebro deteguntur admissae. Unde placuit si [1] quis vel ex possidentis parte vel ex eius qui possessionem temerare tentaverit, interemptus sit, in eum supplicium exeri qui vim facere tentavit et alterutri parti causam malorum praebuit. Data XV Kalendas Maias, Sardicae, Gallicano et Basso consulibus.

Interpretatio. Convictus in iudicio de evidenti violentiae crimine reus [2] capite puniatur, nec sententiam iudicis qui damnatus est, qualibet appellatione suspendat. Et si fortasse homicidia ab utraque parte commissa fuerint in illum vindicetur qui ut alium expelleret violenter ingressus est.

(2) Idem Augustus ad Bassum Praefectum urbis. Si quis ad se fundum vel quodcumque aliud asserit pertinere ac restitutionem sibi competere possessionis putat, civiliter super possidendo agat aut impleta solemnitate iuris crimen violentiae opponat; non ignarus se eam sententiam subiturum, si crimen obiectum non potuerit comprobare, quam reus debet excipere. Quod si omissa interpellatione vim possidenti intulerit, ante omnia violentiae causam examinari praecipimus, et in ea requiri quis ad quem venerit possidentem, ut ei quem constiterit expulsum amissae possessionis iura reparentur; eademque protinus restituta, violentus poenae non immerito destinatus in totius litis terminum differatur, ut, agitato negotio principali, si contra eum fuerit iudicatum in insulam deportetur, bonis omnibus abrogatis. Quod si pro eo quem claruerit esse violentum sententia proferetur, omnium rerum, de quibus litigatum est, media pars penes eum resideat, caetera fisci viribus vindicentur. Proposita pridie Nonas Octobres, Romae, Constantino Augusto V et Licinio Caesare consulibus.

Interpretatio. Si quis adversarium suum ita apud iudicem crediderit accusandum ut se asserat violentiam pertulisse, ad probationem rei eum convenit attineri; ut si probare non potuerit quem dixerat violentum, eamdem poenam suscipiat, quam ille quem impetit convictus potuisset excipere. De reliquo haec lex praetermittenda est, quia in quarto libro sub titulo de *unde* [3] *vi* quae tamen temporibus posterior est inventa, habetur exposita.

---

[1] Haenel add.: *forte.*
[2] Haenel om.: *reus.*
[3] Palimp. om.: *unde.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Impp̄ ualentiniah̄s theodosius et archadius aaa albino pp̄o
Seruos qui fecisse uiolentiam confessionib⁹ testium aut propri
is docebuntur si id inscio dn̄o commiserit postremo suppli
cio deditus luere pp̄etrata censemus. Quod si illi metu
ad q⁹ exortationem dn̄orū uiolentiam admiserint palam est
secundum leg̃ē iuliā dn̄m infamem pronuntiandum loci aut
horis ignis propriae dignitate non uti Seruos uero quos furorib⁹
taliū paruisse constiterit metallis p̄ sententiam debilis aut
infamis q⁹ psone. et hi quib⁹ aut sepius uiolentiam p̄petrasse
conuincetur constitutionum diualium poena teneatur.
Iudices uero nosse oportet quod grauis infamia sit notand⁹
si uiolentiae crimen haputse probatum distulerit omiserit
uel impunitate bona uel maiore quā prestitui
tus poena perculerit dat prid n̄ mart smdlno ualentiniano a̅ iiii et neuterio coss b
Interp Seruis inscio dn̄o confessi uel conuicti fuerint
uiolentiam commisis̄e addicti tormentis grauioribus
puniantur Si uero iubentib⁹ dominis uiolentiae crimen
admiserint domini qui illicita preceperunt notantur
infamia et nobilitatis uel honoris sui dignitate tenen
re non possunt. seruiatem qui talium dominorum furo
ribus parueruntin metallum detrudantur Ceterum
non licebit iudicibus discussionem uiolentiae differre
uel omittere reue ldonare Qui si probauerint uiolen
tiam et non statim uindicauerint nouerint se periculū
subituros. Uilis autem p̄sonae que bis aut frequen
ter admisisse uiolentiam conprobantur. constitutam
legib⁹ poenam supra scriptam omnis modis ferianturVIII DE PRIUATI CARCERIS CUSTODIA

Impp̄ ualens theod et archad aaa aeretrio p̄f aug̃li
Qui post hec reum priuato carcere detinarit estimabit reus maiestatis
habeatur
Dat prid̄ k mais thessalonicas theod̄ a ii et cynegio uc̄ ccss̄ Ista interp̄r non indigit

VIII DE EMENDATIONE SERUORUM
Idd constantinus ad maximum macrobium
Quoties uerba dominorum talis causa seruorum

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

(3) Imperatores Valentinianus, Theodosius et Arcadius Albino Praefecto praetorio. —Servos qui fecisse violentiam confessionibus testium aut propriis docebuntur, si id inscio domino commiserint, postremo supplicio deditos luere perpetrata censemus. Quod si illi metu atque exhortatione dominorum violentiam admiserint, palam est, secundum legem luliam dominum infamem pronuntiandum loci aut originis propriae dignitate non uti; servos vero quos furoribus talium paruisse constiterit, metallis per sententiam dedi; viles autem infamesque personae et hi qui bis aut saepius violentiam perpetrasse convincentur, constitutionem divalium poena teneantur. Iudices vero nosse oportet quod gravi infamia sit notandus, si violentiae crimen apud se probatum distulerit, omiserit vel impunitate donaverit, aut molliore quam praestituimus poena perculerit. Data pridie Nonas Martias, Mediolani, Valentiniano Augusto IV et Neoterio [1] viro clarissimo Consulibus.

Interpretatio. Servi si inscio domino confessi vel convicti fuerint violentiam commisisse addicti tormentis gravibus puniantur. Si vero iubentibus dominis violentiae crimen admiserint, domini qui illicita praeceperunt notentur infamia, et nobilitatis vel honoris sui dignitatem tenere non possunt. Servi autem qui talibus dominorum furoribus paruerunt in metallum detrudantur. Ceterum non liceat iudicibus discussionem violentiae differre vel dimittere vel donare; qui si probaverint violentiam et non statim vindicaverint, noverint se periculum subituros. Viles autem personae quae bis aut frequenter admisisse violentiam comprobantur, constituta legibus poena suprascripta omnimodis feriantur.

TIT. VIII.—DE PRIVATI CARCERIS CUSTODIA. (1) Imperatores Valentinianus, Theodosius et Arcadius Augusti Erytrio [2] Praefecto Augustali. Si quis posthac reum privato carceri destinarit, reus maiestatis habeatur. Data pridie Nonas Maias, Thessalonicae, Theodosio Augusto II et Cynegio viro clarissimo Consulibus. Ista lex interpretatione non indiget.

TIT. IX.—DE EMENDATIONE SERVORUM. (1) Imperator Constantinus Augustus Maximiliano Macrobio [3]. Quoties verbera dominorum talis causa servorum *(Sequitur textus pag.* 139*)*

---

[1] Palimp.: *Neuterio.*
[2] Palimp.: *Aeretrio.*
[3] Palimp.: *ad Maximum Macrobium.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

COMITABITURUTMORIANTURCULPANUDISUNT. QUIDUMPESSI
MACORRIGUNTMELIORASUISADQUIREREUERNULISUOLUERUNT.
NAMETREQUIRILNHUIS MODIFACTOUOLUMUS, INQUOINTERESTDNI
INCOLUMIIURISPROPRIIHABEREMANCIPIUM UTRUM VOLUMTATE
OCCIDENDIHOMINEMANUEROSIMPLICITERFACTA CASTIGATIOUI
DEATUR QUOTIENS ENIMDNM NONPLACETMORTESERUIREUMHO
MICIDIIPRONUNTIARI QUOTIESSIMPLICIB, QUESTIONIBUS DOMES
TICAMEXERCEATPOTESTATEM. QUANDOIGITURSERUIPLAGARUM
CORRECTIONELNMINENTIFATALINECESSITATEREBUSHUMANIS
EXCEDUNT HULLAMMETUANTDOMINIQUESTIONEM
DATA III KAL MARTIAS SIRMIO ET CONSTANTINO A CONSS.

INTERP SISERUUSDŪCULPĀ DNSUINDICATMORTUSFUERIT.DNS
CULPAHAMICIDIILNONTENETUR. QUIATUNCHOMICIDIIREUSEST
SIOCCIDEREUOLUISSE CONUINCITUR NAMEMENDATIO NŌUOCATRADCRIMEN

DE EMENDATIONE PROPINQVORVM

IMPP UALENTINIANUS ETUALENS AA ADSENATUM
NCORRIGENDISMINORIB, PROQUALITATEDELICTISENIORIB, PRO
PINQUIS TRIBUIMUSPOTESTATEM UTQUOSADUITEDECORA
DOMESTICÆ LAUDISEXEMPLANONPROUOCANT SALTEMCORRECTIONIS MEDICI
NACOMPELLAT NEQUENOSINPUNIENDISMORUMUITIISPOTESTATĒLNIN
MENSO EXTENDIUOLUMŠ SEDIUREPATRIOAUCTORITASCORRI
GATPROPINQUILUUENIS ETIRATUMEXPRI UATA ANIMADUER
SIONECONPESCAT QUODSIAUCTORITAS FACTIILUSDOMESTICÆ
EMENDATIONISEXCLUDIT, PLACETINORMIS DELICTIREOS
DEDILUDICUMNOTIONI. DAT. PRD KAL DECEMB. UALENTINIANOIT VALENTE COSSB

INTERP PROPINQUISSENIORIB, LEGEMITTITURERROREM
UELCULPAMADOLESCENTIUMPROPINQUORUMPATRIADISTRIC
TIONEGORRIGERE IDEST UTSIUERUISUELUERECUNDIAEMEN
DARINONPOSSUNTPRIUATADISTRICTIONEUERBERIBUSCORRIGAN
TUR QUODSIGRAUIORCULPAFUERITADOLESCENTISQUEPRI
UATIMÆ MENDARINONPOSSIT INNOTITIAMIUDICISDEFERATUR

AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS

IMPPPP UALENTINIANUS UALENSETGRATIANUS AAA AD PROBUMPPO
SIQUISNECANDIIINFANTISPIAEULUMADGRESSUSADGRESSAUESIT
CAPITALESUPPLICIUSUSTINEBIT. PP. PRD ID FEB. ROM GRATIANO. A IIII ETIQUITIO COSSB

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

comitabitur ut moriantur, culpa nudi sunt qui dum pessima corrigunt, meliora suis accquirere vernulis voluerunt; nec [1] requiri in huiusmodi facto volumus, in quo interest domini incolume iuris proprii habere mancipium, utrum voluntate occidendi hominis an vero simpliciter facta castigatio videatur. Toties enim dominum non placet morte servi reum homicidii pronuntiari, quoties simplicibus quaestionibus domesticam exerceat potestatem. Quando [2] igitur servi plagarum correctione imminente fatali necessitate rebus humanis excedunt, nullam metuant domini quaestionem. Data III [3] Kalendas Martias [4], Sirmio, et Constantino [5] Augusto VII *et Constantio Caesare* Consulibus.

Interpretatio. Si servus, dum culpam dominus vindicat, mortuus fuerit, dominus culpa homicidii non tenetur, quia tunc homicidii reus est, si occidere voluisse convincitur, nam emendatio non vocatur ad crimen.

TIT. X.—DE EMENDATIONE PROPINQUORUM. (1) IMPERATORES VALENTINIANUS ET VALENS AUGUSTI AD SENATUM. In corrigendis minoribus pro qualitate delicti senioribus propinquis tribuimus potestatem; ut quos ad vitae decora domesticae laudis exempla non provocant, saltem correctionis medicina compellat. Neque nos in puniendis morum vitiis potestatem in immensum extendi volumus; sed iure patrio auctoritas corrigat propinqui iuvenis erratum et [6] privata animadversione compescat. Quod si atrocitas facti ius domesticae emendationis excedit [7], placet enormis delicti reos dedi iudicum notioni. Data pridie Kalendas Decembres, Valentiniano et Valente Augustis Consulibus.

Interpretatio. Propinquis senioribus lege permittitur errorem vel culpas adolescentium propinquorum patria districtione corrigere, id est, ut si verbis vel verecundia emendari non possint, privata districtione verberibus corrigantur. Quod si gravior culpa fuerit adolescentis quae privatim emendari non possit, in notitiam iudicis deferatur.

TIT. XI.—AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS. (1) IMPERATORES VALENTINIANUS, VALENS ET GRATIANUS AUGUSTI AD PROBUM PRAEFECTO PRAETORIO. Si quis necandi infantis piaculum aggressus sit, capitale supplicium sustinebit [8]. Proposita pridie Idus [9] Februarias, Romae, Gratiano Augusto III et Equitio Consulibus.

---

[1] Palimpsesto subest: *nam et* pro *nec*.
[2] Haenel: *Si quando*.
[3] Haenel: *XIV*.
[4] Haenel: *Mai*.
[5] Haenel: *Sirmio Constantino VII et Constantio C*.
[6] Palimp.: *et ivatum ex privata*.
[7] Palimp.: *excludit* pro *excedit*.
[8] Haenel: *erit capitale istud malum*.
[9] Haenel: *VII Kalendas*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

INTERP SIQUEIRSIUEMULIERINFANTEMNECAUERIT· REIHOMI
CIDIITENEANTUR·

IMPPPUALENTUALENS ETARCHADIUSAAA AD PROUINCIALES
IBERŪRESISTENDICUNCTISTRIBUIMUSFACULTATEM·UTQUICŪQ,
MILITUMUELPRIUATORUMADAGROSNOCTURNUSPOPULATORINTRA
UERIT AUTITINERAFREQUENTATAINSIDIIS AGRESSIONISOBSEDE
RIT PMISSACUICUMQ·LICENTIADIGNUSILICOSUPPLICIOSUBIUGE
TUR HXMORTEMQUAMMINABATUREXCIPIATETIDQUODINTEN
DEBATINCURRAT MELIUSESTENIMOCCURRERE INTEMPORE
QUAMEXITUMUINDICARI· UESTRAMIGITURUOBISPMITTIMUS
ULTIONEM ETQUODSERŪESTPONILUDICIOSUBIUGAMUS· ET
HICTUNULLUSPARCATMILITI CUIOBUIARETELOOPORTEAT UITLATRO

DATA F IULIAS TATIANO ETSIMMACO CONSSLIB

INTERP QUOTIENSADFACIENDAMRAPINAMALIQUISAUTITERAGĒ
TEMAUTDOMUMCUIUSLIBETNOCTURNUSSPOLIATORADGREDI
TURHUIUSMODIPSONISQUEUIMSUSTINENDAMSACTIAMCUMAR
MISLICENTIAMRESISTENDI ETSIPROTEMERITATESUAOCCISUS
FUERITILLEQUENERITMORSLATRONISIPSIUSANEMINEREQUIRATR

XII EPARRICIDIO

SIMP CONSTANTINUS Ā AD UERINUM UICARIŪ AFRICAE
IQUISINPARENTESAUTFILIUSAUTOMNINOAFFECTIONISEIUSQUE
NUNCUPATIONEPARRICIDII CONTINETURFATA PROPERAUE
RITSIUECLAMSIUEPALAMADFUERITINISUS NEQ·GLADIONEQ·
IGNIB·NEQ·ULLAALIASOLLEMNIPENASUBIUGETUR SEDINSUTU
COLLEO ETINTEREIUSFERALESANGUSTIASCOMPREHENSUS
SERPENTUMCONTUBERNIISMISCEATUR ETUTREGIONIS
QUALITASTULERIT UELINHUICINUMMARE·UELINAMNEMPROHI
CIATUR, UTOMNIHELEMENTORUMUSU UIUUSCARERELNCIPIAT
UTEICOELUMSUPRESTITITERRAMORTUOAUFERATUR·

DATA XVI KDECEMB ACCEPTA PRDIDMARTIAS KARTAGINE CONSTANTINO Ā V ETLICINIO CCSSB

INTERP SIQUISPATREMMATREMFRATREMSOROREM·FILIUM
UELFILIAMAUTALIOSPROPINQUOSOCCIDERIT·REMOTOOMNIUMALI
ORUMGENERETORMENTORUMFACTODECORIISSACCOQUICOLLE
USNOMINATURINQUOCUMMISSUSFUERITCUMIPSOACTIAM
SERPENTES.CLAUDANTUR· ETSIMAREUICINUMNONFUERIT

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Interpretatio. Sive vir sive mulier infantem necaverit, rei homicidii teneantur.

(2) Imperatores Valentinianus, Valens et Arcadius Augusti ad Provinciales. Liberam resistendi cunctis tribuimus facultatem ut quicumque militum vel privatorum ad agros nocturnus populator intraverit aut itinera frequentata insidiis aggressionis obsederit, permissa cuicumque licentia, dignus illico supplicio subiugetur, ac mortem quam minabatur, excipiat et id quod intendebat incurrat; melius est enim occurrere in tempore quam [1] exitium vindicari. Vestram igitur vobis permittimus ultionem, et quod serum est poni [2] iudicio subiugamus edicto [3]. Nullus parcat militi, cui obviari telo oporteat ut latroni. Data Kalendis Juliis, Tatiano et Symmacho consulibus.

Interpretatio. Quoties ad faciendam rapinam aliquis aut iter agentem aut domum cuiuslibet nocturnus exspoliator aggreditur, huiusmodi personis quae vim sustinent, damus etiam cum armis licentiam resistendi, et si pro temeritate sua occisus fuerit ille qui venerit, mors latronis ipsius a nemine requiratur.

TIT. XII.—DE PARRICIDIO. (1) Imperator Constantinus Augustus ad Verinum Vicarium Africae. Si quis in parentis aut filii, aut omnino affectionis eius, quae nuncupatione parricidii continetur, fata properaverit, sive clam, sive palam, id fuerit enisus, neque gladio, neque ignibus, neque ulla alia solemni poena subiugetur; sed insutus culeo et inter eius ferales angustias comprehensus serpentum contuberniis misceatur; et ut regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare vel in amnem projiciatur, ut omni elementorum usu vivus carere incipiat, ut ei coelum superstiti, terra mortuo auferatur. Data XVI Kalendas Decembres, accepta pridie Idus Martias, Karthagine, Constantino Augusto V et Licinio Caesare consulibus [4].

Interpretatio. Si quis patrem, matrem, fratrem, sororem, filium vel [5] filiam aut alios propinquos occiderit, remoto omnium aliorum genere tormentorum, facto de coriis sacco qui culeus nominatur, in quo quum missus fuerit, cum ipso etiam serpentes claudantur, et si mare vicinum non fuerit *(Sequitur textus pag.* 143*)*

---

[1] Haenel. add.: *post.*
[2] Haenel: *servum est punire.*
[3] Palimp.: *ethictu.*
[4] Haenel scribit: *Dec. Licinio V et Crisp. C. Coss. Acc. prid. Id. Mart. Karthagine Constantino A. V. et Licinio C. Coss.*
[5] Haenel om.: *vel.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

INquolibetcargitepROliciatR UTtalipOENadamNATUS NULLO
TEMPOREOBTINEATSEPULTURAM.

XIII DEMALEFICIS . MATEMATICIS. ETCETERISSIMILIB.

IMP CONSTANTINUSA ET CAESAR AD BASSUMPU
ORUMESTSCIENTIAPUNIENDA ETSEUERISSIMISMERITOLEGIB.
UINDICANDAQUIMAGICISACCINCTIARTIBUS AUTCONTRAHOMI
NUMMOLITISALUTEMAUTPUDICOSADLIBIDINEMDEFLEXISSEANI
MOSDETEGENTUR NULLISUEROCRIMINIBUSIMPLICANDASUNT
REMEDIAHUMANISQUESITACORPORIBUS.AUTINAGRESTIB.LOCIS
NEMATURISUINDEMIIS METUERENTURIMBRES AUT ROREGRAN
DINUM LAPIDATIONIS QUERERENTUR INNOCENTES ADIBITASUF
FRAGIAQUIBUSNONCUIUSQ.SALUS AUTEXISTIMATIOLEDERETUR
SEDQUORUMPROFICERINTACTUS NEDIUINAMUNERA ET LA
BORESHOMINUMEXTERMINARENTUR

DATR IUNIAS AQUILEIA CRISPO ET CONSTANTINO CONSS

INTERP. MALEFICI INCANTATORES UEL IMMISORESTEM
PESTATUM UELIIQUIPINUOCATIONESDEMONUMMENTES
HOMINUMTURBANTOMNIPOENARUMGENEREPUNIANTUR
IMP CONSTANTINUS A ETIULIANUS CLARISSIMIADPOPULU
NEMOAUSPICEMCONSULATAUTMATEMATICUM.NEMOARI
OLUMAUGURUM ETUATUMPRAUACONFESSIONISCONTI
CESCAT. CALDEIMAGI HACCETERIQUOSMALEFICOS
OBFACINORUMMAGNITUDINEMUULGUSADPELLAT NECAD
HANCPARTEMALIQUIDMOLIANTUR.SILEATOMNIB.PPETUO
DIUINANDICURIOSITAS. ETENIMSUPPLICIUMCAPITISFERRE
GLADIOULTOREPROSTRATUS QUICUMQIUSSISOBSEQIUMDE
NEGAUERIT DATVIII R FEB MEDIOL CONSTANT VIIII ETIULIANO CLARISSO CCSS

De maleficis incantatoribus uel immisoribus tempestatum

INTERP QUICUMQUE PROCURIOSITATE FUTURORUM UEL
INUOCATOREM DAEMONUMUELDIUINOSQUOSARIOLOS
APPELLANT UELAURUSPICES QUIAUGURIACOLLIGENTCON
SOLAUERITCAPITEPUNIATUR.

IMPPUALENTINIANSETUALENSAA ADSEUNDUMPPO
NE QUISDEINCEPSNOCTURNISTEMPORIBUS AUTNEFARI
AS PRECES AUTMAGICOSADPARATUS.AUTSACRIFICIA FU
NESTACELEBRARE CONETUR.DETECTUENTAUTCONUICTUM

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

in quolibet gurgite projiciatur, ut tali poena damnatus nullo tempore obtineat sepulturam.

TIT. XIII. — DE MALEFICIS, MATHEMATICIS ET CETERIS SIMILIBUS. —

(1) IMPERATOR CONSTANTINUS AUGUSTUS ET CAESAR AD BASSUM PRAEFECTUM URBI [1]. Eorum est scientia punienda et severissimis merito legibus vindicanda qui magicis accincti artibus, aut contra hominum moliti salutem aut pudicos ad libidinem deflexisse animos detegantur. Nullis vero criminibus [2] implicanda sunt remedia humanis quaesita corporibus, aut in agrestibus locis ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ruentis grandinis lapidatione quaterentur [3] innocenter adhibita suffragia, quibus non cuiusque salus aut existimatio laederetur; sed quorum proficerent actus, ne divina munera et labores hominum sternerentur [4]. Data X [5] Kalendas Junias, Aquileiae, Crispo et Constantino *Caesare* [6] consulibus.

Interpretatio. Malefici, incantatores *vel* [7] immissores tempestatum, vel ii qui per invocationes daemonum mentes hominum turbant omni poenarum genere puniantur.

(2) IMPERATORES CONSTANTIUS [8] AUGUSTUS ET JULIANUS CLARISSIMI AD POPULUM. Nemo haruspicem consulat aut mathematicum, nemo hariolum; augurum et vatum prava confessio conticescat. Chaldaei *ac* [9] magi et ceteri quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat [10] nec ad hanc partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuo divinandi curiositas; etenim supplicium capitis feret gladio ultore prostratus quicumque iussis obsequium denegaverit. Data VIII Kalendas Februarias, Mediolani, Constantio IX et Juliano clarissimo Caesare consulibus.

Interpretatio. Quicumque pro curiositate futurorum vel invocatorem daemonum vel divinos quos hariolos appellant, vel haruspices qui auguria colligunt consuluerit, capite puniatur.

(3) IMPERATORES VALENTINIANUS ET VALENS AUGUSTI AD SECUNDUM PRAEFECTUM PRAETORIO. Nequis deinceps nocturnis temporibus aut nefarias preces, aut magicos apparatus aut [11] sacrificia funesta celebrare conetur; detectum enim aut [12] convictum *(Sequitur textus pag.* 145*)*

---

[1] Haenel: *Pf. P. (Præfectum Prætorio).*
[2] Haenel: *criminationibus.*
[3] Palimp.: *rore grandinum lapidationis quaererentur.*
[4] Palimp.: *exterminarentur.*
[5] Palimp. om.: *X.*
[6] Haenel add.: *Caesare.*
[7] Palimp. om.: *vel.*
[8] Palimp.: *Constantinus.*
[9] Haenel add.: *ac.*
[10] Haenel add.: *et.*
[11] Haenel: *et.*
[12] Haenel: *atque.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

competentia animadversionem actari perennia aucto
ritate censuimus dat vid sptbs diuo iouiano et varroniano ccssb
interp. quicumq; nocturna sacrificia daemonum celebra
uerit uel incantationib; daemones inuocauerit capite puniat r
xiiii Adlegem fabiam hoc est qui filios inuolantalienos.
Imp constantinus a addomitium cels uc africae
lagiarii qui uiuentium filiorum miserandas inflicunt
parientib; orbitates. metallipoenacum ceteris ante
cognitis suppliciis tenebantur. Si quis tamen eius
modi reus fuerit obligatus postea quam supercrimine
patuerit seruus qui dem uel libertate donatus bestiis
primoquoq; munere obiciatur Liberautem sub
hac forma in ludo detur gladiatorium. Ut ante
qua aliquid faciat quo se defendere possit gladio
consumatur. Eos autem qui pro hoc crimine aetiam
in metallum datis unt numquam reuocari precipimus
dat. r agis constantino a iiii et licinio iiii conssb
interp hi qui filios alienos furto abstulerint
et ubicumque transduxerint siue in genuussiueser
uus sit mortemoriatur.
xv Adlegem corneliam de falso
Imp constantinus a mechilio hilariano
tori Lucaniae et brittiorum
Si quis decurio testamentum uel codicillos aut aliquam
deficientis cripserit uoluntatem uel conscribendispu
blicis priuatis q; instrumentis prebuerit officium si
falsi questio mouetur decurionatus honore sepo
sito questionis sit apposcerit causa subdatur.
Sed non statim desinit esse decurio qui in huius mo
di facto fuerit deprehensus quantum enim admu
nicipales pertinet necessitates decurio permanet
et quantum ad rem et ueritatem reseruanda muti
de decurionatus honore non poterit hec uero his
qui ante fuerit tabellio a deludenda m questionem
super his que ante conscripsit facti decurio defen
di hac poterit dignitate

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

competenti animadversione mactari perenni auctoritate censemus. Data V Idus Septembres divo Joviano Augusto [1] et Varroniano consulibus.

Interpretatio. Quicumque nocturna sacrificia daemonum celebraverit, vel incantationibus daemones invocaverit, capite puniatur.

TIT. XIV.—AD LEGEM FABIAM: *hoc est, qui filios immolant alienos* [2]. (1) IMPERATOR CONSTANTINUS AUGUSTUS AD DOMITIUM CELSUM VICARIUM AFRICAE. Plagiarii qui viventium filiorum miserandas infligunt parentibus orbitates, metalli poena cum ceteris ante cognitis suppliciis tenebantur. Si quis tamen eiusmodi reus fuerit oblatus, posteaquam super crimine patuerit servus quidem vel libertate donatus, bestiis primo quoque munere objiciatur; liber autem sub hac forma in ludum detur gladiatorium, ut antequam aliquid faciat quo se defendere possit, gladio consumatur. Eos autem qui pro hoc crimine etiam *iam* [3] in metallum dati sunt, numquam revocari praecipimus. Data Kalendis Augusti Constantino Augusto IV et Licinio IV consulibus.

Interpretatio. Hi qui filios alienos furto abstulerint, et ubicumque transduxerint, sive ingenui, sive servi sint, morte moriantur.

TIT. XV.—AD LEGEM CORNELIAM DE FALSO. (1) IMPERATOR CONSTANTINUS AUGUSTUS MECHILIO HILARIANO CORRECTORI LUCANIAE ET BRUTTIORUM. Si quis decurio testamentum vel codicillos aut aliquam deficientis scripserit voluntatem, vel conscribendis publicis privatisque instrumentis praebuerit officium, si falsi quaestio moveatur, decurionatus honore seposito, quaestioni, si ita poposcerit causa, subdatur. Sed non statim desinit esse decurio qui in huiusmodi facto fuerit deprehensus; quantum enim ad municipales pertinet necessitates, decurio permanet; et [4] quantum ad rem gestam et veritatem reserandam, uti [5] decurionatus honore non poterit; nec vero is qui ante fuerit tabellio ad eludendam quaestionem super his quae ante conscripsit, factus decurio defendi hac poterit dignitate: *quoniam scripturae veritas, si res poposcerit per ipsum debet probari auctorem. Data III Kalendas Februarias, accepta Kalendis Augusti, Sabino et Rufino consulibus* [6].

TIT. XVI.—*Victum civiliter et criminaliter posse...* (una lex.)

TIT. XVII.—*De falsa moneta* (una lex.)

TIT. XVIII.—*Si quis solidi circulum exteriorem inciderit, vel adulteratum in vendendo subjecerit* (una lex.)

TIT. XIX.—*De raptu virginum* (tres priores numeri primae legis.)

---

[1] Palimp. om.: *Augusto.*

[2] Verba *hoc est, qui filios immolant alienos*, Haenel omisit, sed ipsa sunt quae leguntur in Indice explanato Breviarii ad rubricam hujus tituli, itemque a Benedicto Levda, qui ea sumsit ex interpretatione, quam prosequutus est in sua editione Cod. Theodosiani. Ea tamen improbavit Haenel et quasi spuria reiecit quum nec sint in codice Parisiensi 4404 nec apud Sichardum et Cujacium.

[3] Haenel add.: *jam.*

[4] Haenel om.: *et.*

[5] Palimp. add.: *idem.*

[6] Post extrema verba legis 1, textui nostro adjecta, desunt in Palimpsesto inopia foliorum, interpretatio ipsius legis, lex 2 ejusdem tituli XV, titulique XVI ad XIX quorum numeros et rubricas exponimus. In hoc ultimo titulo lacuna pervenit tantum usque ad verba primae legis n.° 4: *Si quis vero.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

SERVVSRAPTVSFACINVSDISSIMVLATIONEPRETERITVMAVTPAC
TIONETRAHSMISSVMDETVLERIT INPVBLICVMLATITATEDONE
TVR· AVTSILATITVSSITCIVISFIATROMANVS · PARENTIBVSQVORM
MAXIMEVINDICATAINTEREATSIPATIENTIAMPREBVERINTHACDO
LOREMCOMPRESSERINTDEPORTATIONEPLECTENDISPARTI
CIPES AETIAMETMINISTROSRAPTORICITRADISCRETIONEM
SEXVSEADEMPOENAPRECIPIMVSSVBIVGARI· ETSIQVISINTER
HEC.MINISTERIASERVILISCONDITIONISFVERITDEPREHENSVS
CITRASEXVSDISCRETIONEMEVMCON CREMARILVBEMVS
DAT KAL APRIL AQVILEIA CONSTANTINO Ā VI ETCOHSTANTE CCSSB

INTERP· SICVMPARENTIBVSPVELLAE NIHIL QVISQVAMANTE DERAP
DEFINIAT VTEAMSVODEBEATCONIVGIOSOCIARE ETEAMVELIH TORI
VITAMRAPVERITVELVOLENTEMADDVXERITSIRAPTORIPVELLA BVS
CONSENSERITPARITERPVNIANTVR· SIQVIVEROEXAMICIS
VEL FAMILIA AVTFORTASSENVTRICESPVELLAE CONSILIVMRAP
TVSDEDERINTAVTOPORTVNITATEMPREBVERINTRAPIENDI
LIQVEFACTVMPLVMBVMINFAVCIBVSAVTINORESVSCIPIANT.
VTMERITOILLAPARSCORPORISCONCLVDATVR DEQVAORTAMEH
TA SCELERISMIHISTRATAHOSCVNTVR ILLEVEROQVAERAPI
VNTVRINVITAEQVENONVOCIB, SVISDERAPTV RECLAMAVERINT
VTVICINORVMVELPARENTVMSOLACIOADIVTAELIBERARIPOSSIT
PARENTVMSVORVMEISVCCESSIODENEGETVR· RAPTORICON
VICTOAPPELLARENONLICEAT SEDSTATIMINTERIPSADISCVSSIO
NISINITIA AIVDICEPVNIATVR QVODSIFORTASSERAPTORCVM
PVELLAEPARENTIBVSPACISCATVR ETRAPTVSVLTIOPARENTVM
SILENTIOFVERITPRETERMISSA SISERVVS STADETVLERITLATI
NAMPERCIPIATLIBERTATEM. SILATINVSFVERIT. CIVISFIATRO
MANVS PARENTESVERO QVIRAPTORIIHEAPARTECONSENSE
RINTEXILIODEPVTENTVR QVIVERORAPTORISOLATIAPREBVERINT
SIVEVIRISIVEFEMINAESINT IGNIBVSCONCREMENTVR

IMPPPVALENTINIANVSVALENSETGRATIANVS AAAADMAXIMVMPPO
VICONIVGIVMRAPTVSSCELVSCONTRACTVMVOLVERITACCV
SARESIVEPROPRIAEFAMILIAEDEDECVSEVMMOVERIT
SEVCONMVNEODIVMDELICTORVMINTERIPSASTATIM

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Si quis vero servus raptus facinus dissimulatione praeteritum aut pactione transmissum detulerit in publicum latinitate donetur, aut si latinus sit civis fiat romanus; parentibus quorum maxime vindicta intererat si patientiam praebuerint ac dolorem compresserint, deportatione plectendis; participes etiam et ministros raptoris, citra discretionem sexûs eadem poena praecipimus subiugari; et siquis inter haec ministeria servilis conditionis fuerit deprehensus, citra sexus discretionem eum concremari iubemus. Data Kalendis Aprilis, Aquileia, Constantino Augusto VI et Constante Caesare consulibus.

Interpretatio. Si cum parentibus puellae nihil quisquam ante definiat ut eam suo debeat coniugio sociare, et eam vel invitam rapuerit vel volentem adduxerit [1], si raptori puella consenserit [2] pariter puniatur. Si quis vero ex amicis vel familia aut fortasse nutrices puellae consilium raptus dederint, aut opportunitatem praebuerint rapiendi, liquefactum plumbum in faucibus aut [3] in ore suscipiant, ut merito illa pars corporis concludatur, de qua hortamenta sceleris ministrata noscuntur. Illae vero quae rapiuntur invitae quae non vocibus suis de raptore clamaverint, ut vicinorum vel parentum solatio adiutae liberari possent, parentum suorum eis successio denegetur. Raptori convicto appellare non liceat, sed statim inter ipsa discussionis initia a iudice puniatur. Quod si fortasse raptor cum puellae parentibus paciscatur et raptus ultio parentum silentio fuerit praetermissa, si servus ista detulerit, latinam percipiat libertatem; si latinus fuerit civis fiat romanus, parentes vero qui raptori in ea parte consenserint exilio deputentur, qui vero raptori solatia praebuerint, sive viri sive foeminae sint, ignibus concrementur.

(2) Imperatores Valentinianus Valens et Gratianus Augusti ad Maximum [4] Praefectum praetorio. Qui coniugium raptus scelere contractum voluerit accusare, sive propriae familiae dedecus eum moverit seu commune odium delictorum inter ipsa statim *(Sequitur textus pag.* 149*)*

---

[1] Haenel om.: *adduxerit*.
[2] Haenel: *consentiat*.
[3] Haenel: *et*.
[4] Haenel add.: *Maximinum*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

EXORDIAINSIGNEMRECENTIFLAGITIOUEXETAUDACIAM. SED
SIQUOCASU QUISUELACCUSATIONEM DIFFERATUELREATUM
ETOPPRIMI EUESTIGIO ATROCITER CONMISSAN EQUIUERINT ADP
SECUTIONEM CRIMINISEXDIES CELERISAD MISSIQUINQUENNII
TRIBUIMUSFACULTATEM. QUOSINEMETUINTERPELLATIONISET
CONPLEMENTO ACCUSATIONIS EXACTONULLIDEINCEPSCOPIA
PATEBITARQUENDI NECDECONIUGIOAUTSOBULEDISPUTANDI

DATXVIII KAL DECEMB GRATIANO·X IIII ET AEQUITIO COSSB

INTERP SIACCUSATIONEMRAPTUS UELPMETUMUELPUOLUM
TATEMPQUINQUENNIUM QUISQ·DISTULERIT A DIERAPTUS EX
PLETOQUINQUENNIO ACCUSANDIULTRANON HABEATPOTESTATEM
SEDPOSTQUINQUENNIUMNECDETALICONIUNCTION ERAPTORIB,
ALIQUIDOPPONATURETFILIIOMNES LEGITIMIHABEANTUR

XX DERAPTUUELMATRIMONIOSCIMONIALIM UIRGINMUELUIDUAR

IMP CONSTANTINUS AD ORFITUM

CADEMUTRŪQ·RAPTOREMSEUERITASFERIAT NECSITULLADISCRE
TIOINTEREUMQUIPUDOREMUIRGINUMSACROSCARUMETCASTIMO
NIAUIDUX LABEFACTARE SCELEROSIRAPTUS ACERBITATEDETE
GITUR NECULLUSSIBIEX POSTERIORECONSENSUUALEAT RAP

TABLANOIRI· DATXI K·SEPTEMB CONSTANTIO·X VII ET CONSTANTE C. COSSB

INTERP QUICUMQUEUELSACRATAMDŌUIRGINEMUELUIDAM
FORTASSERAPUERIT SIPOSTEAEISDECONIUNCTIONECONUENE
RITPARITERPUNIANTUR IMPIQUIANS Ā ADSECUNDUMPPO

SIQUISNONDICAMRAPERESEDUELADTEMPTAREMATRIMONII
SEN
IUNDICAUSA SACRATASUIRGINESUELINCUITASAUSUSFUERITCAPI
TALISENTENTIAFERIETUR.

DAT XI K MART ANTIOCIAE IOUIANO Ā ET UARRONIANO CCSSB haecLEX INTERP NONINDIGET

XX ADLEGEMIULIAMREPETUNDARUM.

IMPPP GRATIANSUALENTINIANSETTHEOD AAA NEUTERIO PPO
UDICESQUISEFURTISFUERINTCONMACULASSECONUICTI·ABLATIS
CODICILLORUMINSIGNIBUS ETHONOREEXUTILINTERPESSI
MOSQUOQUEETPLEBEIOSHABEANTUR NECSIBIPOSTHACDEEO
HONOREBLANDIANTURQUOSEIPSIINDIGNOSIUDICAUERUNT

DAT XVIII KAL FEB THESSALONICAEGRATIANO·Ā V·ET THEOD IAA CCSSB † STALEX INTERP NONINDIGET

IDEM AAA FLORO PPO

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

exordia insignem recenti flagitio vexet audaciam. Sed si quo casu quis vel accusationem differat vel reatum et opprimi e vestigio atrociter commissa nequiverint ad persecutionem criminis ex die sceleris admissi quinquenii tribuimus facultatem, quo sine metu interpellationis et complemento accusationis exacto, nulli deinceps copia patebit arguendi, nec de coniugio aut sobole disputandi. Data XVIII Kalendas Decembres, Gratiano Augusto IV et Equitio consulibus.

Interpretatio. Si accusationem raptus vel per metum vel per voluntatem per quinquennium quisquam distulerit, a die raptus expleto quinquennio accusandi ultra non habeat potestatem; sed post quinquennium nec de tali coniunctione raptoribus aliquid opponatur et filii omnes legitimi habeantur.

TIT. XX.—DE RAPTU VEL MATRIMONIO SANCTIMONIALIUM VIRGINUM VEL VIDUARUM. (1) Imperator Constantius [1] ad Orfitum. Eadem utrumque raptorem severitas feriat, nec sit ulla discretio inter eum qui pudorem virginum sacrosanctarum et castimoniam viduae labefactare scelerosa raptus acerbitate detegitur; nec ullus sibi ex posteriore consensu valeat raptae blandiri. Data XI Kalendas Septembres, Constantio Augusto VII et Constante Caesare consulibus.

Interpretatio. Quicumque vel sacratam Deo virginem vel viduam fortasse rapuerit, si postea eis de coniunctione convenerint, pariter puniantur.

(2) Imperator Jovianus Augustus ad Secundum Praefectum praetorio. Siquis non dicam rapere, sed vel attentare matrimonii iungendi causa sacratas virgines vel *viduas volentes vel* [2] invitas ausus fuerit, capitali sententia ferietur [3]. Data XI Kalendas Martias, Antiochiae, Joviano Augusto et Varroniano consulibus. Haec lex interpretatione non indiget.

TIT. XXI.—AD LEGEM JULIAM REPETUNDARUM. (1) Imperatores Gratianus, Valentinianus et Theodosius Augusti Neoterio Praefecto praetorio. Judices qui se furtis [4] fuerint commaculasse convicti, ablatis codicillorum insignibus, et honore exuti inter pessimos quosque et plebeios habeantur. Nec sibi posthac de eo honore blandiantur quo se ipsi indignos iudicaverunt. Data XVIII [5] Kalendas Februarias, Thessalonicae, Gratiano V et Theodosio Augustis consulibus. Ista lex interpretatione non indiget [6].

(5) Idem Augusti Floro Praefecto praetorio. *(Sequitur textus pag. 151)*

---

[1] Palimp.: *Constantinus.*

[2] Verba *vel viduas volentes* quae non sunt in Palimp., absunt quoque ex multis codicibus.

[3] Hic addit Haenel: *Filii ex tali contubernio nati punitis hic juxta legem in hereditatem non veniant quibus etiamsi principali beneficio praestetur, vetetur et facultas... eorum proximis heredibus adquirendam.* Textui nostro tamen verba haec non adjicimus. Absunt quidem in Palimp. non foliorum inopia nec librarii incuria, sed quia non erant in vetusto codice Breviarii quem noster exscripsit; desiderantur etiam in fere omnibus codicibus Breviarii hodie cognitis. Haenel ea non vidit nisi in codice Parisiensi 4403. Exemplaria Theodosiani codicis, quibus haec pars legis habetur, ea pariter afficit lectionum diversitas quae videri possunt in Haenelis editione Codicis Theodos. lib. IX, t. XXV, not. a, et originem obscuritatis textus hujus denotant. Forsitan non fuit insertus in prioribus Breviarii apographiis, et postea interjectus a librario qui codicem Parisiensem 4403 aut alium scripsit.

[4] Haenel add.: *et sceleribus.*

[5] Haenel: *X.*

[6] Haenel add.: *Ista lex tam evidens est ut expositione non indigeat.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

SCIANTIUDICESSUPAMISSISPROPRIISAUTASEAUTABHEREDIBUS SUISPOENAMESSEREPETENDAM.

DAT·X KAL SEPTEMB ANTONIO ETSIAGRIO CCSSB

INTERP OMNESIUDICESSCIANTQUODQUIDQUIDMALERA PUERINTSIIPSINONREDDIDERINTASUISHEREDIBUSESSE SOLUENDUM

XXII DEHISQILATRONES UELALIISCRIMINIB·REOSOCCULTAUERIN.

IMPPP GRATIANUS UALENTINIANUS ET THEODOSIUS AAA ADFLAUIANUM PPO POSTALIA

LATRONESQUISQUISSCIENSSUSCEPERITUELOFFERREIUDICISUP SEDERITSUPPLICIOAUDISPENDIOFACULTATEMPROQUALITE CORPORALI PERSONEXIUDICISEXTIMATIONEPLECTATUR. SIUEROAC TORSIUEPROCURATORLATRONEMDNOIGNORANTEOCCUL TAUERITETIUDICI OFFERRENEGLEXERIT FLAMMISULTRI CIBUSCONCREMETUR. DATA III R MARCIAS MEROBAUDE II ETSATURNINO CONSLB

INTERP SIQUISSCIENSINDOMOSUALATROHEMSUSCEPERIT AUTEUMOCCULTAREUOLUERITAUTEUMIUDICITRADERE FORTASSENEGLEXERITSIINGENUAETUILIORPSONAEST FUSTIGETUR SIUEROMELIORDAMNUMADARBITRIUM IUDICISFERIATUR. SIUEROACTORAUTPROCURATORINS CIODOMINOHOCFECERITINCENDIOCONCREMETUR.

XXIII DEHISQUIPLEBEMAUDENTCONTRAPUBLICĀCOLLIGEREDISCIPLINĀ

IMPPP GRATIANUS UALENTINIANUS ET THEODOS AAA FLORENTIO PPO AGUSTALI

SIQUISCONTRĂUIDENTISSIMAMLUSSIONEMSUSCIPEREPLE BEMETADUERSUMPUBLICĀDISCIPLINAMDEFENDEREFOR TASSETEMPTAUERITMULTAMGRAUISSIMAMSUSTINEBUNT

DATA XIII KIANUARIAS CONSTANTINOPOLIM RICOMEREETCLEARCO CONSSB

INTERP SIQUISPOPULUMADSEDITIONEMCONCITAUERITDAM NISGRAUISSIMIS SUBIACEBIT

XXIIII DIFAMOSIS LIBELLIS

IMP CONSTANTINUS Ā ADUERINUMUICARIUM AFRICAE

SIQUANDOFAMOSILIBELLIREPPERIANTURNULLASEXINDECALUM NIASPATIANTUR HUIQŬORŪDEFACTISUELNOMINIB·ALIQUID CON STINEBUNT·SEDINSCRIPTIONISAUCTORPOTIUSREQUIRATUR

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Sciant iudices super admissis propriis aut a se aut ab haeredibus suis poenam esse repetendam. Data X Kalendas Septembres Antonio et Syagrio consulibus.

Interpretatio. Omnes iudices sciant quod [1] quidquid male rapuerint, si ipsi non reddiderint, a suis haredibus esse solvendum.

TIT. XXII.—DE HIS QUI LATRONES VEL ALIIS CRIMINIBUS REOS OCCULTAVERINT. (1) Imperatores Gratianus, Valentinianus et Theodosius Augusti ad Flavianum Praefectum praetorio. Post alia. Latrones quisquis sciens susceperit vel offerre iudici supersederit, supplicio corporali aut dispendio facultatum, pro qualitate personae, ex iudicis aestimatione plectatur; si vero actor sive procurator latrones domino ignorante occultaverit et iudici offerre neglexerit, flammis ultricibus concremetur. Data III Kalendas Martias Merobaude II et Saturnino consulibus.

Interpretatio. Si quis sciens in domo sua latronem susceperit, aut eum occultare voluerit, aut eum iudici tradere fortasse neglexerit, si ingenua et vilior persona est fustigetur; si vero melior damno ad arbitrium iudicis feriatur; si vero actor aut procurator inscio domino hoc fecerit, incendio concremetur.

TIT. XXIII.—DE HIS QUI PLEBEM AUDENT CONTRA PUBLICAM COLLIGERE DISCIPLINAM. (1) Imperatores Gratianus Valentinianus et Theodosius Florentio Praeposito [2] Augustali. Si quis contra evidentissimam iussionem suscipere plebem et adversus publicam disciplinam defendere fortasse tentaverit, mulctam gravissimam sustinebit. Data XIII Kalendas Januarias, Constantinopoli, Richomere et Clearcho consulibus.

Interpretatio. Si quis populum ad seditionem concitaverit, damnis gravissimis subiacebit.

TIT. XXIV.—DE FAMOSIS LIBELLIS. (1) Imperator Constantinus Augustus ad Verinum vicarium Africae. Si quando famosi libelli reperiantur, nullas exinde calumnias patiantur hi quorum de factis vel nominibus aliquid continebunt; sed scriptionis auctor potius requiratur, *(Sequitur textus pag.* 153*)*

---

[1] Haenel om.: *quod*.
[2] Haenel: *Praef. Augustali*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

ETREPERTUS CUMOMNI UIÇORECOÇATURHISDEREBUS
QUASPROPONENDASCREDIDITCONPROBARE NECTA
MENSUPPLICIOAETIAMSIALIQUIDHOSTENDERITSUBTRAATR·

PP IIII KL APRIL CARTAGINI CONSTANTINO Ā V ET LICINIO C̄ CONSSB

DEFAL SAISCR IPTURA

INTERP QUIFAMOSAMCARTAMADCUIUSCUMQ· INIURIAM
UEL MACULAMCONSCRIPSERITINSECRETOAUTINPUBLICOAD
FIXERITINUENIENDAMQ· PROIECERIT ILLUMCONTRAQUEM
PROPOSITAESTCARTULANONNOCEBIT NEC FAMEEIUSALIQUID
DEROÇABITSEDSIINUENIRIPOTUERITQUIHUIUSMODICARTULĀ
FECITCONSTRINÇATURUTPROBET QUECONSCRIPSIT QUAE
SIAETIAMQUESCRIPSITPROBARENONPOTUERIT FUSTIÇEN
TUR· QUIAINFAMARE MALUITQUAMACCUSARE·

SIMPPPUALENINIANSTHEODETARCHADIAAA CYNIÇIO PPO
IQUISFAMOSUMLIBELLUMSIUEDOMISIUEINPUBLICOUEL QŌ
CUMQ· LOCOIÇHARUSOFFENDERITAUTDISCERPATPRIUSQĀM
ALTERINUENIATAUTNULLICONFITEATURINUENTUM
NEMINIDENIQ· SITAMENCURIOSUSESTREFERATQUIDLEÇEN
DOCOÇNOUERIT NAMQUICUMQUEOPTULERITINUENTUM
CERTŪESTIPSŪREUMEXLEÇERETINENDUM NISIPRODI
DERITAUCTOREM NECEUASURUMPOENAMHUIUSMODI
CRIMINIBUSCONSTITUTAM· SIPRODITUS FUERITCUIQUAM
RETTULISSEQUODLEÇERIT·

DAT XIIII KAL FEB CONSTANTINOPOLIM HONORIO NOP ET EUODIO CONSSB

INTERP SIQUISCARTULAMFAMOSAMINCUIUSCUMQ·INIURIA
UEL INFAMIAIN PUBLICOPROPOSITĀUIDERIT ETLEÇERIT
ETNONSTATIMSCISSERIT ETCUICŪQ· QUOQ̄ INEĀFORTASSE
REPPERITRETTULERITIPSEUELUTAUCTORHUIUSCRIMINISTE
NEATUR XXV DE QUESTIONIBUS

IMPPP ÇRATIANUS UALENTINIANUS ETTHEO
DOSIUS AAA ALBUCIANO UICARIO MACHEDONIAE

QUADRAÇINTADIEBUSQUIAUSPICIOCHERIMONIARUMPAS
CHALETEMPUSANTICIPANTOMNISCOÇNITIOINHIBEA
TUR CRIMINALIUMQUAESTIONUM

DATA VI R APRILIS THESSALONICA ÇRATIANO ET THEODOSIO ĀĀ CCSSB

INTERP DIEB· QUADRAÇENSIMEPROREUERENTIARELIÇIONIS
OMNISCRIMINALISACTIOCONQUIESCAT

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

et repertus omni vigore cogatur his de rebus quas proponendas credidit comprobare, nec tamen supplicio etiamsi aliquid ostenderit, subtrahatur. Proposita IV Kalendas Apriles, Karthagine, Constantino Augusto V et Licinio Caesare consulibus.

Interpretatio. Qui famosam chartam ad cuiuscumque iniuriam vel [1] maculam conscripserit in secreto aut in publico affixerit [2], inveniendamque proiecerit, illi contra quem proposita est chartula non nocebit, nec famae eius aliquid derogabit; sed si inveniri potuerit qui huiusmodi chartulam fecit, constringatur ut probet quae conscripsit, qui si etiam quae scripsit probare *non* [3] potuerit, fustigetur quia infamare maluit quam accusare.

(2) Imperatores Valentinianus Theodosius et Arcadius Augusti Cynegio Praefecto praetorio. Si quis famosum libellum sive domi, sive in publico vel quocumque loco ignarus offenderit aut discerpat priusquam alter inveniat, aut nulli confiteatur inventum, nemini denique, si tam curiosus est referat quid legendo cognoverit; nam, quicumque obtulerit inventum, certum est ipsum ex lege retinendum, nisi prodiderit auctorem, nec evasurum poenam huiusmodi criminibus constitutam, si proditus fuerit cuiquam retulisse quod legerit. Data XIV Kalendas Februarias, Constantinopoli, Honorio nostro patre et Evodio consulibus.

Interpretatio. Si quis chartulam famosam in cuiuscumque iniuriam vel infamiam in publico propositam viderit et legerit et non statim discerpserit et [4] cuicumque ea quae legerit fortasse retulerit, ipse velut auctor huius criminis teneatur.

TIT. XXV. — DE QUAESTIONIBUS. (1) Imperatores Gratianus, Valentinianus et Theodosius Augusti Albuciano vicario Macedoniae. Quadraginta diebus qui auspicio cerimoniarum paschale tempus anticipant omnis cognitio inhibeatur criminalium quaestionum. Data VI Kalendas Apriles, Thessalonicae, Gratiano Augusto V [5] et Theodosio Augusto I [6] consulibus.

Interpretatio. Diebus quadragesimae pro reverentia religionis omnis criminalis actio conquiescat.

---

[1] Haenel: *et*.
[2] Haenel add.: *illi*.
[3] Haenel recte om.: *non*. Palimp. interponit adverbium *non*, mutans sensum legis et contradicens eidem quod ab ipsius textu praecipitur. In hoc ordinatur cogere auctorem libelli ad probandum id quod suo libello scripserat, *et etiamsi aliquid ostenderit, nec tamen supplicio subtrahatur*. In Palimpsesto dicitur quod si libelli auctor quod scripsit probare non potuerit, fustigetur. Librario et non interpreti errorem hunc tribuimus, quia continuo Interpretatio eo pacto exponit rationem legis quia libellarius *infamare maluit quam accusare*.
[4] Haenel: *sed*.
[5] Palimp. om.: *V*.
[6] Palimp. om.: *I*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

XXVI VT INTRA ANNVM CRIMINALIS QESTIO TERMINI

Impppualentiani theodosii et archadii aaa desiderio uicario

QUISQUIS ACCUSATOR REUM IN IUDICIUM SUBSCRIPTIONE DE
TULERIT SI INTRA ANNI TEMPUS ACCUSATIONEM CEPTAM PER
SEQUI SUPERSEDERIT UEL QUOD EST CONTUMACIUS ULTIMO ANNI DIE ADESSE NEGLEXERIT QUARTA BONORUM OMNIUM PARTE MULTATUS ACULEOS CONSULTISSIME LEGIS INCURRAT SCILICET MANENTE INFAMIA QUAM UETERES IUSSERANT SANCTIONES.

DAT VIII ID IULIAS TRIUERIS ARCHADIO A I ET BAUTONE CCSSB

INTERP QUICUMQUE INSCRIPTIONE PREMISSA CUIUSCUMQUE CRIMINIS REUM ACCUSARE UOLUERIT. A BEODIE QUO INSCRIPSIT INTRA ANNUM PERAGAT PROPOSITAS ACTIONES. QUI SI DISTULERIT INFAMIS EFFECTUS BONORUM SUORUM QUARTA PARTE MULTABITUR.

Impp honorius et theodosius aaa ciciliano ppo postalia

NOUERINT IUDICES CUIUSLIBET CULMINIS HONORE UE PRESIDENTES NECESSARIIS UTRIQUE PARTIS IPETANTUR DILATIONIBUS HON NEGATIS A DIE INSCRIPTIONIS INTRA ANNI CURRICULA CRIMINALES CAUSAS LIMITANDAS QUOEMENSO HABEAT ACCUSATOR QUIA STITIT POENAM SIBI LEGIB. CONSTITUTAM. ET SI PERSONA UILIOR FUERIT CUI DAMNUM FAMENONSIT INIURIA POENAM PATIATUR EXILII NISI FORSITAN INTRA ANNI METAS CONSENSU PARTIUM ABOLITIONEM POPOSCERINT. IUDICUM AUTEM DEBET ESSE DILIGENTIA UT SI NULLA RATIONABILIS AREO UEL ACCUSATORE DILATIO POSTULETUR LARGIANTUR TALIUM CAUSARUM NOTIONEM NON EXPECTATIS ANNORUM MORES. SIUE ROACCUSATOR UEL REUS PROPTER DOCUMENTA FORSITAN SIBI NECESSARIA ANNUM UOLUERINT CUSTODIRI DARE AD SENSUM DEBET PATIENTIA COGNITORIS INALTERAM PARTEM SEUERIOREM FORMATURAM SENTENTIAE

ET CTR DAT XII KAL FEB RAUENNA HONORIO VIII ET THEOD IIII AA CCSSB

INTERP IUDICES QUI INSCRIPTIONE PREMISSA CRIMINALIA NEGOTIA AUDIRE CEPERINT A DIE INSCRIPTIONIS SIIN DUTIAS AUT ACCUSATOR AUT REUS PETIERIT INTRA ANNUM PRESTARE DEBEBUNT. UT HEC ACTIO INTRA ANNI CURRICULA FINIAT

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

TIT. XXVI. — INTRA ANNUM CRIMINALIS QUAESTIO TERMINETUR.

(1) Imperatores Valentinianus Theodosius et Arcadius Augusti Desiderio Vicario. Quisquis accusator reum in iudicium sub inscriptione detulerit, si intra anni tempus accusationem certam prosequi supersederit, vel quod est contumacius, ultimo anni die adesse neglexerit, quarta bonorum omnium parte mulctatus, aculeos consultissimae legis incurrat, scilicet manente infamia quam veteres iusserant sanctiones. Data IV idus Julias, Treviris, Arcadio Augusto et Bautone consulibus.

Interpretatio. Quicumque inscriptione praemissa cuiuscumque criminis reum accusare voluerit, ab eo die quo inscripsit intra annum peragat propositam actionem; qui si distulerit, infamis effectus bonorum suorum quarta parte mulctabitur.

(2) Imperatores Honorius et Theodosius Augusti Caeciliano Praefecto praetorio. Post alia. Noverint iudices cuilibet culmini honorive praesidentes necessariis utrique parti si petantur dilationibus non negatis, a die inscriptionis intra anni curriculun criminales causas limitandas, quo emenso habeat accusator, quia destitit, poenam sibi legibus constitutam; et si persona vilior fuerit, cui damnum famae non sit iniuria, poenam patiatur exilii, nisi forsitan intra anni metas consensus partium abolitionem poposcerit. In iudicum autem debet esse diligentia, ut si nulla rationabilis a reo vel accusatore dilatio postuletur, urgeant talium causarum notionem non expectatis anni moris; si vero accusator vel reus propter documenta forsitan sibi necessaria annum voluerint custodiri, dare assensum debet patientia cognitoris in alteram partem severiorem formatura sententiam, et caetera. Data XII Kalendas Februarias, Ravennae, Honorio VIII et Theodosio IV [1] Augustis consulibus.

Interpretatio. Judices qui inscriptione praemissa criminalia negotia audire coeperint, a die inscriptionis si inducias aut accusator aut reus petierit, intra annum praestare debebunt, ut haec actio intra anni curriculum finiatur. *(Sequitur textus pag. 157)*

---

[1] Haenel: *III*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

autreurpetierit

QUODSIACCUSATORINTRAANNUMQ; PROPOSUIT PROBAREDIS
TULERITABSOLUTOREOPEHĀSUSCIPIATLEGESUPERIUSCOH
PREHENSAM. QUODSITALISPSONĀSITADCUIUSDEFORMITA
TEMINFAMIAHONP;TINEAT EXILIODEPUTETUR. TAMENSI
INTERACCUSATOREMETREUMITAIUDICEPRESENTECONUENE
RITUTPROINSTRUCTIONEUTRĪSQ; PARTISANNIINTEGRIINDUTIE
TRIBUANTUR DEBETAIUDICEHONNEGARI FUTURŪUTPARS
Q;POSTINDUTIAS FUERITSUPERATA DISTRICTIORISEN
TENTIA FERIATUR.

XXVII De abolitionib. abolitio est obliuio obiecti crimihis

IMP CONSTANTINUS. Ā ADIAHUARIANUM PREFT M
Si post strepitum accusationis extorte abolitio postulet cause
noue miserationis debet inq̄ri ut si citra dilectionem id fiat
postulata humanitas prebeat. Si naliq̄d suspicionis exti
terit quod manifestus reus dilectione celebrata legibus
subtrahat. Redemptæ miserationis uox minime admit
tatur. Sed aduersus nocentem reum inq̄sitione facta poe
na competens exeratur DAT VI K DCB SERDICE CONSTATINO A V ET LICINIO CCSSB

INTERP Si q̄empe hi tuerit accusare criminaliter et in crip
tionē fecisse dicq̄ od probare nō poterit Si ei cum accusa
to innocente conuenerit inuicem se absoluant Si uero iudex
eum q̄ accusatus est criminosum esse cognouerit et inter
eum et accusatorē p; corruptionē de absolutione reatus con
uenerit his q̄ rēs probatur remoto conludio poenam
exigat legibus constitutam

IMPP UALENTIANUS UALENS ET GRATIANUS A A A AD PROBUM PPO
Accusator q̄ se laqueo legis adstrinḡit cognoscat nullum si
si fore ad latebram abolitionis recursum. post quam ali
quid inuriae meritoinscriptionis in latet tolerarit ins
criptus. Idest si uel carcerem sustinuerit uel
tormenta. uel uerbera uel cathenas Nisi forte illeq̄
hec p;tulit contemnate tidone tipse eq̄od p;tulit hac par
fuerit tampe toris quā petitil haccipiēda abolitione
consensus. Prius tamen quam aliquis de ques
tione liberetur. sequitur illut ut plerisque

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Quod si accusator *aut reus petierit* [1] intra annum quae proposuit probare distulerit, absoluto reo poenam suscipiat lege superiori comprehensam. Quod si talis persona sit ad cuius deshonestatem infamia non pertineat, exilio deputetur; tamen si inter accusatorem et reum ita iudice praesente convenerit, ut pro instructione utriusque partis anni integri induciae tribuantur, debet a iudice non negari; futurum ut pars quae post inducias fuerit superata, districtiori sententia feriatur.

TIT. XXVII.—DE ABOLITIONIBUS. *Abolitio est oblivio objecti criminis* [2]. (1) IMPERATOR CONSTANTINUS AUGUSTUS AD JANUARINUM PRAEFECTUM URBIS [3]. Si post strepitum accusationis exortae abolitio postuletur causa novae miserationis debet inquiri ut si citra defectionem id fiat, postulata humanitas praebeatur; sin aliquid suspicionis exstiterit, quod manifestus reus defectione celebrata legibus subtratratur, redemptae miserationis vox minime admittatur; sed adversus nocentem reum inquisitione facta poena competens exeratur. Data VI Kalendas Decembres, Sardicae, Constantino Augusto V et Licinio *Caesare* [4] consulibus.

Interpretatio. Si quem poenituerit accusare criminaliter et inscriptionem fecisse de eo quod probare non potuerit, si ei cum accusato innocente convenerit, invicem se absolvant. Si vero iudex eum qui accusatus est criminosum esse cognoverit et inter reum [5] et accusatorem per corruptionem de absolutione reatus convenerit, is qui reus probatus, remoto colludio, poenam excipiat legibus constitutam.

(2) IMPERATORES VALENTINIANUS, VALENS ET GRATIANUS AUGUSTI AD PROBUM PRAEFECTUM PRAETORIO. Accusator qui se laqueo legis adstringit, agnoscat nullum sibi fore ad latebram abolitionis recursum, postquam aliquid iniuriae merito inscriptionis illatae tolerarit inscriptus, id est si vel carcerem sustinuerit vel tormenta vel verbera vel catenas; nisi forte ille qui hace pertulit, contemnat et donet ipse quod pertulit, ac par fuerit tam petitoris quam petiti in accipienda abolitione consensus. Prius tamen quam aliquis de quaestione liberetur sequitur illud ut plerisque *(Sequitur textus pag. 159)*

---

[1] Haenel om.: *aut reus petierit*.
[2] Postrema verba hujus rubricae non sunt apud Sichardum, Cujacium et Haenel, sed extant in Breviarii Indicibus explanatis et in Epitomatibus Lugdunensi et Monachi nuncupatis. Itaque lectionem Palimpsesti retinemus. In textibus Breviarii excussis non legitur nisi *De abolitionibus*.
[3] Haenel add.: *urbis*.
[4] Palimp. om.: *Caesare*.
[5] Palimp. scribit: *eum*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

CRIMINIBUS HEC CONSENTIENTIB· QUIDĒ PARTIBUS PRESTETUR ABO
LITIO UT SI NTILLA INQUIB· AUT UIOLATA MAIESTAS AUT PATRIA OB
PUCHATA UEL PUBLICATA UEL PRODITA· AUT S PECULATUS ADMIS
SOS AUT SACRAMENTA DESERTA SUNT. OM HIAQ· EA QUE IURE UETERI
CONTINENTUR IN QIB· IUDEX HOHMIN SACCUSATORĒ ADDOCENDA Q· DETULERIT
QUAREŪ AD PURGANDA QUE DEBEGAT DEBETURGERE·

DAT PRD ID OCTB TREUERIS UALENTINIANO NP ET UICTORE CCSSB LEXSTA INTERP NONIHD ST

Impp ARchadius et hONORIUS AA CICILIANO PPO

ROLIMONEMINHUITOREO POST Q̄M FUERIT OFFICIIS CUSTODIE TRADITUS
INTRA DIES TRIGINTA ACCUSATORI PETENTI DARI PM ITTIMUS·
POST hoc temp̄s HI SI REUS CONSENTIAT CENSEMUS HONESSE TRIBUENDAM SIUERO IN GENUOS ALIQUOS UEL UT TESTES CRIMINIS PETITOS A B ACCUSATORE DEDUCTOS ESSE CONSTITERIT SOLĀ CUSTODIE INIURIĀ TOLERAS SEQUI TESTES DICANTURES SE HONCONSCII· EORUM AB ACCUSATORES UMPTIB· CONSULENDŪM EST Q UODSI IN GENUORUM LICET PLEBEIORUM CORPORA FUERINT LAESA UERBERIBUS TORMENTIS Q· UEXATA ABOLITIONEM AETIĀ DUARŪ PARTIUM CONS SEN UPETITĀ IUBEM̄S UI GORE IUDICUM DEHEGARI ET CRIMEN PROPOSITUM CUIUS EXAMEN ORMENTIS IAM CEPERAT AGITARI· NEC ANTEA A IUDICE DIMITTI QUAM IN REUM PROBATO CRIME UI HOICETUR· AUT IN ACCUSATORE PAR FORMA SENTENTIAE DAMNATIO REFERATUR· E Ć TR

DAT XIII KFEB RAUENNA HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA CCSSB

INTERP SI CRIMINIS ACCUSATOR INTRA TRIGINTA DIES ABOLITIONEM PETIERIT AETIĀ IN HUIT O REO A IUDICE CONCEDATUR ET LIBERI ET ACCUSATUS ET ACCUSATOR ABSCEDANT· POST TRIGINTA UERO DIES QUAM ACCUSATUS CUSTODIAE FUERIT TRADITUS NISI ABOLITIONEM ET REUS ET ACCUSATOR A IUDICE PETIERINT ACCUSATORI SOLO NONESSE PRESTANDAM· QUODSI TESTES EXIBITI AD PETITIONEM ACCUSATORIS FUERINT ET INCUSTODIĀ MISSI FUERINT ET ABOLITIO PETITA PRESTITAQ· FUERIT· SUMPTUS QUOS FECERUNT TESTES EIS ACCUSATOR EXSOLUAT· NAM SI TESTES EXHIBITI A BACCUSATORE PENAS SUBIACUERINT AETIĀ SI CONSENTIANT PARTES ABOLITIO A IUDICIBUS DEHEGETUR SED AUTINACCUSATUM SI CONUICTUS FUERIT AUTINACCUSATOREM

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

criminibus nec consentientibus quidem partibus praestetur abolitio, ut sunt illa in quibus aut violata maiestas, aut patria oppugnata vel *publicata* [1] vel prodita aut peculatus admissus aut sacramenta deserta sunt, omniaque quae iure veteri continentur in quibus iudex non minus accusatorem ad docenda quae detulit, quam reum ad purganda quae denegat debet urgere. Data pridie Idus Octobres, Treviris, Valentiniano nostro patre et Victore consulibus. Lex ista interpretatione non indiget.

(3) Imperatores Arcadius et Honorius [2] Augusti Caeciliano Praefecto praetorio. Abolitionem invito reo post quam fuerit officii custodiae traditus intra dies triginta accusatori petenti dari permittimus. Post hoc tempus, nisi reus consentiat, censemus non esse tribuendam. Si vero ingenuos aliquos velut testes criminis petitos ab accusatore deductos esse constiterit solam custodiae iniuriam tolerasse, qui testes dicantur esse non conscii eorum ab accusatore sumptibus consulendum est, ingenuorum licet plebeiorum corpora fuerint laesa verberibus tormentisque vexata, abolitionem etiam duarum partium consensu petitam iubemus vigore iudicum denegari, et crimen propositum cuius examen tormentis iam coeperat, agitari nec antea [3] a iudice dimitti quam in reum probato crimine vindicetur, aut in accusatorem pari forma sententiae damnatio referatur et caetera. Data XII Kalendas Februarias, Ravennae, Honorio VIII et Theodosio III Augustis consulibus.

Interpretatio. Si criminis accusator intra triginta dies abolitionem petierit, etiam invito reo a iudice concedatur; et [4] liberi et accusatus et accusator abscedant. Post triginta vero dies quam accusator custodiae fuerit traditus, nisi abolitionem et reus et accusator a iudice petierint, accusatori soli non esse praestandam; quod si testes exhibiti ad petitionem accusatoris fuerint et in custodiam missi fuerint, et abolitio petita praestitaque fuerit, sumptus quos fecerunt testes, eis accusator exolvat. Non si testes exhibiti ab accusatore poenae subiacuerint, etiamsi consentiant partes, abolitio a iudicibus denegetur; sed aut in accusatum si convictus fuerit, aut in accusatorem *(Sequitur textus pag.* 161*)*

---

[1] Haenel om.: *publicata*.
[2] Haenel om.: *Archadius*, et add.: *Theodosius*.
[3] Haenel *ante*.
[4] Haenel: *ut*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

SINONCONUICERIT LEGIB'PSENTENTIAMIUDICISPOENĀ
QUAMPASSURUSERATREUS ACCUSATOREXCIPIAT

XXVIII DE INDULGENTIIS CRIMINUM RIUMPPO

IMPPPP GRATIANUS UALENTINIANUS ET THEOSIUS AAA AD NEUTE

NEMO DEINCEPS TARDIORES FORTASSIS ADFLATUS NSE PERENNI
TATIS EXPECTET EXSEQUANTURIUDICES QUODINDULGERECON
SEUIMUS UBIPRIMUMDIESPASCHALIS EXSTITERITNULLUM
TENEATCARCERINCLUSUM· OMNIUMUINCULASOLUANTURSED
ABHISSECERNIMUS EOSQUIB· CONTAMINARIPOTIUSGAUDIA
LETITIAMQ, COMMUNEMSIDIMITTANTURAUERTIMUS
QUISEHIMSACRILEGODIEBUSSCISINDULGEAT QUISADUL
TEROUELINCESTIREOTEMPORECASTITATISIGNOSCAT· QUIS
NŌRAPTOREMIHSUMMAQUIETEETGAUDIO COMMUNI PSE
QUATURINSTANTIUS NULLAM ACCIPIANT REQUIEMUINCULO
RUMQUIESCERESEPULTOSQUADAM SCELERISINMANITATE
NONSINUNT· PATIATURTORMENTAUENEFICUS MALEFICS
ADULTERATORQ, MONETAE HOMICIDA· QUODFECITSEMP
EXPECTET· REUSAETIAMMAIESTATISDEDOMINOADUERSUS
QUEMTALIAMOLITUSESTUENIAMSPERARENONDEBET

DATA VR MARTIAS MEDIOLANO ARCHADIO ET BAUTONE CSSLBS

INTERP SACRILEGUS ADULTER·INCESTUSREUS RAPTOR
SEPULCHRORUMUIOLATORUENEFICUS MALEFICUSADULTE
RATORMONETAE HOMICIDADIEBUSPASCHAE NULLATE
NUSABSOLUANTUR RELIQUIOMNES QUOSMINORUM
CAUSARUMCULPA CONSTRINGITDIEBUSUENERABILIB·PAS
CAE SPECIALITERABSOLUANTUR

XXVIIII DE CALUMNIATORIBUS

IMPPPP GRATIANUS UALENTINIANUS ET THEODOSIUS AAA
HELLEBICO COMITE ET MAGISTROUTRIUSQ, MILITIAE

NONESTRATIOQUAMANIFESTICALUMNIATORISSUPPLICIUMDEFE
RATUR NECENIMPATIMURFREQUENTERITERARIQUECON
SISTEREPRIMAACTIONENONQUIEUERINTADQ, ALIENAM
INNOCENTIAMSECURITATEMQUESINECRIMINEDAMNABILI
ADPETITIONETERRERI· DATIII KAL IANUARIAS CONSTANTINOPOLIM MEROBAUDE IIET
SATURNINOCONSSB STATLEGISSUBEODEMTITULOSIMILIMINTERPRETATIONEM HABENT Φ

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

si non convicerit, legibus per sententiam iudicis poenam quam passurus erat reus, accusator excipiat.

TIT. XXVIII.—DE INDULGENTIS CRIMINUM. IMPERATORES GRATIANUS, VALENTINIANUS ET THEODOSIUS AUGUSTI AD NEUTERIUM PRAEFECTUM PRAETORIO. Nemo deinceps tardiores fortassis afflatus nostrae perennitatis expectet [1], exsequantur iudices quod indulgere consuevimus. Ubi primum dies paschalis exstiterit, nullum teneat carcer inclusum. Omnium vincula solvantur, sed ab his secernimus eos quibus contaminari potius gaudia laetitiamque communem si dimittantur.

¿Quis enim sacrilego diebus sanctis indulgeat? Quis adultero vel incesti reo tempore castitatis ignoscat? ¿Quis non raptorem in summa quiete et gaudio communi prosequatur instantius? Nullam accipiant requiem vinculorum qui quiescere sepultos quadam sceleris immanitate non sinunt. Patiatur tormenta veneficus, maleficus, adulteratorque monetae, homicida, quod fecit semper expectet. Reus etiam maiestatis, de domino adversus quem talia molitus est, veniam sperare non debet. Data V Kalendas Martias, Mediolani Arcadio Augusto [2] et Bautone consulibus.

Interpretatio. Sacrilegus, adulter, incesti reus, raptor, sepulchrorum violator, veneficus, maleficus, adulterator monetae, homicida diebus paschae nullatenus absolvantur. Reliqui omnes quos minorum causarum culpa constringit, diebus venerabilibus paschae specialiter absolvantur.

TIT. XXIX.—DE CALUMNIATORIBUS. (1) IMPPP. GRATIANUS, VALENTINIANUS ET THEODOSIUS AAA. HELLEBICO COMITI ET MAGISTRO UTRIUSQUE MILITIAE. Non est ratio, qua manifesti calumniatoris supplicium differatur. Nec enim patimur frequenter iterari, quae consistere prima actione non quiverint, atque alienam innocentiam securitatemque sine crimine, damnabili appetitione terreri. Dat. III Kal. Iananuarias Constantinopoli, Merobaude II et Saturnino Coss.

Istae leges [3] sub eodem titulo similem interpretationem habent.

---

[1] Haenel om.: *expectet*.
[2] Palimp. om.: *Aug*.
[3] Haenel scribit: *Ista lex*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

IDEM AAA MENANDRO VICARIO ASIAE

NOSTRIS ET PARENTUM NOSTRORUM CONSTITUTIONIBUS EOS QUI ACCUSATIONEM ALIENIS HOMINIB. PRESUMPSISSENT DELATORUM NUMERO ESSE DUCENDOS ∴ DIGNUM IDEO CALUMNIOSI SIMUL CAPUT ET PERSONAM IUDICIO IN RITE DILATIONIS INFAMIAE DEPORTATIONE QUATUR QUOD POST HAEC SINGULI UNIVERSIQ COGNOSCANT NON LICERE EI HEO PRINCIPUM ANIMOS CONMOVERE QUOD NON POSSIT HOSTENDI

DAT VIII KAL MAIAS CONSTANTINOPOLI ARCHAD III ET BAUTONE CONSS. INTERP N INDICIT

IMP ARCHADIUS ET HONORIUS AA VICTORIO PROCOS AFRICAE

INNOCENTES SUB SPECIE FALSI CRIMINIS NON PATIMUR CALLIDORUM. INPUGNATIONE SUBVERTI QUI SI TEMPTAVERINT INTELLEGANT SIBIMET SEVERITATEM LEGUM PROCONMISSIS FACINORIBUS INCUBERE

DAT III IDUS MARTIAS MEDIOLANO HONORIO V IIII ET IUVENCIO COSS

INTERP CALUMNIATORES SUNT QUICUMQ CAUSAS AD SE NON PERTINENTES SI MANDATO ALTERIUS PROPOSUERINT. CALUMNIATORES SUNT QUICUMQUE IUSTO IUDICIO VICTI CAUSAM ITERARE TEMPTAVERINT. ⁊ CALUMNIATORES SUNT QUICUMQUE QUOD AD ILLOS NON PERTINET PETUNT AUT INIUDICIO PROPONUNT ⁊ CALUMNIATORES SUNT QUI SUB NOMINE FISCI FACULTATES IN PETUNT ALIENAS ET INNOCENTES QUIETOS ESSE NON PERMITTUNT ⁊. CALUMNIATORES ETIAM SUNT QUI FALSA DEFERENTES CONTRA CUIUSCUMQUE INNOCENTIS PERSONAM PRINCIPUM ANIMOS AD IRACUNDIAM CONMOVERE PRESUMUNT. QUI OMNES INFAMES EFFECTI LEX EXILIO DETRUDENTUR HIC DE IURE ADDENDA QUI CALUMNIATORES ESSE NON POSSUNT XXX DI POENIS ♡

IMP CONSTANTINUS A AD CATULINUM

QUIS ENTENTIAM LATURUS EST TEMPERAMENTUM HOC TENEAT UT NON PRIUS CAPITALEM IN QUEMPIAM PROPONAT SEVERAQUE SENTENTIAM QUA MIN ADULTERII VEL HOMICIDII VEL MALEFICII CRIMEN AD SUA CONFESSIONE AUT CERTE OMNIUM QUI TORMENTIS VEL INTERROGATIONIBUS FUERINT DEDITI IN UNUM CONCORDANTEM CONSPIRANTEMQ REI FINEM CONVICTUS SIT ET SIC IN OBIECTO FLAGITIO DEPREHENSUS UT UIX AETIAM IPSE EA QUAE CONMISERIT NEGARE SUFFICIAT. DAT III NONAS NOVEMBRES TREVERIS ACCEPTA

AV KALENDAS MAIAS ATROMITI. VOLUSIANO ET FANNIANO CONSS

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

(2) IIDEM AAA. MENANDRO VICARIO ASIAE. Nostris et parentum nostrorum constitutionibus comprehensum est, eos, qui accusationem alienis nominibus praesumsissent, delatorum numero esse ducendos. Atque ideo calumniosissimum caput et personam iudicio irritae delationis infamem deportatio sequatur, quo posthac singuli universique cognoscant, non licere in eo principum animos commovere, quod non possit ostendi. Data VII Kal. [1] Maias, Constantinopoli, Arcadio et *A. I.* [2] Bautone Coss.

Haec lex interpretatione non indiget.

(3) IMPP. ARCADIUS ET HONORIUS AA. VICTORIO PROCONSULI AFRICAE. Innocentes sub specie falsi criminis [3] non patimur callidorum impugnatione subverti; qui si tentaverint, intelligant, sibimet severitatem legum pro commissis facinoribus incumbere. Dat. III Id. Mart., Mediolano, Honorio A. IV et Eutychiano Coss.

Interpretatio. Calumniatores sunt, quicumque causas ad se non pertinentes *sine* mandato alterius proposuerint [4]. Calumniatores sunt, quicumque iusto iudicio victi causam iterare tentaverint. Calumniatores sunt, quicumque quod ad illos non pertinet, petunt aut in iudicio proponunt. Calumniatores sunt, qui sub nomine fisci facultates appetunt alienas, et innocentes quietos esse non permittunt. Calumniatores etiam sunt, qui falsa deferentes contra cuiuscumque innocentis personam principum animos ad iracundiam commovere praesumunt. Qui omnes infames effecti in exsilio [5] detrudentur. Hic de jure addenda, qui calumniatores esse non possunt [6].

TIT. XXX.—DE POENIS. (1) IMP. CONSTANTINUS A. AD CATULINUM. Qui sententiam laturus est, temperamentum hoc teneat, ut non prius capitalem in quempiam promat [7] severamque sententiam, quam in adulterii vel homicidii vel maleficii crimen [8] aut sua confessione aut certe omnium, qui tormentis vel interrogationibus fuerint dediti, in suum conspirantem concordantemque rei finem convictus sit et sic in obiecto flagitio deprehensus, ut vix etiam ipse ea, quae commiserit, negare sufficiat. Dat. IV [9] Non. Nov., Treveri [10]; accepta XV Kal. Mai., Hadrumeti [11], Volusiano et Anniano Coss.

---

[1] Haenel: *VIII Idus.*
[2] Haenel. add.: *A. I.*
[3] Haenel: *falsae criminationis.*
[4] Haenel: *proposuerunt.*
[5] Haenel: *exsilium.*
[6] Postrema verba interpretationis huius *Hic de jure* usque ad *esse possunt*, non sunt apud Sichardum, Gothofredum, Cujaciumque, neque in codicibus praeter illum, qui Savigny nomine claret. Ex ipso quidem Haenel ea sumsit inseruitque in suis editionibus Codicis Theodosiani et Breviarii, sed textus eius differt a nostro. De jure, ait, addendum est, «qui calumniatores *esse possunt*», quum Palimpsestus scribat «qui calumniatores *esse non possunt*». Et quia ipsa interpretatio dicit «qui calumniatores sunt», animadverti oportebat qui «de jure» *non sunt*, licet male dicant de nonnullis personis. Itaque correctiorem credimus textum nostrum.
[7] Palimp.: *proponat.*
[8] Haenel: *crimine.*
[9] Haenel: *III.*
[10] Palimp.: *Treveris.*
[11] Palimp.: *Atromiti.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

INTERP Iud exriminosum discutiens honantes en
tiam profert capitalem. quam utreus ipse fateatur
aut conuictus uel pinnocentes testes. uel pconscios cri
minis sui Authomicidium dutad ulterium Aut malefici
um commisisse manifestus conuincatur ....

Impppp ualentinianus et gratianus aaaa ad pretextatum
Quotiens inseatorii hordinis uiros proqualitate pecca
ti austerior fuerit ultio proferenda. nsapotissimum ex
plorentur arbitria Quorerum adq; gestorum teno
re compertoeam formam statuere possimus quamm o
dus facti contemplatio que dictauerit

dat viii id octbs remis gratiano Δ ii et dagalaifo ccssb

INTERP Siquando aliquem alores personae aut alicuius
dignitatis uiri uocantur in crimine Iudex acrerum
dominos referat ut de huius modi ipsorum quid fieri
debeat dominorum precepti o iusta constituat

Impppp gratianus ualentinianus et theodo
sius aaa flauiano ppo hilliricae et hitaliae

Si uindicari in aliquos seuerius contra sam consue
tudinem procausae in tuitu uius serimus nolumus
statim eos aut subire penam aut excipere sententiam.
sed p dies xxx sup statue orum sors et fortuna suspensa
sit Reossane accipiat uinciant que custodia et excubi
is sollertibus uigilanter obserbet dat xv kseptembanonio et siagrio
ccssl b

Interp Si princeps cuiuscumque grauia accusatione com
motus quem quamoccidi preceperit honstatim aiudici
bus quea bi rato principe iussa sunt conplean tur
sed trigintadiebus quipuhiri iussus estre seruetur
donec pieta s dominorum iustitia e amica subuenia t

Impp archadius et honorius aa eutichiano ppo

Sanc imus si bi esse poenam ubi hoxa est propinquos hros
et familiares procalumniam submouemus quos reos
sceleris societas honfacit Nec enim adfinitas uel amicitia
nefariumcrimen admittunt. Peccata igitur suos tene
ant auctores. Nec ulterius progrediatur metus quam

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Interpretatio. Iudex criminosum discutiens non ante sententiam proferat capitalem, quam aut [1] reus ipse fateatur, aut convictus vel per innocentes testes vel per conscios criminis sui, aut homicidium aut adulterium aut maleficium commisisse manifestius convincatur.

(2) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Praetextatum [2]. Quoties in senatorii ordinis viros pro qualitate peccati austerior fuerit ultio proferenda, nostra potissimum explorentur arbitria, quo rerum atque gestorum tenore comperto, eam formam statuere possimus, quam modus facti contemplatioque dictaverit. Dat. VIII Id. Oct., Remis, Gratiano A. *I.* et Dagalai*pho* Coss.

Interpretatio. Si quando aliquae maiores personae aut alicuius dignitatis viri vocantur in crimen [3], iudex ad rerum dominos referat, ut de huius modi personis quid fieri debeat, dominorum praeceptio iusta constituat.

(3) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Flaviano Praefecto praetorio Illyrici et Italiae. Si vindicari in aliquos severius, contra nostram consuetudinem, procausae intuitu iusserimus, nolumus statim eos aut subire poenam, aut excipere sententiam, sed per dies XXX super statu eorum sors et fortuna suspensa sit. Reos sane accipiat vinciatque custodia, et excubiis solertibus vigilanter observet. Dat. XV Kal. Sept., *Verona* [4], Antonio et Syagrio Coss.

Interpretatio. Si princeps cuiuscumque gravi accusatione commotus, quemquam occidi praeceperit, non statim a iudicibus, quae, ab irato principe, jussa sunt, compleantur, sed triginta diebus, qui puniri iussus est, reservetur, donec pietas dominorum iustitiae amica subveniat.

(4) Impp. Arcadius et Honorius AA. Eutichyano Praefecto praetorio. Sancimus, ibi esse poenam, ubi *et* [5] noxa est. Propinquos, *notos* [6] et [7] familiares procul a calumnia summovemus, quos reos sceleris societas non facit; nec enim affinitas vel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur suos teneant auctores, nec ulterius progrediatur metus, quam *(Sequitur textus pag.* 167*)*

---

[1] Palimp.: *ut.*
[2] Haenel add.: *A. Pf. P.*
[3] Palimp.: *crimine.*
[4] Palimp. om.: *Verona.*
[5] Haenel add.: *et.*
[6] Palimp.: nostros.
[7] Haenel om.: *et.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

REPERITUR DELICTUM HOC SINGULIS QUIB·Q·IUDICIB· INTIMETUR
DATA VIII ℞ AGS CONSTANTINOPOLIM THEODORO UC CCOSSB
INTERP PENA ILLUM TANTUM SEQUATUR QUI CRIMEN ADMISIT· PRO
PINQUI UERO AD FINES UEL AMICI FAMILIARES UEL NOTI SI CONSCII
CRIMINIS NON SUNT NON TENEANTUR OBNOXII NEMO DE PROPIN
QUITATE CRIMINOSI AUT DE AMICITIIS TIMEAT NISI QUIS CELUS AD
MISERIT XXXI NEIUSSU PRINCIPIS CERTIS IUDICIB· LICEAT CONFISCARE
IMP THEOD Ā ET UALENTINIANUS C AD HIERIUM PREPOSIT

NULLI IUDICUM EXCEPTIS HIS QUI IN SUMMA AD MINISTRATIONI SUNT
POSITI POTESTATE UITE QUOQUE NOXIIS IUS ADIMENDE SORTITI
SUNT QUEMQUAM OMNINO IN CONSULTA NOSTRA CLEMENTIA
NULLO GERE CRIMINATIONIS TRISTI LICEAT PROSCRIPTIONEM
POTESTATIS PRECELLERE AD NOS SIMULATIONEM GENERA QUES
TIONIS. ORDO CRIMINUM. MOLES DOCUMENTORUM.
PROBATIONUM Q· PENSANDA LIBRAMENTA MITTANTUR. NEMO
SIBI PRESUMAT MODERATORUM PROUINCIARUM Q· RECTORUM
SUB QUIB·CUMQUE IN FOLIS POTESTATIS QUEMQUAM PATRIMONII
UNIUERSIS PRIUARE SUBSIDIIS IN ILLOS GLADIIS UI ET LUSE
UERITATIS EXERCEANT IN QUOS STATIM DISTRINGI FERRUM LU
RA PRECIPIUNT QUORUM Q· DE FERRI SUPPLICIUM MATE
RIAE ESTIN TERITUS PLURIMORUM.

DAT X KAL FBS CONSP DON THEOD Ā XI ET UALENTINIANO CCSSB
INTERP NULLUS IUDICUM PRIUATAS FACULTATES FISCI NO
MINE PROSCRIBERE AUT OCCUPARE PRESUMAT. SED AD RE
RUM DNOS REFERANT CAUSAM PRO QUA HOC ALIQUIS MEREA
TUR. ET QUOD IUSSUM FUERIT OBSERUETUR

DE BONIS PRESCRIPTORUM SEU DAMNATORUM

IMPP UALENTINIANUS ET UALENS AA AD SYMACHUM PUR
UBSTANTIA M DAMNATORUM INTEGRA MAD LIBEROS PUENIRE
ET SI QUA LIBET CAUSA POSITIS PARENTIBUS LIBEROS HEREDES
ESSE PRECIPIMUS. EXCEPTA SOLA MAIESTATIS QUESTIO
NE QUAM SI QUIS SACRILEGO ANIMO AD SUMIT IUSTE POENAM
AD SUOS AETIAM POSTEROS MITTIT.

DAT VII KAL DECEMB. MDLNO DIUO IOUIANO ET UARRONIANO CONSULIB.
INTERP SI QUIS PRO CRIMINE SUO OCCIDI UEL DAMNARI MERUERIT

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

reperitur delictum. Hoc singulis quibusque iudicibus intimetur. Dat. VIII Kal. Aug., Constantinopoli, Theodoro V. C. Cos.

Interpretatio. Poena illum tantum sequatur, qui crimen admisit. Propinqui vero, affines vel amici, familiares vel noti, si conscii criminis non sunt, non teneantur obnoxii. Nemo de propinquitate criminosi aut de amicitiis timeat, nisi qui scelus admiserit.

TIT. XXXI.—NE *SINE* [1] IUSSU PRINCIPIS CERTIS IUDICIBUS LICEAT CONFISCARE. (1) IMP. THEODOSIUS A. ET VALENTINIANUS C. AD HIRCIUM PRAEFECTUM PRAETORIO. Nulli iudicum, exceptis his, qui in summa administrationis sunt positi potestate, vitae quoque noxiis ius adimendae sortiti sunt, quemquam omnino inconsulta nostra clementia *in* nullo genere criminationis tristi liceat proscriptio*nis* tempestate percellere. Ad nos simulationum genera, quaestionis ordo, criminum moles, documentorum probationumque pensanda libramenta mittantur. Nemo sibi praesumat moderatorum provinciarumque rectorum, sub quibuscumque infulis potestatis, quemquam patrimonii universis privare subsidiis. In illos gladii sui et ius severitatis exerceant, in quos statim destringi ferrum iura praecipiunt, quorumque diferri supplicium materia est interitus plurimorum. Dat. X Kal. Febr., Constantinopoli, D. N. Theodosio A. XI et Valentiniano [2] Coss.

Interpretatio. Nullus iudicum privatas facultates fisci nomine proscribere aut occupare praesumat, sed ad rerum dominos referat causam, pro qua hoc aliquis mereatur, et quod iussum fuerit, observetur.

TIT. XXXII.—DE BONIS PROSCRIPTORUM SEN DAMNATORUM. (1) IMPP. VALENTINIANUS ET VALENS AA. AD SYMMACHUM PRAEF. URBIS. Substantiam damnatorum integram ad liberos pervenire, et in qualibet causa positis parentibus liberos heredes esse praecepimus, excepta sola maiestatis quaestione; quam si quis sacrilego animo assumit, iuste poenam ad suos etiam posteros mittit. Data VII Kal. Dec., Mediolano, D. Ioviano et Varroniano Coss.

Interpretatio. Si quis pro crimine suo occidi vel damnari meruerit, *(Sequitur textus pag.* 169*)*

---

[1] Palimp. om.: *sine.*
[2] Haenel add.: *Augustis.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

CRIMENCUMAUCTORED EFICIAT BONAUEROEIUS AD FILIOSUEL AD HERE
DES LEGITIMOS PERTINEBUNT NISI FORTE MAIESTATIS CRIMINE
DAMNATUS SIT ALIQUIS QUORUM AETIAM FILIOS DE BONIS DAM
NATI PATRIS FIERI IUBEMUS ALIENOS.
IMPPP GRATIAN ET SUALENTINIAN ET THEOD AAA POSTUMIANO PPO
D BENEFICIUM LEGIS UALENTINIANI PERTINEANT POSTUMI QUO
Q. PUNITI PATRIS UT BONA FACIANT NON CADUCA ET NE QUIS
PATRUM QUI FUERIT UEL SUBPOSITUM ARGUAT UEL NON SUB
POSITUM MENTIATUR. SI FORTE EO TEMPORE QUO MARITUM
SEUERITAS RAPIT AD POENAM. EXCEPTO TAMEN MAIESTATIS
REATU SICUT ANTE PRECEPTUM EST GRAUIDAM SEU UXOR AD
UERTERIT MITTAT AD IUDICEM CONUENIAT MAGISTRATUS
MANEAT DEPOSITA DE CONCEPTIONE TESTATIO PETANTUR
FUTURAE PARTITUDINIS TESTIMONIA. ADIBITIS QUE CUS
TODIBUS FECUNDITAS PUDICA RESERUETUR. QUIPPE ILLAM
FIDEM SOLAM GENERIS FISCO NOSTRO UOLUMUS ESSE POTIO
REM DE CUIUS MINIME NATIUITATE DUBITETUR.

DATA VIIII IDUS APRILIS CONSTANTINOPOLI MEROBAUDE ET SATURNINO CCSSLB.

INTERP SI QUIS DAMNATUS PRAEGNANTEM RELIQUERIT UXOREM
STATIM MULIER DE CONCEPTO SUO IUDICEM UEL CURIALES CON
TESTETUR UT CUM PEPERIT BONIS DAMNATI POSTUMUS
HOC EST POST MORTEM PATRIS NATUS SUCCEDAT.

IMPP ARCHADIUS ET HONORIUS AA CAESARIO PPO

SI QUIS POST HAC ISTI LUM QUOD ABSIT PROSCRIPTIONIS EXCE
PERIT SOLUS CRIMINIS SUIS OLUAT POENAS. NEMINI EMHA
BEAT IN BONORUM AMISSIONE CONSORTEM. SI ITA PROSCRIPTI
MARITI SORTE UXOR ALIENA QUOD UT AD SOLET PROSCRIPTO
UXOR PROPRIAS UEL UT MANU IN IECTA UI INDICE TAUT CERTE
QUOQUE MODO OCCUPATAS STATIM RECIPIAT FACULTATES DOS
AETIAM NON QUEA LIQUOTIES IN ANITER DOTALIUM INSTRUMEN
TORUM TENORE CONSCRIBI TURSED QUAM SE CORPORALITER
TRADIDISSE DOCUERIT PRESENTETUR AETIAM SI FORTE CUM
PROSCRIPTIONIS MIXTA SUNT NON HEGENTUR. QUAE AB IN
NOXIO AD HUC MARITO ANTE NUPTIAS TITULO DONATIONIS
ACCEPERIT. SI NUERO FRATER SOROR PROPINQUUS AD FINIS

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

crimen cum auctore deficiat; bona vero eius ad filios vel ad heredes legitimos pertinebunt: nisi fortè maiestatis crimine damnatus sit aliquis, quorum etiam filios de bonis damnati patris fieri iubemus alienos.

(2) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Postumiano Praefecto praetorio. Ad beneficium legis Valentiniani pertineant posthumi quoque puniti patris, ut bona faciant non caduca. Et ne quis partum, qui fuerit, vel suppositum arguat, vel non suppositum mentiatur, si forte eo tempore, quo maritum severitas rapiet ad poenam,—excepto tamen maiestatis reatu, sicut aute praeceptum est—gravidam se uxor adverterit, mittat ad iudicem, conveniat magistratus, maneat deposita de conceptione testatio, petantur futurae partitudinis testimonia, adhibitisque custodibus foecunditas *pudica* servetur. Quippe illam *fid*em solam generis fisco nostro volumus esse potiorem, de cuius minime nativitate dubitetur. Dat. VIII Id. Apr., Constantinopoli, Merobaude *II* et Saturnino Coss.

Interpretatio. Si quicumque damnatus praegnantem reliquerit uxorem, statim mulier de conceptu suo iudicem vel curiales contestetur, ut quum pepererit, *in* bonis damnati posthumus, hoc [1] est, post mortem patris natus succedat.

(3) Impp. Arcadius et Honorius AA. Caesario Praefecto praetorio. Si quis posthac stilum, quod absit, proscriptionis exceperit, solus criminis sui solvat poenas: neminem habeat in bonorum amissione consortem. Sit a proscripti mariti sorte uxor aliena, quo—ut assolet—proscripto, uxor proprias, velut manu iniecta, mox vindicet, aut certe quoquo modo occupatas statim recipiat facultates. Dos etiam, non quae aliquoties inaniter dotalium instrumentorum tenore conscribitur, sed quam se corporaliter tradidisse docuerit, praesentetur. *Ea* etiam, si forte cum proscripti *b*onis mixta sunt, non negentur, quae ab innoxio adhuc marito ante nuptias titulo donationis acceperit. Sin vero frater, soror, propinquus, affinis *(Sequitur textus pag.* 171*)*

---

[1] Haenel: *id est*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

ET QUICUMQ, PROSCRIPTO QUALIBET SORTE SOCIANTUR TAMLŌ
ÇÉEHIMUNUSQUISQUE A METU HAC POENA ESSE DEBET QUAM A
LIENUS ACRIMINE EST

DATA III NONAS AGS CONSTANTINOPOLI ARCHADIO ET HONORIO CCSSB

INTERP QUICUMQ, DAMNARI PROSCRIBIQ, MERUERIT A BEIUS
FACULTATIBUS BONA UXORIS SEQUESTRENTUR. ITA UT DOTEM
QUAM MARITO UXOR AUT EIUS PARENTES OBTULERUNT EDO
NATIONEM QUAM ANTE NUPTIAS PRO CONIUNCTIONE PERCEPE
RAT UXOR RETINEAT SIBIQ, UINDICET A BONIS PROSCRIPTE
FACULTATIS ALIENA QUIA IN MARITI CRIMINE UXOR NON PO
TEST OBLIGARI. ♁ IDEM AA STUDIO CORRECTORI RP

NEQUIS PROSCRIPTORUM BONA UEL EORUM QUI PUBLICAM
UIDENTUR EXCEPISSE SENTENTIAM INTRA BIENNIUM
EXTIMET POSTULANDA ABSTINEANT FACULTATIBUS IN
TRA ID TEMPORIS EXPETENDIS UT AUT PROPRIAS QUIS RECI.
PIAT SI UT NOBIS INGENITUM EST DURIORES CASUS ET TRISTI
OREM FORTUNAM IMPERATORIA HUMANITATE MOLLIAMUS
UT TUNC DEMŪ POSTULET CŪIAM FISCALĒ POTIUS QUAM
PROSCRIPTORUM EXPETISSE NOSCANTUR. SI QUIS AUTEM
PETENDAS PROSCRIPTI UEL DEPORTATI INTRA BIENNIUM
CREDIDERIT FACULTATES. CAREAT FRUCTU LIBERALITATIS
AUGUSTAE. ITA UTHEC INSTRUANTUR HUIUSMODI PETITIONES
NEC SI TEMERE INSTRUCTAE FUERINT ET SUB SPECIALIS BENEFI
CII MUNIFICENTIAM NRAM PROUOCAUERINT LIBERALITATEM
HABEANT ALIQUAS UIRES INDULTA.

DAT XIIII KAL FEB CONSTANTINOPOLIM UINCENTIO ET FRAUITA CONSULIBUS

INTERP BONA EIUS QUI PROSCRIBI MERUERINT A QUOCUMQ,
INTRA BIENNIUM NON PETANTUR. SI QUIS UERO INTRA BIEN
NIUM PROSCRIPTI BONA PETIERIT QUOD MERUERIT NON
UALEBIT. QUIA SOLITA MISERICORDIA NOSTRA PIETAS COMMO
UERI ET REDDERE QUE MERITO COMMOTA LUSSIT AUFERRI. ♁ V

XXXIII DISTINTIAM PASSIS ET RISTITUTIS ITLIBERIS EORM

IMP CONSTANTINUS A AD MAXIMUM PF U
HQUESTIONE TESTAMENTI QUOD DEPORTATI FILIUS REMEANTE
PATRE FECISSE. ET REMOTIS UL PLANIA DQ PAULINO TIS

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

et quicumque proscripto qualibet sorte sociantur. Tam longe enim unusquisque à metu ac poena *ab*esse debet, quam alienus a crimine est. Dat. III Non. Aug., Constantinopoli, Arcadio *IV* [1] et Honorio *III AA.* [2] Coss.

Interpretatio. Quicumque damnari proscribique meruerit, ab eius facultatibus bona uxoris sequestrentur, ita ut *et* [3] dotem, quam marito uxor aut eius parentes obtulerunt, et donationem, quam ante nuptias pro coninuctione perceperat [4], uxor retineat, sibique vindicet a bonis proscriptae facultatis aliena, quia in [5] mariti crimine uxor non potest obligari.

(4) IIDEM AA. STUDIO CORRECTORI [6] REIPUBLICAE. Ne quis proscriptorum bona vel eorum, qui publicam videntur excepisse sententiam, intra biennium aestimet postulanda. Abstineant facultatibus intra id temporis expetendis, ut aut proprias quis recipiat, si, ut nobis ingenitum est, duriores casus et tristiorem fortunam imperatoria humanitate molliamus, aut tunc demum postulet, quum iam fiscalem potius quam proscriptorum *rem* [7] expetisse noscatur. Si quis autem petendas proscripti vel deportati intra biennium crediderit facultates, careat fructu liberalitatis augustae, ita ut nec instruantur huiusmodi petitiones, nec si temere instructae fuerint et sub specialis beneficii munificentia nostram provocaverint liberalitatem, habeant aliquas vires indulta. Data XIV Kal. Feb., Constantinopoli, Vincentio et Fravitta Coss.

Interpretatio. Bona eius, qui proscribi meruerint, a quocumque [8] intra biennium non *com*petantur. Si quis vero intra biennium proscripti bona petierit, quod meruerit, non valebit, quia solita misericordia nostra pietas commoveri et reddere, quae merito commota iussit auferri.

TIT. XXXIII. — DE SENTENTIAM PASSIS, ET RESTITUTIS ET LIBERIS EORUM. (1) IMP. CONSTANTINUS A. AD MAXIMUM. PRAEFECTUM URBIS. In quaestione testamenti, quod deportati filius remeante patre fecisse*t*, et [9] remotis Ulpiani atque Pauli notis,

---

[1] Palimp. om.: *IV.*
[2] Palimp. om.: *III.*
[3] Palimp. om.: *et.*
[4] Haenel: *susceperat.*
[5] Haenel om.: *in.*
[6] Haenel: *comiti.*
[7] Palimp. om.: *rem.*
[8] Haenel om.: *a quocumque.*
[9] Haenel om.: *et.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

PAPIANI plx etualeresententiam ut in patris sit filius po
testate cui dignitas hac bona restituta sunt. Ita tamen ut
cesta ap filium cuius consilia legitima hetas firmauerit rata
sint eodem in potestate patria redeunte Nec eorūres
cissio efficiat quod est maxime absurdum eodem tempo
re nec in patris nec in sua quem quam fuisse potestate Mi
nore enim hetate iure quidquam agere prohibentur Quib.
si damnato patre tutor datus est Nec esse est tuta bo ffi
cio recedat regresso eo. quem non solum nomine redire sed
ae tiam officium sum nulla prauitate corruptum liberis pre
bere oportet. Ut eorūbona tueatur et augeant Nam
si patria potestate ad corrumpendia dq, effundendi pa
trimonii licentiam abutetur Ut furiosoh ardementi item
prodigo libidinum omnium uitiorumq, seruo non est eorū
pecunia committenda, Ad administratione fugeat ne
q, tutores sedes inat Omniaque minoris dispendia suis
ips eda mnis prestet Sententiam uero de portationis
nullo patre m preiudicio dem inuat. Quod si con pta integri
tas ut natura officio liberis restituerit et gubernacula
rerum tradenda sunt cuius adimitatione m publici iuris
prouisa custodia est. Quenisi bonis patribus detur luc
tuosior erit reditus quam discessus Ideo q, tantum
ad restitutionem indulgentia ualeat quantum ad cor
rectionem sententia ualuit Utque de portationis
ipsum pse nomen rerum omnium spoliatio est Ita indul
gentia reditus bonorum omnium hac dignitatis uno
nomine amissorum omnium sit recuperatio. et filii
ae mancipationem a patribus officiu petant Ut liber
tatem non damnationis sed lenitatis paternae testem
habeant DATA XIIII KAL OCTBS SIRMIO CRISPO II ET CONSTANTIO u c CCSSB

INTERP Si quis pater in exilio missus filium in maiori
aetate reliquerit quecumq, de propriis bonis gessit filius
iuxta sententiam papiniani rata et firma permaneant
Nec contra aut testamentum aut transactionem filii
reuersus pater uenire permittitur Sane cum redierit
pater si filium uiuum inuenerit

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Papiniani placet valere sententiam, ut in patris, sit filius potestate, cui dignitas ac bona restituta sunt. Ita tamen, ut gesta per filium, cuius consilia legitima aetas firmaverat, *rata* sint eodem in potestatem patriam redeunte, ne eorum rescissio efficiat, quod est maxime absurdum, eodem tempore nec in patris nec in sua quemquam fuisse potestate. Minores enim aetate iure quicquam agere prohibentur. *Quibus* si damnato patre tutor datus est, necesse est, ut ab officio recedat, regresso eo, quem non solum nomine redire, sed etiam officium suum nulla pravitate corruptum liberis praebere oportet, ut eorum bona tueatur et augeat. Nam si patria potestate ad corrumpendi atque effundendi patrimonii licentiam abutetur, ut furioso ac dementi, item prodigo, libidinum omnium vitiorumque servo non est eorum pecunia committenda: ab administratione fugiat: neque tutor esse desinat, omniaque minoris dispendia suis ipse damnis praestet. Sententia vero deportationis nullo patrem praeiudicio deminuat. Quod si comperta integritas ut natura, *ita* [1] officio liberis restituerit, ei gubernacula rerum tradenda sunt, cuius, ad imitationem publici iuris, provisa custodia est. Quae nisi bonis patribus detur luctuosior erit reditus quam discessus. Ideoque tantum ad restitutionem indulgentia valeat, quantum ad correctionem sententia valuit. Utque deportationis ipsum per se nomen rerum omnium spoliatio est, ita indulgentia reditus bonorum omnium ac dignitatis uno nomine amissorum omnium sit recuperatio. Et filii emancipationem a patribus officii*s* petant, ut libertatem non damnationis, sed lenitatis paternae testem habeant. Data XVIII Kal. Oct., Sirmio, Crispo II et Constanti*n*o *II Caess*. V. C. consulibus.

Interpretatio. Si quis pater in exsilium missus filium in maiore aetate reliquerit, quaecumque de propriis bonis gessit filius, iuxta sententiam Papiniani rata et firma permaneant, nec contra aut testamentum aut transactionem filii reversus pater venire permittitur. Sane quum redierit pater, si filium vivum invenerit, *(Sequitur textus pag.* 175*)*

---

[1] Palimp. om.: *ita*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

filiumininsumpaternapotestatereciPit. Ceterum
quoddereb·proPriisabsentepatrefiljus ς essit· re
uersuspater reuocarenonPoterit. Quid quidueRo
inannismiNoRib· PositiFecerintPenitusNonualebit,
Quitamenpro hetateu el pro absentia patris tutores
uel curatoresacceperint reuersuspaterrepulsis
curatorib· uel tutoribuscumomnifaculTatereciPiat
eacondition eut remfilioRumitaadminisTret· etreςat
utnonsolūdetrimenta nōsentiantsed studiopatris resuel
facultasproficiatfiliorum· Quodsipateraut prodigus
autneglegensautemersoraut libidinidedituseSSecon
uincetur Etfiliorumresimpiehacdementeruastare
hacdilapidare cognoscitur filiitalispatristam quameo
mortuo subtutoreautcuratorecon sistant· quiasicut
aequumestutbonusetutilispaterremfilioRumregen
da madminisTranda mq; recipiat itajhiquumestut
indamnumfiliorumreuersusfaculTatesatutoribus
curatoribusueseruatasdementisubuersionedel a
ceret

De his qui ad ecclesias confugiunt.

Impp theodosiusetualentinianusaa antiocho ppp
Pateantsummidi·templatimentibus Necsolumaltaria
etoratoriumtempli circumiectum quia aecclesiasquadri
pertitointrinsecuspariętumseptuconcludit. adtuitio
nemfugiendaumsanscimsessepropositas· Sedusqueadex
tremasfores æclesiaequasorantiumçestienepopulꝰ
primasingrediturconfugientibusaramsalutis esse
precipimus· Utintertemp luquemparietum discripsi
muscinctuetpostLocapublicaianuasprimas aecclesiæ
quidquidfueritinterjacens siueincellulissiueindomib·
ortulis· balneis·areis· adq;·porticib· confugasinterioris
templjuicetueatur Necinextrahendoseosconetur
quisquamsacriLegasmanŭsinmittere. Neq;·hocausus
sitcūdiscrimensuauideat. adexpectandamopemipsiq̃oq;
confugiahthancautēispatiilatitudinēideoindulgimus

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

filium in ius suum paterna potestate recipiet. Ceterum quod de rebus propriis absente patre filius gessit, reversus pater revocare non poterit. Quicquid vero *filii* [1] in annis minoribus positi [2] fecerint, penitus non valebit. Qui tamen *si* [3] pro aetate vel pro [4] absentia patris *aut* [5] tutores vel curatores acceperint, reversus pater *filios* [6], repulsis curatoribus vel tutoribus, cum omni facultate recipiet: ea *tamen* [7] conditione, ut rem filiorum ita administret ac regat, ut non solum detrimenta non sentiant, sed studio patris res vel [8] facultas proficiat filiorum. Quod si pater aut prodigus aut negligens aut eversor aut libidini deditus esse convincetur, et filiorum res impie ac dementer vastare ac dilapidare cognoscetur, filii talis patris, tamquam eo mortuo, sub tutore aut curatore consistant: quia sicut aequum est, ut bonus et utilis pater rem filiorum regendam administrandamque recipiat, ita iniquum est, ut in damnum filiorum reversus facultates a tutoribus curatoribusque *re*servatas dementi subversione dilaceret.

TIT. XXXIV.—DE HIS, QUI AD ECCLESIAS CONFUGIUNT. (1) IMPP. THEODOSIUS ET VALENTINIANUS AA. ANTIOCHO PRAEFECTO PRAETORIO. Pateant summi Dei templa timentibus: nec sola altaria et oratorium templi circumiectum, quod ecclesias quadripertito intrinsecus parietum septo concludit, ad tuitionem confugientium sancimus esse proposita, sed usque ad extremas fores ecclesiae, quas orantium [9] gestiens populus primas ingreditur, confugientibus aram salutis esse praecipimus, ut inter templum, quod [10] parietum descripsimus cinctu, et post loca publica ianuas primas ecclesiae quicquid fuerit interiacens, sive in cellulis sive in domibus, hortulis, balneis, areis atque porticibus, confugas interioris templi vice tueatur. Nec in extrahendos eos conetur quisquam sacrilegas manus immittere, ne qui hoc ausus sit, quum discrimen suum videat, ad expetendam opem ipse quoque confugiat. Hanc autem spatii latitudinem ideo indulgemus, *(Sequitur textus pag.* 177*)*

---

[1] Palimp. om.: *filii*.
[2] Haenel: *constituti*.
[3] Palimp. om.: *si*.
[4] Haenel om.: *pro*.
[5] Palimp. om.: *aut*.
[6] Palimp. om.: *filios*.
[7] Haenel add.: *tamen*.
[8] Haenel: *et*.
[9] Haenel: *ovatum*.
[10] Palimp.: *quem*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

HEI HIPSO DEI TEMPLO ET SACROSCIS ALTARIBUS CONFLUGIENTIUM
QUEMQUAM MANERE UELUES CERE CUBARI UEL PHOCTARE LICEAT
IPSIS HOC CLERICIS RELIGIONIS CAUSA IPSIS QUI CONFUGIUNT
PIETATIS RATIONE SERUANTIBUS. ARMA QUOQ, IH QUOUIS TELO
FERRO UEL SPECIE EOS QUI CONFUGIUNT MINIME IN TRA AECLESI
AS HABERE PRECIPIMUS QUAE HOMMODO A SUMMI DEI TEMPLIS
HAC DIUINIS ALTARIB, PROHIBENTUR SED ETIAM CELLULIS DOMIB
ORTULIS BALNEIS ADQ, PORTICIBUS PROINDE HI QUI SINE ARMIS IN
GREDIANTUR HE HOC FACIANT PREMONEMUS DEINS TELIS
CINCTI QUOUIS ECLESIAE LOCO UEL AD TEMPLI SEPTA UEL CIRCA
UEL EXTRA SINT STATIM EOS UT ARMA DEPONANT AUCTORI
TATE EPISCOPI A SOLIS CLERICIS SEUERIUS CONUENIRI PRE
CIPIMUS DATA EIS FIDUCIA QUOD RELIGIONIS NOMINE MELI
US QUAM ARMORUM PRESIDIO MUNIANTUR. SED SIECLE
SIAE QUOCEMONITI POST TOT TANTORUM Q, DENUNTIATIO
NE SOLUERINT ARMA RELINQUERE IAM CLEMENTIAE
NOSTRAE APUT DM ET EPISCOPORUM CAUSA PURGATA ARMA
TISSIITA RESEXIGERIT INTROMISSIS TRAHENDOS SE AB STRAHENDOS Q,
ESSE COGNOSCANT ET OMNIB, CASIBUS ESSE SUBDENDOS
SED NEQ, EPISCOPO IN CONSULTO HEC SI NE NOSTRA SIUE IU
DICUM IN HAC AL MAURBE UEL UBICUMQUE IUSSIONE ARMA
TUM QUEMQUAM AB AECCLESIIS ABSTRAHI OPORTEBIT NE SI
MULTIS PASSIM HOC LICEAT CONFUSIONE GENERETUR
DATA X KAL APRIL CONSTANTINOPOLIM ANTIOCO CONSULE UC
INTERP ECLESIAE HAC DŌ LOCA DICATA REOS QUI IBIDEM

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

ne in ipso Dei templo et sacrosanctis altaribus confugientium quemquam manere vel vescere, cubare vel pernoctare liceat: ipsis hoc clericis religionis causa vetantibus, ipsis, qui confugiunt, pietatis ratione servantibus. Arma quoque in quovis telo, ferro vel specie eos, qui confugiunt, minime intra ecclesias habere praecipimus, quae non modo a summi Dei templis ac divinis altaribus prohibentur, sed etiam cellulis, domibus, hortulis, balneis, *areis* [1] atque porticibus. Proinde hi, qui sine armis ad sanctissimum Dei templum aut ad sacrosanctum altare sive usquam [2] gentium vel in hac alma urbe confugiunt, somnum intra templum sive ipsum altare vel omnino cibum capere absque aliqua eorum iniuria ab ipsis clericis arceantur, designantibus spatia, quae in ecclesiasticis septis eorum tuitioni sufficiant, ac docentibus, capitalem poenam esse propositam, si qui eos cone*n*tur invadere. Quibus *si* perfuga [3] non annuit, neque consentit, praeferendae humanitati [4] religio est et a divinis ad loca, quae diximus, turbanda temeritas. Hos vero, qui templa cum armis ingredi audent, ne hoc faciant, praemonemus; dein si telis cincti quovis ecclesiae loco vel ad templi septa vel circa vel extra sunt [5], statim eos, ut arma deponant, auctoritate episcopi a solis clericis severius conveniri praecipimus, data eis fiducia, quod religionis nomine melius quam armorum praesidio muniantur. Sed si ecclesiae voce moniti, post tot tantorumque denuntiationes, noluerint arma relinquere, iam, clementiae nostrae apud Deum et episcoporum causa purgata, armatis, si ita res exegerit, intromissis, trahendos se abstrahendosque esse cognoscant et omnibus casibus esse subdendos. Sed neque episcopo inconsulto, nec sine nostra sive iudicum in *h*ac alma urbe vel ubicumque iussione armatum quemquam ab ecclesiis abstrahi oportebit, ne, si multis passim hoc liceat, confusio generetur. Data X Kal. Apr., Constantinopoli, Antiocho consule Viro clarissimo [6].

Interpretatio. Ecclesiae ac loca Deo dicata reos, qui ibidem *(Sequitur textus pag. 179)*

---

[1] Palimp. om.: *areis.*
[2] Palimp.: *usque ad.*
[3] Palimps.: *ipso perfuga.*
[4] Palimps.: *humanitatis.*
[5] Palimps.: *sint.*
[6] Haenel add.: *et qui fuerit nuntiatus.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

TIMORECONPULSIREFUGERINTTITATUEANTURUTNULLUSLOCIS
SCISADDIREPTIONEMREORUMUIMHACMANUSADFERREPRESU
MANT SEDQUIDQUID SPATIUELINPORTICIBUSUELIHATRIIS·UEL
INDOMIB·UELINAREIS AD ECLESIAM ADIACENTIB·PTINETUELINTE
RIORATEMPLIPRECIMSCUSTODIRI UTREOSTIMORISHECESSI
TASNONCONSTRINGAT CIRCAALTARIAMANERE ETLOCAUEHE
RATIONEDIGNAPOLLUERE. SANESIQUISADLOCASCACONFU
GERIT· ARMASIQUASECUMPORTAUERINTMOXDEPONANT·
NECSEEXTIMENTMAGISARMORUMPREDIOQUAMSCORM
LOCORUMUENERATIONEDEFENDI· QUODSIDEPONEREARMA
NOLUERINT ETSACERDOTIUELCLERICIS NONCREDIDERINT
SCIANTSEARMORUMUIRIB' EXTRAHENDOS· SIUEROEX
TRAHEREDELOCISSCISQUEMLIBETREUMQUACUMQUERA
TIONETEMPTAUERITHOUERIT SECAPITALISUPPLICIOESSEDANAN
dum

EXPLI LIBER VIIII IN PLBX

DE IURE FISCI

Imp CONSTANTINUS A ADSEUERUM RATINAL AFRICE POSTALIA
POSSESSIONES adq·MANCIPIA EXEMPTA FISCI PATRIMONIO
QUIB·DANDO HAUIMUS HAEC DIRECTO IURE adq·PERPETUO ABSQ·
OMNIQUESTIONE UOLUMUS OBTINERI· POENAE CONTRARATIO
NALES ET MAGISTROS adq·OFFICIALES PROPOSITA SIQUID CON
TRA TEMPTAUERINT E C T R

PPAVI KALIUNIAS ROMAE INFORO TRAIANI CONSTANTINO AV ET LICINIO C CCSSB.

INTERP QUIBUSCUMQ·AGRIAD QUE MANCIPIA QUIB·CUQ·P
SONIS DE FISCI NSI IURE DONANTUR A PUTEOS QUIB·DONATA
SUNT SINE SUSPICIONE ALIQUA UOLUMUS PMANERE CONTRAOR
DINATORES DOMO RUDNICARUM POENA PROPOSITA SICON
TRA PRECEPTIONEM FACERE COGNOSCANTUR· ;;;;;

DE LOCATIONE FUNDORUM IURIS EN FITHEUTICI ET REI PUBLICAE ET TEMPLORUM.

IMPPP UALENTINIANUS UALENS ET GRA
TIANUS AAA AD PROBUM PRÆFECTUM

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

timore compulsi refugerint [1], ita tueantur, ut nulli locis sanctis ad direptionem reorum vim ac manus afferre praesumant: sed quicquid spatii vel in porticibus, vel in atriis, vel in domibus, vel in areis ad ecclesiam adiacentibus pertinet, vel [2] interiora templi praecipimus custodiri, ut reos timoris necesitas non constringat circa altaria manere et loca veneratione digna polluere. Sane si qui ad loca sancta confugeri*nt*, arma, si qua secum portaverint, mox deponant, Nec se ex*i*stiment magis armorum praesidio quam sanctorum locorum veneratione defendi. Quod si deponere arma noluerint et sacerdoti vel clericis non crediderint, sciant se armorum [3] viribus extrahendos. Si vero extrahere de locis sanctis quemlibet reum quacumque ratione *quis* [4] tentaverit, noverit se capitali supplicio esse damnandum.

EXPLICIT *CODICIS THEODOSIANI* LIBER IX. INCIPIT *CODICIS THEODOSIANI LIBER* X.

TITULUS I.—DE IURE FISCI. (1) Imp. Constantinus A. ad Severum Rationalem Africae. Post alia. Possessiones atque mancipia exemta fisci patrimonio quibusdam donavimus. Haec directo iure atque perpetuo absque omni quaestione volumus obtineri; poena contra rationales et magistros *privatae rei* [5] atque officiales proposita: si quid contra tentaverint etc. Proposita XVI Kal. Iun., Romae in foro Traiani, Constantino A. V. et Licinio Caes. Coss.

Interpretatio. Quicumque agri atque mancipia quibuscumque personis de fisci nostri iure donantur, apud eos, quibus donata sunt, sine suspicione aliqua volumus permanere: contra ordinatores domorum dominicarum poena proposita, si contra praceptionem facere cognoscuntur.

TIT. II.—DE LOCATIONE FUNDORUM IURIS EMPHYTEUTICI ET REIPUBLICAE ET TEMPLORUM. (1) Imppp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ad Probum Praefectum [6]. *(Sequitur textus pag. 181)*

---

[1] Haenel: *confugerint*.
[2] Haenel: *velut*.
[3] Haenel: *armatorum*.
[4] Palimp. om.: *quis*.
[5] Palimp. om.: *privatae rei*.
[6] Haenel add.: *Praetorio*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

CURIALIB·OMNIB·CONDUCENDORVM REIPUBLICE PREDIORVM HAC SALTVM
INIBEATUR FACULTAS ILLO AETIMOBSERUANDO NEQ̃ISCURIALVM
UEL DE EXTRANEIS CIUITATIB·AGROS HAC LOCA SUPRASCRIPTA SUBQ̃A LIBET
CONDUCTIONE SUSCIPIANT NE SUB HAC OCCASSIONE SERUITIA CURIE
DEBITA NON IMPENDANT DAT VIK̄AL IULIAS TREUERIS MODESTO ET ARINTIO 2 CONSS B
INTERP OMNIB·CURIALIB·CONDUCENDORVM REIPUBLICE AGRORUM
HAC SALTVM LICENTIA DENEGE·TR · ILLUTS PECIALITER OBSERUAN
DO UT NULLUS CURIALIS UEL DE EX·TRANEIS CIUITATIB·AGROS HAC LO
CA SUPRASCRIPTA SUBQUALIBET CONDICIONE SUSCIPIAT NE SUB
OCCASIONE SERUITIA CURIAE DEBITA NON IMPENDANT .

III DE ACTORIBUS PROCVRATORIBUS ET CONDUCTORIBUS REI PRIUATAE

IMP̄ CONSTANTINUS Ā AD FILIPPUM UICARIUM URBIS

SIQUIS A BACTORE RERUM PRIUATARUM N̄SARUM SIUE A PROCURA
TORE FUERIT UEXATUS UEL DE PREDATIONIB·
DEFERRE QUERIMONIA NON DUBITET QUA RES CUM FUE
RIT COMPROBATA SANXIMUS UT IDĒ QUI CONTRA PROUINCIA
LEM QUID QUAM MOLIRI FUERIT AUSUS PUBLICE CONCREME TR
QNM GRAUIOR POENA CONSTITUENDA EST IN HOS QUI N̄SI IURIS
SUNT ET NOSTRA DEBENT CUSTODIRE MANDATA

DAT III N̄ MARTIAS HERACLIO CONSTANTINO A III ETLICINIO III CCSSB

INTERP QUICUMQUE A BACTORE DOMINICO UEL A PROCURATO
RE ALICUIUS INIURIA IN PROUINCIA TE UEXATUS DE EORŪ CALUMNIIS
UEL DE PREDATIONIB·AD PRINCIPEM CONUOLARE DEBEBIT QUE
RES SI POTUERIT AD PROBARI EOS QUI CIRCA PROUINCIALES TALIA
FACERE AUSI SUNT PLACUIT IN CENDIO CONCREMARI· QUIA GRA
UIORE M POENAM PRINCIPES CONSTITUI UOLUERUNT IN EOS QUI SUI
IURIS SUNT ET SUA DEBENT CUSTODIRE MANDATA

IMPP UALENTINIANUS ET UALENS ĀĀ AD SEUERUM Ū URBIS
IUUM IULIANUM HOC COMPETENTISSIME DECREUISSE COMPERI
MUS·UT ACTORES REI PRIUATAE NOSTRIS MINIME NECESSITATIB·
TERRERENTUR·ADQ·AD FLICTARENTUR IN IURIIS QUAS SEPE
NUMERO RECTORES PROUINCIARUM UEL AD ROGATIONE IMPLI
CITA PRINCIPALIUM UEL PROPRIIS DECRETIS HORDINES FIERI
CENSUISSENT QUOD AD EOS NOS PROBAMUS UT RATUM ESSE
IUBEAMUS DAT XI KAL ĀGS MEDIOLANO UALENTINIANO ET UALENTE CCSSB

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Curialibus omnibus conducendorum reipublicae praediorum ac saltuum inhibeatur facultas: illo etiam observando, ne quis, curialium vel de extraneis civitatibus agros [1] ac [2] loca suprascripta sub qualibet [3] conductione suscipiat. Data VI Kal. Iul., Treviris, Modesto et Arintheo Coss.

Interpretatio. Omnibus curialibus conducendorum reipublicae agrorum ac saltuum licentia denegetur: illo specialiter observando, ut nullus curialis vel de extraneis civitatibus agros ac loca supra scripta sub qualibet conductione suscipiat, *ne sub hac occasione servitia curiae debita non impendat* [4].

TIT. III. — DE ACTORIBUS ET PROCURATORIBUS ET CONDUCTORIBUS REI PRIVATAE. (1) IMP. CONSTANTINUS A. AD PHILIPPUM V. U. Si quis ab actore rerum privatarum nostrarum sive a procuratore fuerit vexatus, super eius calumniis vel depraedationibus deferre querimoniam non dubitet. Quae res quum fuerit comprobata, sancimus, ut idem, qui contra provincialem quicquam moliri fuerit ausus, publice concremetur, quoniam gravior poena constituenda est in hos qui nostri iuris sunt et nostra debent custodire mandata. Data III Non. Mart., Heracleae [5], Constantino A. III et Licinio III Coss.

Interpretatio. Quicumque ab actore dominico vel *a* procuratore *fuerit* [6] alicuius iniuriae improbitate vexatus, de eorum calumniis vel depraedationibus ad principem convolare debebit; quae res si potuerit approbari, eos, qui circa provinciales talia facere ausi sunt, placuit incendio concremari, quia graviorem poenam principes constitui voluerunt in eos, qui sui iuris sunt et sua debent custodire mandata.

(2) IMPP. VALENTINIANUS ET VALENS AA. AD SEVERUM V. U. Divum Julianum hoc competentissime decrevisse comperimus, ut actores rei privatae nostrae minime necessitatibus terrerentur atque afflictarentur iniuriis, quas saepe numero rectores provinciarum vel arrogatione illicita principalium vel propriis decretis ordinis fieri censuissent. Quod adeo nos probamus, ut ratum esse iubeamus. Data XI Kal. Aug., Mediolano, Valentiniano et Valente *AA.* [7] Coss.

---

[1] Haenel: *fundos.*
[2] Haenel: *aut.*
[3] Haenel: *sub hujus modi.*
[4] Verba haec om. Haenel.
[5] Palimp.: *Heraclio.*
[6] Palimp. om.: *fuerit.*
[7] Palimp. om.: *AA. (Augustis).*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

INTERP IULIANUM PRINCIPEM BENE HAC SALUBRITER STATUISSE CERTISSIMUM EST. UT ACTORES DOMUS D NICE. NULLIS NECESSITATIB. TURBARENTUR AUT FATIGARENTUR IHIURIIS. QUAS EIS FREQUENTER RECTORES PROUINCIARUM P SUCCESSIONES PRINCIPALIUM FACERE CONSUEUISSENT CUIUS FACTI CONSTITUTIONEM INTANTUM RATIONABILEM ET NECESSARIAM IUDICAMUS UT FIRMA MP MANERE IUBEAMUS.

IIII DE BONIS UACANTIBUS

IMP CONSTANTINUS Ā AD SEUERUM P̄UB

NEC INTERPELLATIS HIS QIB' PRO LABORIB. SUIS HAC MERITIS ALIQUID DONAUERIMUS SED IHIURE SUO HOC EST SINE MOLESTIA LITIS MANENTIBUS CONCITATOREM IUDICII QUI INQUIETUDINEM INFERRE TEMPTAUERIT ET EXAMINITUO PRESENTARI OPORTET ET CITRA MOLESTIAM POSSIDENTIS IUSSUUM MANIFESTIS PROBATIONIBUS DOCEANT IN QUO PARTES RELUCTANTES IPSE SUSCIPIES. QN̄M FRUCTUS LIBERALITATIS NOSTRE PULSATUS HAC EHIM LEGE SANCIMUS UT QUICUMQUE INTALES UEHIENS QUERELLAS SECUNDUM PRE DICTA FORMA IUSSUUM OSTENDANT HIS Q' CONPERTA FUERINT. AD HOSTRAM SCIENTIAM REFERENDIS UT SALUA POSSIDENTIUM PROPRIETATE QIB. UT DICTUM EST IN PPETUUM QUESITA EST FIRMITAS POSSIDENDI DELIBERATIONIS HRES IT QUALITER HIS QUI AD LEGATIONES SUAS PROBAUERINT BENEFICIO LENITATIS HSE EXTRINSECUS DEBEAT SUBUENIRE

RECITATA III NONAS AGS IHPALATIO CONSTANTINO Ā VII ET CONSTANTIO Ē C C S S B

INTERP NON INQUIETENTUR HII QUIB. ALIQUA PRO SUO LABORE DONAUIMUS. SED OMNIBUS Q' EIS DONAUIMUS IN IPSORUM IURE POSITIS HIS QUI EOS INQUIETARE UOLUERINT AD IUDICII AUDIENTIAM PRERTRAHANTUR. UT SINE ALIQUA MOLESTIA POSSIDENTIS IUSSUUM PULSATUS UALEAT CONFIRMARE OMNIBUSQUE HAC RE INTERPREFATOS HACTA FUERINT AD NOSTRAM NOTITIAM REFERENDIS UT ET NOSTRIS IN QUIETATUS REMEDIIS ADIUUETUR

V. DE PETITIONIBUS ET ULTRO DATIS ET DELATORIBUS

IMP CONSTANTINUS Ā AD POPULUM.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Interpretatio. Julianum principem bene ac salubriter statuisse certissimum est, ut actores domus dominicae nullis necessitatibus turbarentur aut fatigarentur iniuriis, quas eis frequenter rectores provinciarum per suggestiones principalium facere consuevissent. Cuius facti constitutionem in tantum rationabilem et necessariam iudicamus, ut firmam permanere iubeamus.

TIT. IV.—DE BONIS VACANTIBUS. (1) IMP. CONSTANTINUS A. AD SEVERUM PF. U. Nec interpellatis his, quibus pro laboribus suis ac meritis aliquid donaverimus, sed in iure suo, hoc est, sine molestia litis manentibus, concitatorem iudicii, qui inquietudinem inferre tentaverit, examini [1] tuo praesentari oportet, ut citra molestiam possidentis ius suum manifestis probationibus doceat: in quo partes reluctantis ipse suscipies, quoniam fructus liberalitatis nostrae pulsatur. Hac enim lege sancimus, ut, quicumque in tales venient querelas, secundum praedictam formam ius suum ostendaut: his, quae comperta fuerint, ad nostram scientiam referendis, ut salva possidentium proprietate, quibus, ut dictum est, in perpetuum quaesita est firmitas possidendi, deliberationis nostrae sit, qualiter his, qui allegationes suas probaverint, beneficio lenitatis nostrae extrinsecus debeat subveniri. Recitata III Non. Aug. in Palatio, Constantino A. VII et Constantio C. Coss.

Interpretatio. Non inquietentur ii, quibus aliqua pro suo labore donavimus, sed omnibus, quae *eis donavimus* [2], in ipsorum iure positis, is, qui eos inquietare voluerit, ad iudicii audientiam protrahatur, ut sine aliqua molestia possidentis ius suum pulsator valeat confirmare: Omnibus, quae hac [3] re inter praefatos acta fuerint, ad nostram notitiam referendis, ut et nostris inquietatus remediis adiuvetur.

TIT. V.—DE PETITIONIBUS ET ULTRO DATIS ET DELATORIBUS. (1) IMP. CONSTANTINUS A. AD POPULUM. *(Sequitur textus pag. 185)*

---

[1] Palimp.: *et examini.*
[2] Haenel: *quae a nobis donata sunt.*
[3] Haenel: *de re.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

CONPREMATURUNAMMAXIMAMHUMANAEUITAEMALUM. DELATOR
EXECRANDAPERNICIES. ETINTERPRIMOSCOHATUSINIPSISFAU
CIB' STRANGULETUR. ETAMPUTATARADICITUSINUIDIÆLINGUA
UELLATUR. ITAUTIUDICESNECCALUMNIAMNECUOCEMPRORSUSDE
FERENTISADMITTANT SEDSI QUIDELATOREXTITERITCAPITALISEN
TENTIÆSUBIUGETUR DAT ET PP ROM IM FORO DIUI TRAIANI FE DECMB CONSTANTINO ST LICINIO CSS B

quomodo dopuhi endisu htdilat ores.

INTERP ODELATORESDICUNTURQUIAUTFACULTATESPRODIDE
RINTALIENASAUTCAPUTINPETUNTALIENUM. QUICUMQ. DELA
TOR CUIUSLIBETREIEXTITERITINIPSOPRODITIONISINITIOAIUDI
CELOCICORREPTUSCONTINUOSTRINGULETUR. ETINCISARADI
CITUSLINGUATOLLATUR UTHISQUIPRODITORFUTURUSESTNEC
CALUMNIANECUOXILLIUSAUDIATUR. ID Ā ÅPROUINCIALES
OMNESIUDICESHUIGILAREPRECEPIMUSETDELATORES POENISAD
FICERE APERTISSIMI ENIMIURISESTQUODEX CUIUSCUMQ.
PATRIMONIOCECIDERITINCASUM ET LEGIB' ETRETROIURISOR
DINEMFISCIADUOCATISAGENTIB'UINDICETUR. SED
NULLIPRECIPITSECUNDUMIUSPOSSESSAPATRIMONIADEFERRE
NONCESSANT. DAMUSOMNIB'QUISELESOSEXISTIMANCON
TRADELATORESSEUERITATEMIUDICUMINPLORAREFERRODISTRIC
TAM. NEMOENIMPOTESTDELATOREMPLUSAGNOSCEREQUĀ
ILLEQUIINIURIAMPEREIUS NEQUITIAMSUSTINUIT.

DATA KAL APRILIS CONSTANTINOPOLIM CONSTANTINO ET ALBINO CONSS B

INTERP CUSTODIENTEIUSTIANOMENPERSEQUIMURDELATORUM
ITAUTCUMAGNITIETCONUICTIFUERINTDELATORES GLADIO
PUNIANTR IMPP UALENTĀTUALENĀĀ AD PROUINCIALES AFROS
NTANTUMHUMANIGENERISINIMICOSARBITRAEQUITATEPSEQUIMUR
UTDILATORESPRONUNTIATOSPUNIRIGLADIOIUSSERIMUS.

DATA PRIDNON. FEBR MEDIOLANO UALENTINIANOETUALENTEĀM CCSSB STALEX INTERP HONINDICET

IMP PPP GRATIANUS UALENTINIANUS ET THE
ODOSIUS Ā Ā Ā EUTROPIO PPO

IQUISQUISINCRIMINEMAIESTATISDEPREHENSUSFUERIT.
ETPUNITUSBONA EIUSSICUTPLECTENDICONSUETUDOCRI
MINISHABETFISCUSINUASERIT NULLUSEASDEMSUBSPEMUNI
FICENTIEPRINCIPALISAUDEATPROPRIO IURIPOSCERE QUICON
TRALEGEM ID AUSUSFUERITSPERARE QUODNONLICETREUS

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Comprimatur unum maximum humanae vitae malum, delator*um* ex*s*ecranda pernicies, et inter primos conatus in ipsis faucibus stranguletur, et amputata radicitus invidiae lingua vellatur, ita ut iudices nec calumniam nec vocem prorsus deferentis admittant; sed si qui delator ex*s*titerit, capitali sententiae sub*i*ugetur. Data et proposita Romae, in foro divi [1] Traiani, Kal. Dec., Constantino [2] et Licinio [3] Coss.

Interpretatio. Delatores dicuntur, qui aut facultates prodiderint alienas aut caput im-pet*ier*int [4] alienum. Quicumque delator cuiuslibet rei ex*s*titerit, in ipso proditionis initio a iudice loci correptus continuo stranguletur, *et* [5] ei incisa radicitus lingua tollatur, ut *is* qui [6] proditor futurus est, nec calumnia nec vox illius audiatur.

(2) Idem A. ad Provinciales. Omnes iudices invigilare praecipimus et delatores poenis afficere. Apertissimi enim iuris est, *ut* [7], quod ex cuiuscumque patrimonio ceciderit in casum, et legibus et retro iuris ordine, fisci advocatis agentibus, vindicetur. *Sed quia non*nulli praecipit*es* secundum ius possesa patrimonia deferre non cessant, damus omnibus, qui se laesos existiman*t*, contra delatores severitatem iudicum implorare ferro districtam. Nemo enim potest delatorem plus agnoscere quam ille, qui inuiuriam per eius nequitiam sustinuit. Data *XI* Kal. Apr., Constantinopoli, Constantio et Albino Coss.

Interpretatio. Custodientes iustitiam nomen persequimur delatorum, ita ut, quum agniti et convicti fuerint delatores, gladio puniantur.

(3) Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Provinciales Afros. Iu tantum humani generis inimicos arbitra aequitate persequimur, ut delatores pronuntiatos puniri gladio iusserimus. Data prid. Non. Febr., Mediolano, Valentiniano et Valente AA. Coss.

*I*sta lex interpretatione non indiget.

(4) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Eutropio Praefecto praetorio. Quisquis in crimine maiestatis deprehensus fuerit et punitus, bona*que* [8] eius, sicut plectendi consuetudo criminis habet, fiscus invaserit, nullus eadem sub spe munificentiae principalis audeat proprio iuri poscere. Qui contra legem id ausus fuerit sperare, quod non licet, reus

---

[1] Haenel om.: *divi*.
[2] Haenel add.: *A. V.*
[3] Haenel add.: *C. (Caesare)*.
[4] Palimp. *impetunt*.
[5] Haenel om.: *et*.
[6] Haenel: *si quis*.
[7] Haenel add.: *ut*.
[8] Palimp. om.: *que*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

uiolatae leçis habeatur. Sed q̄m plerumque ita in nonnullis
in uerecunda petentium actione constringimur ut etiam
non concedenda tribuamus nec rescripto quidem nō aduer
sus formam latę leçis locia liquid relinquatur. Si quid autem
ex bonis talib' nō iudicio hullo tamen desiderante adque
poscente concedi cuiquam uoluerimus huiusmodi tan
tum ualeat liberalitas DAT XVII KDĒCB TĒSSAL ÇRATIANO V ET THEOD. AĀ CONSS B

Interp Quisquis in crimine maiestatis inuentus fuerit
et punitus bona eius fiscus adquirat Ita uth nullus aliquid
ex eius facultatib' sibi uel ut munificentię iure audeat
postulare. Et si aliquid contra leges crediderit postu
landum nec id quod petiit accipiat et uiolator leçis habe
atur Si quid tamen nullo petente proprio arbitrio
de talib' bonis cuiquam dederimus donatio huiusmodi
firma p̄manea t Idem āāā palladio consulari libie
rum dō hi dilatorem lubemus In exemplum omnium pro
ditorum seuerissime sententiae subiugaria etiam si
obiecta probauerit

DATA VIII Ī NOVEMB CONSTANTINOPOLIM ANTONIO ITS I AGRO CC SSLB IS TALEX INTERP ĪNIDÇ

VI Si petitionis soçius sine herede decesserit
Imp Constantinus ā ad Machedonium Ī ast palatii
Si quis forte decesserit eorum qui conmuni nomine
donatum aliquid a nostra Impetrauerint clementia nec su
perstites de successores reliquerit placet non adextraneam quam
cumque p̄sonam sed ad socium uel consortem perueni
re portionem illius qui Intestatus aut sine liberis defunctus est DATA VIII Ī APRIL ANTIOCHIA CONSTANTINO ā IIII ET LICINIO IIII CCSSB
Interp Si aliquis ex his mortuus fuerit ad quos nomi
natim munificentia nsa processit et hec testamentum fecisse
nec filios relinquisse cognoscitur placet ut portionem
eius his cumquo pariter defunctus accepit. id est socius
eius adquirat. Merito enim socius prefertur ubi nulla fili
p̄sona interuenisse cognoscitur::::

VII De aduocato fisci
Imp Constantinus ā aeliano proconsuli africae post

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

violatae legis habeatur. Sed quoniam plerumque ita in nonnullis inverecunda petentum inhiatione constringimur, ut etiam non concedenda tribuamus, ne rescripto quidem nostro adversum formam latae legis loci aliquid relinquatur. Si quid autem ex bonis talibus nostro iudicio, nullo tamen desiderante atque poscente, concedi cuiquam voluerimus, huiusmodi tantum valeat liberalitas. Data XVI Kal. Dec., Thessalonica, Gratiano V et Theodosio [1] AA. Coss.

Interpretatio. Quisquis in crimine maiestatis inventus fuerit et punitus, bona eius fiscus acquirat, ita ut nullus aliquid ex eius facultatibus sibi velut munificentiae iure audeat postulare. Et si aliquis contra leges crediderit postulandum, nec id, quod petiit, accipiat, et violator legis habeatur. Si quid tamen nullo petente, proprio arbitrio de talibus bonis cuiquam dederimus, donatio huiusmodi firma permaneat.

(5) Idem AAA. Panellino Consulari Lybiae. Servum domini delatorem iubemus in exemplum omnium proditorum severissimae sententiae subiugari, etiamsi obiecta probaverit. Dat. VII Kal. Nov., Constantinopoli, Antonio et Syagrio Coss.

Ista lex interpretatione non indiget.

TIT. VI.—SI PETITIONIS SOCIUS SINE HEREDE DEFECERIT. (1) Imp. Constantinus A. ad Machedonium [2] Castrensem *S.* palatii. Si quis forte decesserit eorum, qui communi nomine donatum aliquid a nostra impetraverunt clementia, nec superstites derelinquerit successores, placet, non ad extraneam quamcumque personam, sed ad socium vel consortem pervenire portionem illius, qui intestatus aut sine liberis defunctus est. Dat. XII Kal. April., Antiochia, Constantino A. IV et Licinio IV Coss.

Interpretatio. Si aliquis ex iis mortuus fuerit, ad quos nominatim munificentia nostra processit, et nec testamentum fecisse, nec filios reliquisse cognoscitur, placet, ut portionem eius is, cum quo pariter defunctus accepit, id est socius eius acquirat: merito enim socius praefertur, ubi nulla filii persona intervenisse cognoscitur.

TIT. VII.—DE ADVOCATO FISCI. (1) Imp. Constantinus A. Aeliano proconsuli Africae Post alia. *(Sequitur textus pag.* 189*)*

---

[1] Haenel add.: *I.*
[2] Haenel: *Mygdonium.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

FISCI ADUOCATUS POENA MMETUENS CAUEAT NE FISCALIA COMMODA OCCULTET NEUE NULLO EXISTENTE NEGOTIO FISCI NOMINE PRIUATIS AUDEAT CALUMNIAS

DAT VI ID NOUEMB. TRIUERIS CONSTANTINO A IIII ET LICINIO II IIN' CONSSB

INTERP HII QUIBUS CINOSTRI COMMODA UEL HUMILITATEM TUEMTUR HANC DEBENT CUSTODIRE MENSURAM. NE NEGLEGENTES CIRCA EA QUE NOBIS IURE DEBENTUR EXISTANT ET HEC PROUINCIALIBUS CALUMNIATORES DUM ALIQUID AB HIS INIUSTA FISCI NOMINE REPETUNT ADPROBENTUR.

VIII DE FISCI DEBITORIBUS

IMPPP UALENS GRATIANUS ET UALENT AAA FORTUNATIANO COMM INTER CARTULAS DEPORTATI BREBES QUIDAM ADSEUERATUR INUENTOS QUI NOMINE CONTINEBAT DEBITORUM SEU CONTRACTORUM CUM TAMEN NEQ. TESTIBUS CREDITA PECUNIA PROBARETUR. NEQUE CAUTIONIBUS Q. INSERTA SUNT DOCEANTUR FACILE ESSE PRESPEXIMUS UT SUB PROPRIE AD NOTATIONIS MANUS UNUSQUISQUE FIAT DEBITORUM OCCASIONIS IGITUR HUIUS CALUMNIAM PRESENTI UOLUMUS IUSSIONE COHIBERI. UT BREUI UANITATE REIECTA NULLUS AD REPETITIONEM DE HIS QUORUM NOMINA CONSCRIPTA SUNT URGEATUR DAT II NONIULIAS NAPOLI M GRATIANO A IIII ET MEROBAUDE CCSSB

INTERP SI PROBATI BREUES UEL AQUOCUMQ. DIMISSI INUENIANTUR QUIBUSSI BI QUICUMQUE ALIQUOS FACIAT DEBITORES NULLIS CAUTIONIBUS PROLATIS NEQ. ALIIS EUIDENTIBUS DOCUMENTIS NULLAM ADSCRIPTI BREUIS OBTINEANT FIRMITATEM

VIIII DE FIDE ET IURE HASTE.

IMPPP ___ UALENTINIANUS THEODOSIUS ET ARCHADIUS AAA AD MAGNILLUM UICARIUM AFRICAE

SI QUOS DEBITORUM MOLE DEPREHENSOS NECESSITAS PUBLICE RATIONIS ADSTRINGAT PROPRIAS DISTRAHERE FACULTATES REI QUALITAS ET REDITUUM QUANTITAS EXTIMETUR. NEC SUB HOMINE SUBASTATIONIS PUBLICAE LOCUS FRAUDI RELINQUATUR. ET POSSESSIONIBUS UILIORES DISTRACTOS PLUS EXACTIOR ESCA GRATIA QUA DEBITOR EXPRETIO CONSEQUATUR

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Fisci advocatus, poenam metuens, caveat, ne fiscalia commoda occultet, neve, nullo existente negotio, fisci nomine privatis audeat calumnias *commovere*. Dat. VI Id. Nov., Treviris, Constantino A. IV et Licinio IV Coss.

Interpretatio. Hi, qui fisci nostri commoda vel utilitatem tuentur, hanc debent custodire mensuram, ne negligentes circa ea, quae nobis iure debentur, ex*s*istant, et ne provincialibus calumniatores, dum aliquid ab iis iniuste fisci nomine repetunt, approbentur.

TIT. VIII.—DE FISCI DEBITORIBUS. (1) IMPPP. VALENS, GRATIANUS ET VALENTINIANUS AAA. FORTUNATIANO COMITI R. P. Inter chartulas deportati brevis quidam asseveratur inventus, qui nomina continebat debitorum sen contractorum. Quum tamen neque testibus credita pecunia probaretur, neque cautionibus, quae inserta sunt, doceantur, facile esse perspeximus, ut sub propriae annotationis manu unusquisque f*aci*at debitorem. Occasionis igitur huius calumniam praesenti volumus iussione cohiberi, ut, brevis vanitate reiecta, nullus ad redhibitionem de his, quorum nomina conscripta sunt, urgeatur. Dat. II [1] Nonas Julias, Neapoli [2], Gratiano A. IV et Merobaude Coss.

Interpretatio. Si prolati breves vel a quocumque dimissi inveniantur, *in* quibus sibi quicumque aliquos faciat debitores, nullis cautionibus prolatis neque aliis evidentibus documentis, nullam adscripti brevis obtineant firmitatem.

TIT. IX.—DE FIDE ET IURE HASTAE. (1) IMPPP. VALENTINIANUS, THEODOSIUS ET ARCADIUS AAA. AD MAGNILLUM V. AFRICAE. Si quos debitorum mole depressos necessitas publicae rationis adstringat proprias distrahere facultates, rei qualitas et redituum quantitas aestimetur, ne, sub nomine subhastationis publicae locus fraudibus relinquatur et, possessionibus viliore distractis, plus exactor ex gratia quam debitor ex pretio consequatur.

---

[1] Haenel: *pridie.*
[2] Haenel: *Hierapoli.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

hiipostremosubemTITULOppetuodominipurepotiantur
quitantumadNumeraueritfiscoquantmexigerithutilitas
priuatorum, etenimpiniqum.estutalienisbonissubcra
tiosahactionedistractisparumaccedat publiconomini
cumtotumpereatdebitori.

DAT XIII KAL IULIAS AQUILEIA ACC IDUS IANUARAD RUMETI POST CONSULATUM TATIANI ET SIMMACI VV CC

INTERP Siquicumq; publicidebiti INORMITATE CONSTRINGITR
utnonpossithocipsumdebitumNIsiuendita propriafacultA
tedissoluereineiusmodidebitohanccollectoresuelexac
toresformamseruaredebebunt. utnonita remprecipi
tent utres minorem quamualetPROpretiodistrahatur
necta les subquolibetconludioquideant emptores utet
debitorproprietatemperdatetparumfiscus adquirat

DE THENSAURIS

Imppp GRATIANUS UALENTINIANUS ET THEODOSIUS
aaa adpopulumurbis constantinopolitanae

Quisquis thensauros et conditaabincognitisdominis
temporeuetustioremobiliaquolibet casurepperie
rit etsuxuindicetpotestati Neq; calumniaformi
dinefiscaliautpriuatonomineullisdeferentib.
ptimescat Nonmetalliqualitasnonreptimodus
subaliquopericulo questionisincurrat. Inhacta li
naturali aequitateanimaduertimus quoddamtempe
ramentumadibendum. Utsiquisinsoloproprio
huiusmodicontigeritintegro id. iurepresumat qui
inalieno inquartā repērorumpartemeumquiloci
dominusfueritadmittat. Nectamenperhanclicen
tiamquisquamalitalienaeffodiat alitinlocisnon
suiiu risperfamamsuspecta rimetur

DAT XI K FEB THESSALONICA GRATIANO V ET THEODISIO AA CCSS

INTERP Siquicumque thensaurum inSUATERRAin
ueneriteiexintegrumquod inuentumestadquiratur
etnullamcalumniaptimescat Siueroinlocoalieno
thensaurumcasuinueherit eumquilocidnsestingar
tirerum inuentarum debetadmittere. adtamennull


(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

patriae vel aetate vel meritis. Qui vero per suffragium ad hoc pervenerit, administrare desiderans, non modo ab expetito officio repellatur, sed epistola quoque vel codicilli ab eo protinus auferantur, et ad comitatum destinentur. Dat. prid. Id. Aug. Basso et Ablavio Coss.

Interpretatio. Ista lex hoc praecipit, nullum curialem, nisi omnibus curiae officiis per ordinem actis, aut curatoris aut defensoris officium debere suscipere, nisi omnibus, ut dictum est, ante muneribus satisfecerit, quae patriae ordine debentur. Nam si praefatus contra hanc praeceptionem quolibet suffragio aut sub quocumque obtentu honoris se munire voluerit, et obtentis careat et, ubi rerum domini fuerint, dirigatur.

(5) Imp. Constantius A. *Oppidaneis* [1] ordinibus consulentes dudum jussimus, ab iniuriis corporalibus tutam esse debere ordinis dignitatem. Condemnationibus etiam modum imposuimus, qui legibus designatur. Ideoque sancimus, ut, si iudex [2] in condemnationibus exprimendis vel in corporalibus iniuriis ultra licitum contra curialem exarserit, ipse quidem auri pondo quinque, officium vero eius decem fisco inferat. Data XVIII Kal. Iul. Eusebio et Hypatio Coss.

Interpretatio. In correctione curialium certam patientiam iudices debent retinere, ut in corpore *vel* [3] sanguine curialium non facile audeant desaevire. Nam si qui contra hoc fecerit, ipse quidem iudex quinque libras auri et [4] officium eius decem auri libras fisco inferre cogantur.

(6) Imp. Iulianus A. Leontio Consulari Palaestinae. Qui pater sit tredecim liberorum, non modo ad curiam non vocetur, verum etiam, si sit decurio, honoratissima quiete donetur. Dat. Kal. Mart. Antiochiae, Iuliano A. IV et Sallustio Coss.

Interpretatio. Haec lex hoc praecipit, eum, qui pater probatur esse tredecim filiorum, non solum ad curiae servitia non tenendum, verum etiam, si curialis sit, honoratissima quiete donandum.

(7) Imppp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Philoxeno Vicario Thraciarum. Si quis filiam decurionis vel principalis suo iunctam consortio *(Sequitur textus pag. 217)*

---

[1] Palimp. om. *Oppidaneis.*
[2] Haenel add. *vel.*
[3] Haenel om. *vel* et add. *in.*
[4] Palimp. add. *praeter.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

NULLIS EX TANTIBUS LIBERIS FATA SORTE PDIDERIT AD QUEE IUSUL
TIMO HEREDITATĒ FUERIT ADEPTUS ARBITRIO SITA BOMNIBUS
ALIENUS OFFICIIS EST NULLIS QUIBUS MERITO EXCUSARI POSSIT PRE
UILEGIIS ADIUBATUR EIUS MOX CIUITATIS CURIAE MANCIPETUR.
IN QUA ANTEA UXORE UIUENTES IN HERERŪ DN̄O ET PROPRIETATE LI
BERCURIAE OBNOXIAS FACULTATES HERES CEPERIT UXORIS POSSIDERE
DAT IIII NONAS APRIL CONSTANTINOPOLIM ARCHADIO ET RUFINO CCSSB

INTERP Siquis filiam curialis acceperit et hec ipsa coniugio
eius mortua fuerit et omnia ad maritum q; cūq; supradicta ui
debatur possidere testamentiuo lumtate pueneri nt
omnib; curiae necessitatib; maritus illeg̃ iere sest tenea
tur obnoxius Imp̄p archadet honorius petronio uicario spaniar
Municipalia ges tanon aliter fieri uolumus quam trium cu
rialium presentia excepto magistratu et exceptore
publico semperque hic numerus in ead̄ actorū testificatio
ne seruetur sic enim et fraudi non patebit occasio
et ueritati maior crescit auctoritas.

DAT HONAS MAIAS MEDIOLANO ARCHADIIII ET HONORIO III ĀĀ COSS HIC LEX INTERP NŌ IND

Impp honorius et theodosius āā liberio ppo post alia
Eos curiales qui honore xpletis muneribus debita censura precipimus
quod nati sunt reddi urbibus debita censura precipimus
DAT VI KAL DECEMB RAUENNA HONORIO VIII ET THEODOSIO III ĀĀ CCSSB

INTERP Quicumq; curialis honorum actis seruitiis q; debebat
adhibito officio declinauit ad ciuitatis unde discessit seruitio
reuocetur
II De susceptoribus prepositis et archariis. Imppp gra
Etianus ualentinianus et theodosius aaa cynegio ppo
Exactores uel susceptores in celeberrimo cetu curiae con
sensu et iudicio omnium subactorum testificatione firmen
tur prouinciarumque rectoribus quorū nomina quia ad pu
blici munus officii editi adque obligati fuerint innotescant
et animaduertant quicumque nomina uerint taddiscri
mens uum uniuersaq; illig̃esserint redundare
DAT VI KAL NOVEMB CONSTANTINOPOLIM HONR ET ITIVODIO CCSSB

INTERP Exactores et susceptores publicae functionis nō
secretim sed publice presentib; aliis curialibus uel populo

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

nullis exstantibus liberis fatali sorte perdiderit, atque eius ultimo hereditatem fuerit adeptus arbitrio, si ab omnibus alienus officiis est *et* [1] nullis, quibus merito excusari possit, privilegiis adiuvatur, eius mox civitatis curiae mancipetur, in qua antea, uxore vivente, sine rerum dominio et proprietate, liber, curiae obnoxias facultates heres coeperit uxoris possidere. Dat. IV [2] Non. April., Constantinopoli, Arcadio [3] et Rufino Coss.

Interpretatio. Si quis filiam curialis acceperit *uxorem* [4], et haec ipsa *in* coniugio [5] mortua fuerit, et omnia ad maritum, quaecumque supra dicta videbatur possidere, testamenti voluntate pervenerint, omnibus curiae necessitatibus maritus ille, qui heres est, teneatur obnoxius.

(8) Impp. Arcadius et Honorius *Augusti* [6] Petronio Vicario Hispaniarum. Municipalia gesta non aliter fieri volumus quam trium curialium praesentia, excepto magistratu et exceptore publico, semperque hic numerus in eadem actorum testificatione servetur. Sic enim et fraudi non patebit occasio et veritati maior crescit auctoritas. Dat. Non. Mai, Mediolano, Arcadio IV et Honorio III AA. Coss.

Haec lex interpretatione non indiget [7].

(9) Impp. Honorius et Theodosius AA. Liberio Praefecto praetorio Post alia. Eos curiales, qui non expletis muneribus declinarunt esse, quod nati sunt, reddi urbibus debita censura praecipimus [8]. Dat. VI Kal. Dec., Ravenna, Honorio VIII et Theodosio III AA. Coss.

Interpretatio. Quicumque curialis, non actis servitiis, quæ debebat, a debito [9] officio declinavit, ad civitatis, unde discessit, servitia revocetur.

TIT. II.—DE SUSCEPTORIBUS, PRAEPOSITIS ET ARCARIIS. (1) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. Cynegio Praefecto praetorio. Exactores vel susceptores in celeberrimo coetu curiae, consensu et iudicio omnium, sub actorum testificatione firmentur, provinciarumque rectoribus quorum [10] nomina, qui ad publici munus officii editi atque obligati fuerint, innotescant. Et animadvertant, quicumque nominaverint, ad discrimen suum universa, quae illi gesserint, redundare. Data VI Kal. Nov., Constantinopoli, Honorio N. P. et Evodio Coss.

Interpretatio. Exactores et susceptores publicae functionis non secretim, sed publice praesentibus aliis curialibus vel populo *(Sequitur textus pag.* 219*)*

---

[1] Haenel add. *et*.
[2] Haenel: *III*.
[3] Haenel add. *Aug. II*.
[4] Palimp. om. *uxorem*.
[5] Palimp.: *conjugio ejus*.
[6] Palimp. om. *Augusti*.
[7] Haenel om. *Haec lex*.
[8] Haenel add. *et cetera*.
[9] Haenel: *adhibito*.
[10] Haenel: *eorum*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

NECESSITATES AGENDAS EXPEDIENDASQ, SUSCIPIANT ETQ̃I NOMINA TIUEL ELECTI FUERINT IUDICIB, IGNOTESCANT SCITURIS HISQUIDE ELECTIONE ET ALIUM FUERINT APUTACTA PROFESSIQ̃ODSIQ̃IDEUER TERINT ADEORUMAQUIB, ELECTI SUNT DISPENDIŪPTI HEBIT

Imp̄pp̄ UALENTINIANUS THEODOSIUS ET ARCHADIUS aaa

AD PAULINUM PRAEFECTUM AUGUSTALEM

NON PERPETUI EXACTORES IN CONTINUATA UEXANDORUM PROUIN CIALIUM POTESTATE UEL UTI CONCUSSIONUM DOMINATIONE TENEANTUR. SED PER ANNOS SINGULOS IUDICIARIA SEDULITATE MUTENTUR NISI AUT CONSUETUDO CIUITATIS AUT RARITAS HOR DINIS EOS P̄ BIENNIUM ESSE CONPELLAT QUOD NISI FACTŪ FUERIT SCIAS TE ET OFFICIUM TUM NON MINUS MULTA QUAM GRAUI PENA ESSE PLECTENDUM

DAT̄ PRID̄ KALEND̄ DECEMB̄ CONSTANTINOPOLIM HONORIO N̄ P̄ ITERUM ET UODIO U̅C̄ CO̅S̅B̄

INTERP̄. LEX ISTA HOC IUBET NON DEBERE EXACTORES QUI UNO ANNO EXEGERINT SECUNDI ANNI EXACTIONEM SUSCIPERE ET POSSESORES SUPERFLUA EXACTIONE UEXARI SED HOC OBSERUARI DEBERE UT ANNIS SINGULIS IUDICIARIAE LECTIONE MUTENTUR. NI SI FORTE AUT CONSUETUDO CIUITATIS AUT RARITAS CURIALIUM PER BIENNIUM EOS EXACTORES ESSE CONPELLAT ALITER ENI SI FACTUM FUERIT ET IUDICEM ET OFFICIUM SUUM MULCTA PARI TER ET GRAUI SPOENA CONSTRINGAT

EXPLICIT LIBER XII INCIPIT LIBER XIIII

DE LUSTRALI CONLATIONE

Imp̄ppp̄ GRATIANUS UALENTINIANUS ET THEODOSI US aaa HAUE POSTUMIANE KNB.

SINGULI CUIQUE SI PER EOS UERNACULA Q, Q, UENDANTUR FUNC TIONE AURARIA NON TENEANTUR SI UERO EMENDI UEN DENDI UE COMPENDIIS ULTRO CITRO Q, QUESITIS FAMILIA RIS REI AMPLITUDO CUMULETUR ETSI MILITARES SINT MEMORATE PRESTATIONI NECTANTUR.

DATA VI ID NOUEMB RICHOMERE ITCLEARCO CONSULIBUS

INTERP̄ SI QUICUMQUE REM QUE INATAE STATŪ QUANDŌ EMIT

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

necessitates agendas expediendasque suscipiant; et qui nominati vel electi fuerint, iudicibus innotescant: scituris his, qui de electione talium fuerint apud acta professi, quod, si quid everterint, ad eorum, a quibus electi sunt, dispendium pertinebit.

(2) IMPPP. VALENTINIANUS, THEODOSIUS ET ARCADIUS AAA. AD PAULINUM PRAEFECTUM AUGUSTALEM. Non perpetui exactores in continuata vexandorum provincialium potestate, veluti concussionum dominatione, teneantur, sed per annos singulos iudiciaria sedulitate mutentur, nisi aut consuetudo civitatis aut raritas ordinis eos per biennium esse compellat. Quod nisi factum fuerit, scias, te et officium tuum non minus mulcta quam gravi poena esse plectendum. Dat. prid. Kal. Dec., Constantinopoli, Honorio N. P. et Evodio V. Cl. Coss.

Interpretatio. Lex ista hoc jubet, non debere exactores, qui uno anno exegerint, secundi anni exactionem suscipere et possessores superflua exactione vexare. Sed hoc observari debere, ut annis singulis iudiciaria electione mutentur, nisi forte aut consuetudo civitatis aut raritas curialium per biennium eos exactores esse compellat. Aliter enim si factum fuerit et iudicem et officium suum mulcta pariter et gravis poena constringat.

EXPLICIT *CODICIS THEODOSIANI* [1] LIBER XII. INCIPIT *CODICIS THEODOSIANI* [2] LIBER XIII.

TITULUS I.—DE LUSTRALI COLLATIONE. (1) IMPPP. GRATIANUS, VALENTINIANUS ET THEODOSIUS AAA., HAVE POSTUMIANE K. NB. Singuli quique, si per eos vernacula quaque vendantur, functione auraria non teneantur; si vero emendi vendendive compendiis ultro citroque quaesitis familiaris rei amplitudo cumuletur, etsi militares sint, memoratae praestationi nectantur. Dat. VI Id. Nov., Richomere et Clearcho Coss.

Interpretatio. Si quicumque rem, quae ei nata est, aut quam non emit, *(Sequitur textus pag. 221)*

---

[1] Haenel add. *Cod. Theod.*
[2] Haenel add. *Cod. Theod.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

uendat ad solutionem aurariae minime teneatur. Siue ad emendi uendendi q. studio probabitur huc illuc q. discurrere etiam similitanses ad solutionem teneatur auraria e..

11 De censu siue adscriptione

Imp constantinus a ad populum

Quoniam tabularii ciuitatum per conlusionem potentiorum sarcinam ad inferiores transferunt lubemus ut quisquis se grauatum probauerit suam tantum pristinam profes sionem agnoscat. pp xv kal feb romae constantino a iiii et licinio iiii ccss

Interp Si tabularii auth in quibus exactionis libri tra duntur potentiores uoluerint releuare et quod releua uerint inferioribus addiderint. qui grauatum se probaue rit non amplius dissoluat quam se secundu censu ostende rit suscepisse.

Imp pp ualentinianus et ualens ad florentiu ppo galliaru.

1 Si quis censu sinquisitione conpleta grauatum se esse credat a put prouinciae iudicem pulsetq. mmauult ex die clausi renuntiatiq. census spatia pretitutade numerans ut si necessitatib. publicis occupatus domesticis con modis de fuit cum censusa gitatus est intra annii uersarii tempo riscurriculum fiduciam conpe titionis adsistat. Si uero presentem sciat se esse censitum intra qin q. men ses qib. cuq. uirib. fultus in mineat ultra non habeat hu usuo cisarbitrium datiiii nonas iuhias remis Lupicino et iouino ccss

Interp Si aliquis in causa publica occupatus cum discrip tio agitatur per absentia suam se grauatum esse queratur intra annis patium a put iudicem loci quere llas suas ad legare debebit nam si presentem fuisse constat non plus quaqin q. men ses ad exequendas quere llas suas sibi houe rit fuisse concessus qibus transacti s agendi copia de nege tur

EXPLICIT LIBER XIII INCIPIT LIBER XIIII

1 De collegiatis

Imppp archadius et honorius aaa gracco cons campa niae

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

vendat, ad solutionem aurariam minime teneatur. Si vero emendi vendendique studio probabitur, huc illucque discurrere, etiamsi militans est, ad solutionem teneatur aurariam.

TIT. II.—DE CENSU SIVE ADSCRIPTIONE. (1) IMP. CONSTANTINUS A. AD POPULUM. Quoniam tabularii civitatum per collusionem potentiorum sarcinam ad inferiores transferunt, iubemus, ut, quisquis se gravatum probaverit suam tantum pristinam professionem agnoscat [1]. Pp. XV Kal. Feb., Romae, Constantino A. III et Licinio III Coss.

Interpretatio. Si tabularii aut hi, quibus exactionis libri traduntur potentiores voluerint relevare et, quod relevaverint, inferioribus addiderint, *is* [2], qui gravatum se probaverit, non amplius dissolvat, quam se secundum censum ostenderit suscepisse.

(2) IMPP. VALENTINIANUS ET VALENS *AA.* AD FLORENTIUM PRAEFECTUM PRAETORIO GALLIARUM. Si quis census inquisitione completa gravatum se esse credat, apud provinciae iudicem pulset, quem mavult, ex die clausi renuntiatique census spatia praestituta dinumerans; ut, si necessitatibus publicis occupatus domesticis commodis defuit, quum census agitatus est, intra anniversarii temporis curriculum [3] fiducia competitionis assistat, si vero praesentem sciat se esse censitum, intra quinque menses, quibuscumque viribus fultus immineat, ultra non habeat huius vocis arbitrium. Data III Non. Jun., Remis, Lupicino et Iovino Coss.

Interpretatio. Si aliquis in causa publica occupatus, quum descriptio agitaretur, per absentiam suam se gravatum esse queratur, intra anni spatium apud iudicem loci querelas suas allegare debebit. Nam si praesentem fuisse constat, non plus quam quinque menses ad exsequendas querelas suas sibi noverit fuisse concessum, quibus transactis agendi copia denegetur.

EXPLICIT *CODICIS THEODOSIANI* [4] LIBER XIII. INCIPIT *CODICIS THEODOSIANI* [5] LIBER XIV.

TITULUS I.—DE COLLEGIATIS. (1) IMPP. ARCADIUS ET HONORIUS AA. GRACCHO CONSULARI CAMPANIAE.

---

[1] Haenel add. *et cetera.*
[2] Palimp. om. *is.*
[3] Haenel: *circulum.*
[4] Haenel add. *Cod. Theod.*
[5] Haenel add. *Cod. Theod.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

OERETRAHENDISCOLLIGIISUELCOLLEGIATISIUDICESCONPETENTES
DABUNTOPERAMUTADPROPRIASCIUITATESEOSQUILONGIUSHABIE
RUNTRETRAHIIUBEANTURCUMOMNIB·Q·EORUMERUNT NEDESI
DERIORERUMSUARUMLOCAORIGINARIANONUALEANTADTENDERE·
DEQUORMAGNATIONEHECFORMASERUABITUR· UTUBINONEST
XQUALECONIUGIŪMATREMSEQUATURAGNATIO UBIUEROIUSTUM
ERITPATRICEDATINGENUASUCCESSIO DAT VIIIKIUNMED CAESARIO ETATTICO CCSSL
INTERP COLLEGIATISIDECIUITATIB· SUISFORTEDISCESSERINTAD
CIUITATISSUAEOFFICIACUMREB· SUISUELADLOCAUNDEDISCESSE
RINTREUOCENTUR· DEQUORUMFILIISHECESTSERUANDACONDI
CIO· UTSIDECOLONAMUELANCILLAMNASCĀTUR· MATREMSEQUA
TURAGNATIO· SIUERODEINGENUAETCOLLEGIATOCOLLEGIATINASCATUR

EXPLICIT LIBER XIIII INCIPIT LIBER XV

IDEOPERIBUS PUBLICIS
IMP IULIANUS Ā EDITIO PPO AEGYPTI POSTALIA
CONPERIMUSERGAMINISTERIAPUBLICA Q· AD IUSPTINENTCIUI
TATISPLEROSQ·SIBIDOMOSIHSTRUXISSE PRECIPIMUSER
GEOSINCONCUSSOIURE QUEAEDIFICAUERUNT POSSIDERE·
PP IIIINONAS DECIMB ANTIOCIAE MAMERTINO ITNIVITA CCSSLB
INTERP SIQUIINCIUITATE CONSISTENTESINLOCISPUBLICISSI
BIDOMOSFORTECONSTRUXERINT· EASSINEINQUIETUDINE
POSSIDEREDEBEBUNT·
IMPPARCHADIUSETHONORIUSĀĀ EUSEBIOCOMITI SALINU
DEHEREDITATIB· FUNDORUMIURISREIPUBLICETERTIAMPAR
TEM· REPARATIONIPUBLICARUMMOENIUMETTERMARUM
SUBUSTIONIDEPUTAMUS
DATAXIFIUL MEDIOLANO OLIBRIO IT PROBINO CONSULIB·
INTERP QUOTIENSAEDIFICIAUETUSTATECONSUPTANECESSE
FUERINTREPARARI· ADIPSAMREPARATIONEMTERTIAMPAR
TEMFISCUSINPENDAT· ·11· DEAQUEDUCTU
IMPPARCHADETHONORIUSĀĀ ASTERIO COMITIORIENTIS POSTALIA
SUMAQUAEUETEREMLONGOQ·DOMINIOCONSTITUTUM

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

De retrahendis collegiis vel collegiatis iudices competentes dabunt operam, ut ad proprias civitates eos, qui longius abierunt, retrahi iubeant cum omnibus, quae eorum erunt, ne desiderio rerum suarum loco originario non valeant attineri. De quorum agnatione, haec forma servabitur, ut, ubi non est æquale coniugium, matrem sequatur agnatio, ubi vero iustum erit, patri cedat ingenua successio. Dat. VIII [1] Kal. Iun., Mediolano, Caesario et Attico Coss.

Interpretatio. Collegiati, si de civitatibus suis forte discesserint, ad civitatis suae officia cum rebus suis, vel ad loca, unde discesserunt, revocentur: de quorum filiis haec est servanda conditio, ut, si de colona vel ancilla nascuntur, matrem sequatur agnatio; si vero de ingenua et collegiato, collegiati nascuntur.

EXPLICIT *CODICIS THEODOSIANI* [2] LIBER XIV. INCIPIT *CODICIS THEODOSIANI* [3] LIBER XV.

TITULUS I.—DE OPERIBUS PUBLICIS. (1) Imp. Iulianus A. Ecdicio Praefecto praetorio Aegypti. Post alia. Comperimus, erga [4] ergasteria [5] publica, quæ ad ius pertinent civitatis, plerosque sibi domos extruxisse. Praecipimus ergo, eos inconcusso iure, quae aedificaverunt, possidere. Pp. IV Non. Dec., Antiochiae, Mamertino et Nevitta Coss.

Interpretatio. Si quis in civitate consistens in locis publicis sibi domos forte construxerit, eas sine inquietudine possidere debebunt [6].

(2) Impp. Arcadius et Honorius AA. Eusebio comiti Sacrarum largitionum. Ne splendidissimae urbes vel oppida vetustate labantur, de reditibus fundorum iuris rei publicae tertiam partem reparationi publicorum moenium et thermarum subustioni deputamus. Dat. XI Kal. Iul., Mediolano, Olybrio et Probino Coss.

Interpretatio. Quoties aedificia vetustate consumta necesse fuerit reparari, ad ipsam reparationem tertiam partem *de proprio* [7] fiscus impendat.

TIT. II.—DE AQUAEDUCTU. (1) Impp. Arcadius et Honorius AA. Asterio comiti Orientis. Post alia. Usum aquae veterem longoque dominio constitutum *(Sequitur textus pag. 225)*

---

[1] Haenel *IX*.
[2] Haenel add. *Cod. Theod.*
[3] Haenel add. *Cod. Theod.*
[4] Haenel: *super*.
[5] Palimp.: *ministeria*.
[6] Haenel: *sine inquietudine aliqua possideat*.
[7] Haenel add. *de proprio*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

SINGULISQUIB·Q· MANERECENSEMUSNECULLANOUATIONETURBA
RI·ITATAMENUTQUANTITATESINGULIQUAMUETERILICENTIAP ER
CIPIUNTMORAEUSQUEINPRESENTEMDIEMPERDURANTEMPER
CIPIANTMANSURAMPOENAINEOS QUIADINRIGATIONESAGRORUM
UELORTORUMDELICIAS FURTIUISAQUARŪMEATIB·ABUTUHTUR

DAT·KĀLNOB CAESARIO ITATTICO CONSSLB hecLEX INTERP NON IGET
III DEINFIRMANDISHISQ· SUBTYRANNISAUTBARBARISGESTA SUNT.
I IMPP HONORIUS ETTHEODOSIUSĀĀ CONSTANTIOCOMITIET PATRI CIO

SUB CLADEBARBARICAEDEPOPULATIONISSIQUAAUTPFUGAMAUTPCONGRE
GATIONEMINFELICIUMPOPULORUMINDIGNEINUIDIOSAEQ· COMMIS
SASUNTADINUIDIAMPLACATARUMLEGUM ACALLIDISLITIGATORUM
OBLECTIONIB·NONNOCENTUR· HABEANTOMNIUMCRIMINUM
INPUNITATEMQUIEUADEN DIFORSITAMNONHABUERANTFACULTA
TEM· NISIEOSEADEMCRIMINAIUSSISSENT· NONENIMCRIMEN
DICITURQUODMORTISAGITINPULSUS EXQUOANIMADUERTE
RECUNCTOSLITIGATORESCONGRUUMEST SIQUIDDEPREDATIO
NISAGNOUERITT SERECEPTUROS SITAMENNEORUMQUOSPUL
SAUERINTFACULTATIBUSABUNDAREAUTRESIDERIIDPOTUERINT
CONPROBARE DĀT·KĀL·MAR· RAUENNA THEODĀVII ETPALLADIO CCSSLB
INTERP QUICUMQUEHOSTIUMTERRORETERRORECONPULSUS
DUMMORTEMTIMETEXCIPEREADDEPREDANDUMSECUMHOS
TIBUSFORTASSECONIUNXERITHONPROPTERHOCUOCETURADCRI
MEN QUODPROPTER CONSERUANDAMUITAMFECITINUITUS·
SANESIQUIDAPUTEUMDEPREDARESIDERIT ETRESIDUUMINUE
NITUR QUODEUIDENTERAGNOSCITURHOCSOLUMREDDERE
DOMINOSINECALUMNIACONPELLATUR·

EXPLICIT LIBR XV INCIPIT LIBR XVI

I DEEPISCOPIS ECLESIIS ETCLERICHIS.

IMP CONSTANTINUSĀ·OCTAUIANO CONS LUCANIAE
ETBRITTIORUM

QUIDIUINOCULTUIMINISTERIORELIGIONISINPENDUNT
IDESTQUICLERICIAPPELLANTURABOMNIB·OMNINOMUNE
RIB· EXCUSENTUR

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

singulis *civibus* [1] manere censemus, nec ulla novatione turbari. Ita tamen, ut quantitatem singuli, quam vetere licentia percipiunt, more usque in praesentem diem perdurante percipiant; mansura poena in eos, qui ad irrigationes agrorum vel hortorum delicias furtivis aquarum meatibus abutuntur. Dat. Kal. Nov. Caesario et Attico Coss.

Haec lex interpretatione non eget [2].

TIT. III.—DE INFIRMANDIS HIS, QUAE SUB TYRANNIS AUT BARBARIS GESTA SUNT. (1) IMPP. HONORIUS ET THEODOSIUS AA. CONSTANTIO COMITI ET PATRICIO. Sub clade barbaricae depopulationis, si qua aut per fugam aut per congregationem infelicium populorum indigne invidioseque commissa sunt, ad invidiam placatarum legum a callidis litigatorum obiectionibus non vocentur. Habeant omnium criminum impunitatem, qui evadendi forsitan non habuerant facultatem, nisi eos eadem crimina *iuvissent* [3], non enim crimen dicitur, quod mortis adegit impulsus. Ex quo animadvertere cunctos litigatores congruum est, si quid depraedationis agnoverint se recepturos, si tamen in eorum, quos pulsaverint, facultatibus abundare aut residere id potuerint comprobare. Dat. Kal. Mart., Ravenna, *D. N.* [4] Theodosio A. VII et Palladio *V. C.* [5] Coss.

Interpretatio. Quicumque hostium terrore compulsus, dum mortem timet excipere, ad depraedandum cum hostibus fortasse coniunxerit, non propter hoc vocetur ad crimen, quod pro conservanda vita fecit invitus. Sane si quid apud eum de praeda residerit et residuum invenitur, quod evidenter agnoscitur, hoc solum reddere domino sine calumnia compellatur.

EXPLICIT *CODICIS THEODOSIANI* [6] LIBER XV. INCIPIT *CODICIS THEODOSIANI* [7] LIBER XVI.

TITULUS I.—DE EPISCOPIS, ECCLESIIS ET CLERICIS. (1) IMP. CONSTANTINUS A., OCTAVIANO CORRECTORI LUCANIAE ET BRITTIORUM. Qui divino cultui ministeria religionis impenduut, id est [8], qui clerici appellantur, ab omnibus omnino muneribus excusentur

---

[1] Palimp.: *quibusque.*
[2] Haenel: *Ista lex tam evidens est ut expositione non indigeat.*
[3] Palimp.: *iussissent.*
[4] Palimp. om.: *D. N.*
[5] Palimp. om.: *V. C.*
[6] Palimp. om.: *Cod. Theod.*
[7] Haenel add. *Cod. Theod.*
[8] Haenel add.: *hi.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

HESACRILEÇOLIBOREQUORUNDAMADIUINISOBSEQUIISEUOCENTUR

DATXXII KALNOUIEB CONSTANTINO Ā V ETLICIHIO CCSSB

INTERP LEX HAECSPECIALIHORDINATIONEPRECIPITUTDECLE RICISEXACTORESNONADLECTORESFACEREQUICUMQ, SACRILEÇA ORDINATIONEPRESUMAT. QUOSLIBEROSABOMNIMUNEREIDEST ABOMNIOFFICIOOMNIQ, SERUITIOIUBETAECLESIAEDESERUIRE

IMP CONSTANTIUS Ā ET COSTANS C SEUERO SUOSALUTEM

MANSUETUDINIS NSE LEÇEPROHIBEMUSINIUDICIISEPISCO POSACCUSARI NEDUMADFUTURAIPSORUMBENEFICIOINPU NITASEXTIMATUR LIBERASITADARÇUENDOSEOSANIMISFURI ALIBUSCOPIA SIQUIDESTIÇITUR. QUERELLARUM QUODQUIS PIAMDEFERT. APUTALIOSPOTISSIMUM EPISCOPOSCONUE NITEXPLORARI. UTOPORTUNAADQUECONMODACIIINC TORUMQUESTIONIBUSAUDIENTIACONMODETUR.

DATAEPISTHOLA.VIIII. KAL. OCTOB. ARBETIONE ETIULIANO CCSSLB

INTERP SPECIALITERPROHIBETUR. NEQUISAUDEATAPUT IUDICESPUBLICOSEPISCOPUMACCUSARE. SEDINEPISCO PORUMAUDIENTIAPERFERRENONDIFFERATQUIDQUID SIBIPROQUALITATENEÇOTIIPUTATPOSSE CONPERERE UTINEPISCOPORUMALIORUMIUDICIO QUAE ADSERITCON TRAEPISCOPUMDEBEANTDEFINIRI

IMPPP UALENTINIANUSÇRATIANUS ETUALENS Ā Ā Ā ANTEMIO EURIDICO. APPIO. CERASIO. ETCETERISEP'SCOPIS

QUIMORGESTCAUSARUMCIUILIUMIDEMINNEÇOTIISAECLESIAS TICISOBTINENDUSEST. UTSIQUASUNTEXQUIB, DAMDISCENSI ONIBUSLEUIBUSQUEDELICTISADRELIGIONISOBSERUANTIĀ PERTINENTIALOCISSUISITASUEDIOCESEOSSINODISAUDIANT UEEXCEPTISQ, ACTIOCRIMINALISABORDINARIISEXTRAHOR DINARIISQ, IUDICIB. AUTIHLUSTRIBUSPOTESTATIBUSAUDIEN TIACONSTITERIT DĀT.X.VI.K.IUN.TRIUERIS. VALENTE ET VALENTINIANOĀĀ CCSSB.

INTERP QUOTIENSEXQUALIBETREADRELIGIONEMPTIHENTEM INTERCLERICOSFUERITNATACONTENTIOID SPECIALITEROB SERUETUR UTCONUOCATISABEPISCOPODIOCESANISPRESBI TERISQUE INCONTENTIONEUENERINTIUDICIOTERMINENTUR SANESIQUIDOPPONITURCRIMINALEADNOTITIA IUDICISINCIUI TATE

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

ne sacrilego livore quorumdam a divinis obsequiis avocentur. Dat. XII Kal. Nov., Constantino A. V. et Licinio [1] Coss.

Interpretatio. Lex haec speciali ordinatione praecipit, ut de clericis *non* [2] exactores, non allectores [3] facere quicumque sacrilega ordinatione praesumat, quos liberos ab omni munere, id est, ab omni officio omnique servitio jubet ecclesiae deservire.

(2) Imp. Constantius A. et Constans Caesar, Severo suo salutem. Mansuetudinis nostrae lege prohibemus, in iudiciis episcopos accusari, ne, dum adfutura ipsorum beneficio impunitas aestimatur, libera sit ad arguendos eos animis furialibus copia. Si quid est igitur querelarum, quod quispiam defert, apud alios potissimum episcopos convenit explorari, ut opportuna atque commoda cunctorum quaestionibus audientia commodetur. Dat. epistola IX Kal. Oct. [4] Arbetione et Juliano [5] Coss.

Interpretatio. Specialiter prohibetur, ne quis audeat apud iudices publicos episcopum accusare, sed in episcoporum audientiam perferre non differat, quicquid sibi pro qualitate negotii putat posse competere, ut in episcoporum aliorum iudicio, quae asserit contra episcopum, debeant definiri.

(3) Imppp. Valentinianus, Gratianus et Valens AAA., Antemio, Eurydico, Appio, Gerasimo et ceteris episcopis. Qui mos est causarum civilium, idem in negotiis ecclesiasticis obtinendus est: ut, si qua sunt ex quibusdam dissensionibus levibusque delictis ad religionis observantiam pertinentia, locis suis et a suae dioeceseos synodis audiantur: exceptis, quae actio criminalis ab ordinariis extraordinariisque iudicibus aut illustribus potestatibus audienda constituit. Dat. XVI Kal. Jun. [6], Treviris, Valente et Valentiniano AA. Coss.

Interpretatio. Quoties ex qualibet re ad religionem pertinente inter clericos fuerit nata contentio, id specialiter observetur, ut convocatis ab episcopo dioecesanis presbyteris, quae in contentionem venerint, iudicio terminentur. Sane si quid opponitur criminale, ad notitiam iudicis in civitate, *(Sequitur textus pag. 229)*

---

[1] Haenel. add.: *C.* (Caesari).
[2] Palimp. om.: *non.*
[3] Haenel: *allectos.*
[4] Haenel: *An. Non. Oct.*
[5] Haenel: *Lolliano.*
[6] Haenel add: *A. V.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

DEDUCATUR UTIPSIUS SENTENTIÆ UINDICETUR QUOD PROBATUR CRIMINALITER FUISSE COMMISUM.

Impp̄ ARCHADIUS ET HONORIUS ā̄ā̄ ADRIANO pp̄o

QUECUMQ; RESIDENTIBUS SACERDOTIBUS. SACERDOTIBUS FUE RITE PISCOPALI LOCO DETRUSUS ET NOMINE SI ALIQUID UEL CON TRA QUIETEM PUBLICAM MOLIRI FU ERIT DEPREHENSUS RURSUSQ; SACERDOTIUM PRETEREA QUOD UIDETUR EXPULSUS PROCUL A BEA URBE QUAM INFE CIT SECUNDUM LEGEM DIUE MEMORIAE GRATIANI CENTUMILLIB; UITA MAGAT. SITA BEORUM COETIB; SEPARATUS AQUORŪ ESTSOCIETATE DISCRETUS. SITQ; HUIUSMODI PSONĀ INLICI TUM TENORE SACRANS ĀADIRE SECRETA ETINPETRARE SCRIPTA OMNIB; OBIECTIS P CULPAM SACERDOTIO PSONIS QUEINPETRA TA SUNTINFECTA P MANEANT. SCITURIS HIS QUORUM DE FEN SIONE NITITUR ABSQ; SUIREPREHENSIONE NON FUTURUM SI CHOCEIS POLLICENTUR SUFFRAGIUM QUI DIUINUM NON UIDEH TURMERUISSE IUDICIUM.

DATA P. NONAS FEB RAUENNA STILICONE ITAURELIANO CCSSLB HEC LEX INTERP̄. NOTHOST

Impppp ARchadius HONORIUS ET THEDSIUS ā̄ā̄ā̄ THEODORO pp̄o

QUEMQUE CUM CLERICUM INDIGNUM OFFICIO SUO EPISCOPUS IUDICA UERIT ET A BAE CLESIÆ MINISTERIO SEGRE GAUERIT AUT SI QUI PRO FESSUM SACRE RELIGIONIS SPONTE RELIQUERIT CONTINUO EUM SIBI CURIA UINDICET UT LIBERUM ILLIULTRA AD AECLESIAM RECURSUS ESSE HON POSSIT. ET PRO HOMINUM QUALITATE ET QUANTITATE PATRIMONI UEL ORDINIS SUO UEL COLLEGIO CIUITATIS ADIUNGANTUR. MODO. UT QUIB; CUMQUE. AD PETIERINT PUBLICIS NECESSITATIB; OBLIGENTUR. ITA UT CONLUDIO QUOQ; LOCUS NON SIT. PER SINGULOS IGITURBINAE LIBRAE AURI INFERENDAE AERARIO NSO. EADEM PRIMISCULI ARIBUS EXIGANTUR SI ALI QUIBUS INLICITAM COHIBENTIAM ET CONLUDIA FEDA PRESTITERINT HOMINIB; Q; IN PRO BRISSIMIS AB OMNIB; OFFICIIS MILITIAE ADITŠ OBSTRUATUR

DAT KAL DECIMB RAUINNA BASSO ET PHILIPPO CONSULIB.

INTERP QUEMCUMQ; CLERICUM EPISCOPUS SUUS MALE UIT ESSE PROBAUERIT. ET EUM DE GRADU SUO PRO

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

qua agitur, deducatur, ut ipsius sententia viudicetur, quod probatur criminaliter fuisse commissum.

(4) Impp. Arcadius et Honorius AA. Hadriano Praefecto praetorio. Quicumque residentibus sacerdotibus fuerit episcopali loco detrusus et nomine, si aliquid vel contra custodiam vel contra quietem publicam moliri fuerit deprehensus, rursusque sacerdotium petere, *a* quo videtur expulsus, procul ab ea urbe, quam infecit, secundum legem divae memoriae Gratiani, centum millibus vitam agat. Sit ab eorum coetibus separatus, a quorum est societate discretus, sitque huius modi personis, tenore *huius legis*, illicitum, sacra nostra adire secreta et impetrare rescripta; omnibus abiectis per culpam sacerdotio personis, quae impetrata sunt, infecta permaneant: scituris his, quorum defensione nituntur, absque sui reprehensione non futurum, si hoc eis pollicentur suffragium, qui divinum non videntur meruisse iudicium. Data prid. Non. Febr., Ravenna, Stilicone et Aureliano Coss.

Haec lex interpretatione non indiget.

(5) Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Theodoro Praefecto praetorio. Quemcumque clericum indignum officio suo episcopus iudicaverit et ab ecclesiae ministerio segregaverit, aut si qui professum sacrae religionis *obsequium* sponte dereliquerit, continuo eum curia sibi vindicet, ut liber illi ultra ad ecclesiam recursus esse non possit, et pro hominum qualitate et quantitate patrimonii vel ordini suo vel collegio civitatis adiungatur: modo ut quibuscumque apti erunt publicis necessitatibus obligentur, ita ut colludio quoque locus non sit. Per singulos igitur binae librae auri inferendae aerario nostro *a decem* [1] primis curialibus exigantur, si aliquibus illicitam conniventiam et colludia foeda praestiterint, hominibusque improbissimis ab omnibus officiis militiae aditus obstruatur. Data *V* Kal. Dec., Ravennae, Basso et Philippo Coss.

Interpretatio. Quemcumque clericum episcopus suus malae vitae esse probaverit, et eum de gradu suo pro *(Sequitur textus pag. 231)*

---

[1] Palimp.: *eadem.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

modumq; rauitate dissiecerit. uel si ipse clericus suauolum
tate professionem reliquerit clericatus CONTINUO a iudice.
curiali b. adiungatur. Uti si ita et nata lib. et facultatib. est ido
neus. et eum inter ipsos curiales officium suum implere compel
lat. Si autem infima persona est inter collegiatos eum obser
uare uel ad quod aptus fuerit in publico seruire lex sta consti
tuit. Ita uero huius modi personae a curiali b. quolibet con ludi
nulla tenus excusentur Quod si factum fuerit pro sin
gulis p sonis curiales bi nas libras auri fisco sen nouerint inferendas
Impp honorius et theodosius aaa palladio ppo

Eumqui probabilem seculo disciplina magit decolorari
consortio sororiae appellationis non decet. quicumque
igitur cuius cumque gradus sacerdotio fulciuntur. uel
clericatus honore censuntur extraneae rum sibi mulie
rum interdicta consortia cognoscant. hac eis tantum
facultate concessa. ut matres. filias. ad q; germanas
in tra domorum suarum septa contineant. In his enim
nihil seui criminis extimari foedus natura ep mittit
Illa sae tiam non reliqui castitatis ortatur ad fectio q; an
te sacerdotium maritorum legitimum munere coniu
gium Neq; enim clericis inconpetenter adiunctae
sunt qui dignos sacerdotio uiros suis conuersatio
nes fecerunt.

DATA VIII ID MAIAS RAUENNA DD NN THEODO A. VIIII. ET CONSTANTIO III CCSSB.

INTERP Quicumque clericatus ut i turo officio extraneae m
mulierum familiaritate habere prohibentur matrum
sororum uel filiarum sibi solacia in tra domum suam noue
ritta ntum esse concessa. Quia nihil turpe in ta libus p
sonis fieri uel cogitari lex natura permittit. Illae uero
mulieres sunt in solacio retinendae, quae in coniugium
fuerunt ante officium clericatus,

II De apostatis Imppp gratianus ualen
tinianus et theodosius aaa adepatium ppo

Expianorum aras et templa migrantium negata est
testandi licentia uindicamus admissum eorum quoque

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

modum pravitate deiecerit, vel si ipse clericus sua voluntate professionem reliquerit clericatus, continuo a iudice curialibus adiungatur, ut, si [1] ita et natalibus et facultatibus est idoneus, et [2] eum inter ipsos curiales officium suum implere compellat. Si autem infima persona est, inter collegiatos eum observare, vel ad quae aptus fuerit, in publico servire lex ista constituit, ita ut huius modi personae a curialibus quolibet colludio nullatenus excusentur. Quod si factum fuerit, pro singulis personis curiales binas libras auri fisco a [3] se noverint inferendas.

(6) Impp. Honorius et Theodosius AA. Palladio Praefecto praetorio. Eum, qui probabilem saeculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiae appellationis non decet. Quicumque igitur cuiuscumque gradus sacerdotio fulciuntur vel clericatus honore censentur, extranearum sibi mulierum interdicta consortia cognoscant; hac eis tantum facultate concessa, ut matres, filias atque germanas intra domorum suarum septa contineant. In his enim nihil saevi criminis aestimari foedus naturale permittit.

§ 1. Illas etiam non relinqui castitatis hortatur affectio, quae aute sacerdotium maritorum legitimum meruere coniugium. Neque enim clericis incompetenter adiunctae sunt, quae dignos sacerdotis viros sui conversatione fecerunt. Dat. VIII Id. Mai., Ravenna, DD. NN. Theodosio A. IX et Constantio III *V. C.* Coss.

Interpretatio. Quicumque clericatus utuntur officio, extranearum mulierum familiaritatem habere prohibentur; matrum, sororum vel filiarum sibi solatia intra domum suam noverint tantum esse concessa, quia nihil turpe in talibus personis fieri vel cogitari lex naturae permittit. Illae vero mulieres sunt in solatio retinendae, quae in coniugio fuerunt aute officium clericatus.

TIT. II. — DE APOSTATIS. (1) Imppp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Hypatium Praefectum praetorio. Christianorum *ad* [4] aras et templa migrantium negata [5] testandi licentia vindicamus admissum. Eorum quoque *(Sequitur textus pag. 233)*

---

[1] Haenel om. *si.*
[2] Haenel om. *et.*
[3] Haenel om. *a.*
[4] Haenel add. *ad.*
[5] Palimp. add. *est.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

FLAGITIA PUNIANTUR QUI XPIANAE RELIGIONIS ET OMNI DIGNITATE
NEGLECTA IUDAICIS SEMET POLLUERE CONTAGIIS

DATA XII KALENDAS IULIAS PATAUI MIROBAUDE II ET SATURNINO CONSULIB. Reliqa
PARS LEGIS DE MANICHEIS IDEO FORTASSE NON EST QUIA IN NOUELLIS
EUIDENTIOR INUENITUR

III De Iudaeis caelicolis et Samaritanis

Imp constantinus a ad felicem pp o

Cumqui ex iudeo xpianus factus est inquietare iudaeos nouelli
ceatue aliqua pulsare iniuria pro qualitate commissi istius
modi contumelia punienda

DATA XI KAL NOUEMBRIS CONSTANTINOPOLIM PP VIIII ID MAI NEPOTIANO ET FACUNDO CCSS STA LEX INTERP NO IND

Imp constantinus a et iulianus c ad talassium pp o

Si quis legem uenerabiliter constitutam ex xpiano iudeus
effectus sacrilegis coetibus aug regetur cum accu
satio fuerit conprobata facultates eius dno fisci iussi
mus uindicari

DAT V NON IULIAS MEDIOLANO CONSTANTIO A VIIII ET IULIANO II CCSS B. STA LEX INTERP NO INDIGET

IIII Ne xpianum mancipium iudaeus habeat

Imp constantinus a. ad felicem pp o

Si quis iudaeorum xpianum mancipium uel cuius libet
alterius sectae mercatus circumciderit minime inser
uiat tueretineat circumcisum Sed liberatis pretii
legibus quibus hoc sustenuit potiantur

DATA XI K NOUEMB CONSTANTINOPOLIM PP VIII ID MAII KARTHAGINE NEPOTIANO ET FACUNDO CCSS B.
INTERP Si quis iudeus xpianum seruum uel cuius libet
alterius secte acquisierit et circumciderit aliudeipsius
potestate sublatus in libertate permaneat.

V De religione

AFRICAE

Impp archadius et honorius aa ad apollodorum procons
Quotiens de religione agitur episcopos conuenit
agitare Ceteras uero causas quae ad ordinari
os cognitores uel adusum publici iuris pertinent
legib. oportet audiri. DATA A IIII KAL SEPTEB PATAUI
THEODORO uc CONSULE. hec lex INTERP NO INDIGET

Impp honorius et theodosius aa marcellino suo
salutem

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

flagitia puniantur, qui christianae religionis et nominis dignitate neglecta, Iudaicis semet polluere contagiis. Dat. XII Kal. *Julias* [1] Patavi, Merobaude II et Saturnino Coss.

Interpretatio. Reliqua pars legis de Manichaeis ideo facta non est, quia evidentior in Novellis invenitur.

TIT. III.—DE IUDAEIS, COELICOLIS ET SAMARITANIS. (1) IMP. CONSTANTINUS A. AD FELICEM PRAEFECTUM PRAETORIO. POST ALIA. Eum, qui ex Iudaeo christianus factus est, inquietare Iudaeos non liceat vel aliqua pulsare iniuria: pro qualitate commissi istius modi contumelia punienda [2]. Dat. XI [3] Kal. Nov., Constantinopoli. Proposita VIII Id. Mai, *Karthagine*, Nepotiano et Facundo Coss.

Ista lex interpretatione non indiget.

(2) IMP. CONSTANTIUS [4] A. ET IULIANUS C. AD TALASSIUM PRAEFECTUM PRAETORIO. Si quis, lege venerabili constituta, ex christiano iudaeus effectus sacrilegis coetibus aggregetur, quum accusatio fuerit comprobata, facultates eius dominio fisci iussimus vindicari. Dat. V Non. Jul., Mediolano, Constantio A. IX [5] et Iuliano *Caes. II* Coss.

(Ista lex interpretatione non eget.)

TIT. IV.—NE CHRISTIANUM MANCIPIUM IUDAEUS HABEAT. (1) IMP. CONSTANTINUS A. AD FELICEM PRAEFECTUM PRAETORIO. Si quis iudaeorum christianum mancipium vel cuiuslibet alterius sectae mercatus circumciderit, minime in servitute retineat circumcisum, sed libertatis privilegiis, qui hoc *sustinuerit*, potiatur [6]. Dat. XI [7] Kal. Nov. Constantinopoli; Pp. VIII Id. Mai. Karthagine, Nepotiano et Facundo Coss.

Interpretatio. Si quis Iudaeorum servum christianum vel cuiuslibet alterius sectae emerit et circumciderit, a Iudaei ipsius potestate sublatus in libertate permaneat.

[8] *(2) Impp. Honorius et Theodosius AA. Monaxio Pf. P. Judaeus servum christianum nec comparare debebit, nec largitatis titulo consequi. Qui non hoc observaverit, dominio sibi petulanter acquisito careat; ipso servo, si, quod fuerit gestum, sua sponte duxerit publicandum, pro praemio libertate donando. Verum cæteros, quos rectae religionis participes constitutos in suo censu nefanda superstitio eadem videtur esse sortita, vel deinceps hereditatis seu fideicommissi nomine fuerit consecuta, sub hac lege possideat, ut eos nec invitos, nec volentes coeno propriae sectae confundat; ita ut, si haec forma fuerit violata, sceleris tanti auctores capitali poena, proscriptione comitante, plectantur. Dat. IV Id. April., Constantinopoli, Honorio A. XI et Constantio V. C. II Coss.*

TIT. V.—DE RELIGIONE. (1) IMPP. ARCADIUS ET HONORIUS AA. APOLLODORO PROCONSULI AFRICAE. Quoties de religione agitur, episcopos convenit agitare; ceteras vero causas, quae ad ordinarios cognitores vel ad usum publici juris pertinent, legibus oportet audiri. Dat. XIV [9] Kal. Sept. Patavio, Theodoro V. C. Consule.

Haec lex interpretatione non indiget.

[10] *(2) Imppp. Arcadius, Honorius et Theodosius AAA. Diotimo Proconsuli Africae.—Edictum, quod de unitate per Africanas regiones clementia nostra direxit, per diversas provintias proponi volumus, ut omnibus innotescat, Dei omnipotentis unam et veram fidem catholicam, quam recta credulitas confitetur, esse retinendam. Dat. III Non. Mart., Ravenna, Stilicone II et Anthemio Coss.*

(3) IMPP. HONORIUS ET THEODOSIUS AA. MARCELLINO SUO SALUTEM.

---

[1] Haenel: *Junias.*
[2] Haenel add.: *et cetera.*
[3] Haenel: *XII.*
[4] Palimp.: *Constantinus.*
[5] Haenel: *VIII.*
[6] Palimp.: *sustenuit potiantur.*
[7] Haenel: *XII.*
[8] Hanc legem 2, tituli IV, non amisit Palimpsestus sed recte omisit inopia foliorum, quia neque extat in plurimis codicibus, neque in Epitomis Breviarii Aegidii, Monachi et Lugdunensi. Haenel eam sumpsit ex Sichardo.
[9] Haenel: *XIII.*
[10] Lex 2, huius tit. desideratur tam in rescripto Legionensi, quam in omnibus ferme quos vidit Haenel codicibus, praeter Parisiensem 4403, Seldenensem, S. Germani 366, et Phillipssensem 1741. Sichardus et Tilius eam omiserunt.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Eaquaecircacatholicãlegemuel olim hordina
uitantiquitasuel parentumnsorũ auctori
tas religiosaconstituituel nsa serenitaroboro
rauit nouellasupprestitione submotaintegra et
inuiolatacustodiri precipimus
dat. iii. id. octob. rauen. baron. ũ cl. cos stalix interp nonin os

explicit thiodosiani constitutio
nym liber sextus decimus feliciter.

incipit nouellarvm divi thiodosiani
acvsti liber primus feliciter am in
I. de theodosiani codicis auctoritate

Simpp theodosiusetualentinsaa florentio ppo ori
epe nostracl ementiadubitauitquecausafaceret entis
uttantis propositispremiisquib' artes et studianu
triuntur tampauciraroq, extiterint quibus
plenaiurisciuilis sententiaditarentur. etintanto
lucubrationum tristipallore uix unusautal
terreceperitsoliditatemperfectaedoctrinae
quodnequaquamulterius sedula ambiguitatetrac
tetur. Sicopiainmensalibrorum siactionumdiuer
sitas difficultasq, causarumahimisnsisoccurrat.
sideniquemoles constitutionumdiualium queuelut
sub crassadem ersitcaligineobscuritatis uallosui
notitiamhumanisln s enii slinterclusit. uerumelegi
musnec otium causas temporisnsi etdiscussistene
bris conpendio brevitatislumen legib' dedimus. helec
tis uirisnobilib' exploratae fidei famosaedoctrinequib'
delegata causa ciuilis officii. purgatainterpretatio
ne

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Ea, quae circa catholicam legem vel olim ordinavit antiquitas, vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit, vel nostra serenitas roboravit, novella superstitione summota, integra et inviolata custodiri praecipimus. Data II [1]. Id. Oct., Ravenna, Varane V. C. Consule.

Ista lex interpretatione non indiget.

EXPLICIT *CODICIS* THEODOSIANI CONSTITUTIONUM LIBER XVI FELICITER. INCIPIT [2] NOVELLARUM DIVI THEODOSII AUGUSTI LIBER PRIMUS FELICITER, AMEN [3].

TITULUS I.—DE THEODOSIANI CODICIS AUCTORITATE. (1) IMPP. THEODOSIUS ET VALENTINIANUS AA. FLORENTIO PRAEFECTO PRAETORIO ORIENTIS. Saepe nostra clementia dubitavit, quae causa faceret, ut tantis propositis praemiis, quibus artes et studia nutriuntur, tam pauci rarique exstiterint, qui plena iuris civilis scientia ditarentur, et in tanto lucubrationum tristi pallore vix unus aut alter receperit soliditatem perfectae doctrinae.

§ 1. Quod nequaquam ulterius sedula ambiguitate tractetur, si copia inmensa librorum, si actionum diversitas difficultasque causarum animis nostris ocurrat, si denique moles constitutionum divalium, quae velut sub crassae demersa caliginis *et* obscuritatis vallo, sui notitiam humanis ingeniis interclusit; verum elegimus negotium causas [4] temporis nostri, et discussis tenebris compendio brevitatis lumen legibus dedimus, electis viris nobilibus exploratae fidei, famosae doctrinae, quibus delegata causa civilis officii, purgata interpretatione,

---

[1] Haenel *prid.*
[2] Haenel om.: *feliciter*.
[3] Haenel: *Incipit liber legum Novellarum divi Theodosii.*
[4] Haenel: *egimus negotium temporis.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

RETROPRINCIPUMSCRIPTA UULGAUIMUS NECIURISPERITORUM
ULTERIUSSEUERITATEMENTITAOISSIMULATASCIENTIAUELUTAB
IPSISADITISSPECTARENTURFORMIDANDA CUMLIQUIDOPATEAT
QUODPONDERE DONATIODEFERATUR· QUAACTIONEPETATUR
HEREDITAS· QUIB· UERBISSTIPULATIOCOLLIGATUR·UTCERTUM·
UELINCERTUMDEBITUMSITEXIGENDUM· QUESINGULAPRU
DENTIUMDETECTAUIRGILIISINAPTUMLUCEMQ·DEDUCTASUNT
HOMINISHRIRADIANTESPLENDORE· NECPARUŨ PRETIUMSIBI
HOCSUSPICIENTURESSEDILATUM· QUIB·DIUINAMENSAPECTORIS
NOSTRIMAHDAUIMUS ETENIMSIRECTE MENTISACIEFUTURA
PROSPICIMUSADPOSTEROSUSQ·DEUENIENT LABORISNOSTRI
CONSORTIO QUAMOBREMDETERSANUBEUOLUMINUMLH
QUIB· MULTORUMNIHILEXPLICANTIUMHETATESADTRITE
SUNT COMPENDIOSADIUALIUMCONSTITUTIONUMSCIENTIĀ
EXDIUICONSTANTINITEMPORIB·ROBORAMUS NULLIPOST
KALENDAS IANUARIAS CONCESSALICENTIAADFORUM· ETCOTIDI
ANASADUOCATIONESIUSPRINCIPALEDEFERREUELITISSTRU
MEN TACONPONERE NISIEXHISUIDELICET
LIBRISQUIINSINOMINISUOCABULUMTRANSIERUNTETSA
CRISHABENTURINSCRINIIS· QUAMQUAMNULLIRETROPRIN
CIPUMAETERNITASSUADETRACTAESTNULLIUSLATIORIS·
OCCIDIT NOMENIMMOLUCIS GRATIAMUTATI CLARITUDINE
CONSULTORUM AUGUSTANOBISCUM SOCIETATEIUNGUN
TUR NAMETIGITURMANEBITQ;PPETUOELIMATAGLO
RIACONDITORUM NECINNOSTRUMTITULUMDEMI
GRAUIT NISILUXSOLABREUITATIS ETQUAMUISNRISAUS
PICIISTOTIUSOPERISINSTAURATIODEBERETURADTAMEN
MAGISIMPERATORIUMMAGISQ·CREDIDIMUSGLORIOSUM
SIFUGATAIHUIDIAPERENNITATISIUREMEMORIAMMANE
REAUCTORUMNOBISADFRUCTUMBONAECONSCIENTIAE
ABUNDEQUESUFFICIETREUELATISLEGIBUSINUENTAMA
LORUMOBSCURITATISINIURIAMUIÑDICASSE· HISADICIMS
NULLAMCONSTITUTIONEMINPOSTERUMUELUTLATAM
INPARTIB·OCCIDENTISALIOUELIHLOCOABINUICTISSI
MOPRINCIPEFILIONOSTRECLEMENTIAE PERPETUO

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

retro principum scripta [1] vulgavimus, ne jurisperitorum ulterius severitate mentita, dissimulata scientia, velut ab ipsis adytis, exspectarentur formidanda *responsa* [2], quum liquido pateat, quo pondere donatio deferatur, qua actione petatur hereditas, quibus verbis stipulatio colligatur, ut certum vel incertum debitum sit exigendum. Quae singula prudentium detecta vigiliis, in apertum lucemque deducta sunt nominis nostri radiante splendore.

§ 2. Nec parvum pretium sibi hoc suspicentur esse delatum, quibus divina sensa pectoris nostri mandavimus. Etenim si recte mentis acie futura prospicimus, ad posteros usque devenient laboris nostri consortio.

§ 3. Quamobrem detersa nube voluminum, in quibus multorum nihil explicantium aetates attritae sunt, compendiosam divalium constitutionum scientiam ex divi Constantini temporibus roboramus, nulli post Kalendas Ianuarias concessa licentia, ad forum et quotidianas advocationes ius principale deferre vel litis instrumenta componere, nisi ex his videlicet libris, qui in nostri nominis vocabulum transierunt et sacris habentur in scriniis; quamquam nulli retro principum aeternitas sua detracta est, nullius latoris occidit nomen, immo, lucis gratiam mutuati, claritudine consultorum augusta nobiscum societate iunguntur. Manet igitur manebitque perpetuo elimata gloria conditorum, nec in nostrum titulum demigravit, nisi lux sola brevitatis.

§ 4. Et quamvis nostris auspiciis totius operis instauratio deberetur, attamen magis imperatorium magisque credidimus gloriosum, si, fugata invidia, perennitatis iure memoria remaneret auctorum. Nobis ad fructum bonae conscientiae *satis* [3] abundeque sufficit, revelatis legibus, inventa maiorum obscuritatis iniuria vindicasse.

§ 5. His adiicimus, nullam constitutionem in posterum velut latam in partibus occidentis aliove in loco ab invictissimo principe, filio nostrae clementiae, perpetuo *(Sequitur textus pag.* 239*)*

---

[1] Haenel: *scita*.
[2] Palimp. om.: *responsa*.
[3] Palimp. om.: *satis*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

AVGVSTO VALENTINIANO POSSE PROFERRI · VEL VIM LEGIS ALIQUA
OBTINERE. NISI HOC IDEM DIVINA PRAGMATICA SANCTIONE CAVERI.
INTIMENTUR. QUOD OBSERVARI NECESSE EST IN HIS AETIA
QUE POSTERIS TEMPORIBUS PROMULGANTUR FALSITA
TIS NOTA DAMNANDIS QUE EX TEMPORE DEFINITO THEODOSIA
NO NON REFERUNTUR IN CODICE EXCEPTIS HIS QUE HABEN
TUR APUT MILITUM SANCTA PRINCIPIA VEL DE TITULIS PUBLI
CIS EXPENSARUM ALIARUMQ. RERUM CAUSA QUE IN REGESTIS
DIVERSORUM OFFICIORUM RELATAS UNTI ONCUM EST MEMORA
RE. QUID IN HUIUS CONSUMMATIONE NEGOTII CONTULERIT
VIGILIIS SUIS ANTIOCUS CUNCTA SUBLIMIS EX PREFECTO ET CON
SULE QUID MAXIMUS VIR INLUSTRIS EX QUESTORE SACRI PALA
TII AEMINENS OMNIGENERE LITTERARUM QUID MARTI
RIUS VIR INLUSTRIS COMES ET QUESTOR SACRE CLEMENTIAE
FIDUS INTERPRES QUID AETIAM SPERANTIUS APOLLODO
RUS THEODORUS VIR EXPECTABILES COMITES SACRI CONSI
STORII QUID EPIGENES VIR EXPECTABILIS COMES ET MA
GISTER MEMORIAE QUID PROCOPIUS VIR EXPECTABILIS
EX MAGISTRO LIBELLORUM IURE OMNIBUS VETERIBUS CON
PARANDI QUOD RESTAT FLORENTI INLUSTRIS ET MAGNIFI
CA AUCTORITAS TUA CUI AMICUM CUI FAMILIARE EST PLACERE
PRINCIPIB. AEDICTIS PROPOSITIS IN OMNIUM POPULORUM IN
OMNIUM PROVINCIARUM NOTITIAS CITA MAGESTATIS AU
GUSTAE NOSTRAE FACIAT PERVENIRE

DAT XV KAL. MARTIAS CONSTANTINOPOLIM THEODOSIO Ā XVI COS

INTERP. haec lex dicitur ut Theodosiani codicis auctori
tas omni firmitate subsistat.

II

DE CONFIRMATIONE LEGUM NOVELLARUM DIVI THEODOSIANIAE

DOMINO VALENTINIANO INCLITO VICTORI HACTRI
UMPHATORI SEMPER AUGUSTO FILIO THEODOSI
USPERPETUUS Ā PATER

POSTQUAM IN CORPUS UNIUS CODICIS DIVORUM RETRO PRIN
CIPUM CONSTITUTIONES NRAS QUE REDIGIMUS ALIAM MOX
LEGEM NRA PIETAS PROMULGAVIT. QUE TAM CONFECTO CODI
CIS

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

augusto, Valentiniano posse proferri vel vim legis aliquam obtinere, nisi hoc idem divina pragmatica nostris mentibus intimetur.

§ 6. Quod observari necesse est in his etiam, quae per Orientem nobis auctoribus promulgantur; falsitatis nota damnandis, quae ex tempore definito Theodosiano non referuntur in codice, exceptis his, quae habentur apud militum sancta principia, vel de titulis publicis expensarum aliarumque rerum gratia, quae in regestis diversorum officiorum relata sunt.

§ 7. Longum est memorare, quid in hujus consummationem negotii contulerit vigiliis suis Antiochus, cuncta sublimis, ex-praefecto et consule; quid Maximus [1], vir illustris, comes, exquaestore nostri palatii, eminens omni genere litterarum; quid Martyrius, vir illustris, comes et quaestor, nostrae clementiae fidus interpres; quid etiam Sperantius, Apollodorus, Theodorus, viri spectabiles, comites sacri nostri consistorii; quid Epigenes, vir spectabilis, comes et magister memoriae; quid Procopius, vir spectabilis, *comes*, ex-magistro libellorum, iure omnibus veteribus comparandis.

aut *aliquod se tormentorum genus* [1] suppliciorumque perpesso aut forsitan pretium *se*, quod instrumentis *in*scriptum est, non docuerit percepisse. Et [2] tunc vero non solum instrumentum, si fuerit, vacuatur, sed talis emtor et possessionem reddat, et pretium venditori, quod instrumentis continetur insertum, cogatur implere. Si vero nihil horum venditor, ut dictum est, fortasse pertulerit, et contra venditionem hanc voluntarie factam sub tali obiectione venire tentaverit, cum proposita poena, quae non valuerit comprobare, merito durante possessione in iure illius, a quo fuerat comparata, pretium venditor, quod accepit, emtori, cui calumniam intulit, absque *ulla* dilatione restituat. Curiales etiam, quibus hucusque [3] sine decreti interpositione res suas vendere aut alienare a corpore curiae non licebat, si certa fuerint necessitate constricti, ut debitum, quod pro utilitate publica contraxit, dum creditorum poenas metuit, supplere festinet, quicquid sub tali necessitate vendiderit, omni firmitate subsistat. Nec interpositio decreti quaeratur, sed tantum concuriales sui, quos necessitas eius poterit non latere, in ea venditione subscribant, et nihil emtori de emta re calumniae penitus opponatur, sed rem comparatam emtor perpetuo iure possideat. Ita tamen, ut si forsitan se aliqua fraude, intercedentibus concurialibus suis, qui subscriptores iubentur accedere, venditor se probaverit fuisse deceptum, tam emtoris quam subscriptoris dispendio venditor reddatur indemnis. Curiales vero si ad advocationem venire voluerint aut aliquam militiam sperare, provideant huiusmodi personas, quae munia ipsorum debeant expedire, provisuri, ut nihil per eos rei publicae possit inminui: nam ad se omne dispendium noverint pertinere, et se ad locum, in quo alium substituerant, revocandos. Reliquum vero huius legis ideo interpretatum non est, quia hoc in usu provinciae istae non habent.

---

[1] Palimp.: *aliquo se tormentorum genere.*
[2] Haenel om.: *Et.*
[3] Palimp.: *ulla hucusque.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

XI DE PARENTIBVS QVI FILIOS SVOS PER NECESSITATE
DISTRAXERVNT ET HEIN ÇENVI BARBARIS VENVN
DENTVR NEQVE AD TRANSMARINA DVCANTVR.
IMP VALENTINIANVS AÇVSTVS AETIO PATRICIO
VMDIEBVS OMNIBVS ET MOMENTIS STVDIVM CELSITVDI
NIS TVE ETS OLLICITVDINEM PERVIÇILEM CIRCA HVTILITATE
PVBLICAM COHPROBEMVS AETIAM PRESENTII INSINVATIO
NE MONSTRATIS QVA NVLLVM PATERIS BENIÇNAETSA LVBRI PROVI
DENTIA ADDICTAE P NECESSITATEM INÇENVITATI PREIVDICIVM
PROVENIRE H OSTENDIS. NON OMNIA SINISTRE LICERE FORTVNAE
VT STATVS QVE MILLA VOLVIT INOPIA COGENTIS MVTARI. AD SPLEN
DIDIOREM SVVM HVMANITATIS HRE BENEFICIO REDVCATVR.
NOTVM EST PROXIME OBSCENISSIMAM FAMAM P TOTAM
HITALIAM DESAEVISSE COACTOS HOMINES FILIOS ET PARENTES
VENDERE. VT DISCRIMEH INSTANTIS MORTIS EFFVÇEREN
TANTVM VNICVIQ. MISERANDA MACIES ET LETALIS PE REVNTIVM
PALLOR EXTORSIT VT TOTIVSQVE MHATVRE CONCESSITA MORIS
OBLITI ALIENAS RESVOS ÇENVS PIETATIS PVTARENT. NIHIL EST
ENIM AD QVOD NON DISPERATIO SALVTIS IMPELLAT. NIHIL TVRPE
NIHIL VETITVM CREDITE SVRIENS. SOLA CVRA EST VT QVALECVÇ.
SORTE VIVATVR. SED INIQVVM IVDICO IDEO LIBERTATEM PERIRE
QVIA VITA NON PERIT ET AÇIORROREVILISSIMAE SERVITVTIS.
NAM INÇENVO MORIS ATIVS EST QVAM IVÇVM SERVILEM PERFER
RE. ILLA SVNT DVLCIA QVE PRESTITA NON DEFORMANTQ. ACCE
PISSE DELECTET, QVIB. VTI NON TVRPE SIT DICI BENEFICIVM
NON POTEST SI PEREAT QVOD SERVIS PRO SVMMA REMVNE
RATIONE PRESTATVR. ICSITVR LIBERO STA VICVI SPECIALITER
SAPIENTISSI CONDITORES IVRIS LÇES Q. VOLVERVNT ESSE CON
SVLTVM NVLLVM PREIVDICIVM PATIOR INROÇARI RENOVAN
STATVTA MAIORVM VENDITIONEM CENSEO SVBMOVERI QVAM
PREDICTA FAMIS DE INÇENVIS FIERI PERSVASIT. ITA SANE VTEMP
TOR PRETIVM SVB QVINTAE ADIECTIONE RECIPIAT HOCEST VT
QVINTO SOLIDO VNVS ADDATVR DECEM DVO. SIMILITER CRES
CENTE NVMERO QVAM CVMQVE SVMMA MVENDITIO FACTA DE
SIÇNATITA FIT VT HEQ. ILLVM REB. AD FLICTIS HAC DISPERATIS
VTI TVM PVDEAT EVM FISSE CVI hs

TIT. XI.—DE PARENTIBUS, QUI FILIOS SUOS PER NECESSITATEM DISTRAXERUNT, ET NE INGENUI BARBARIS VENUMDENTUR, NEQUE AD TRANSMARINA DUCANTUR. (1) Imp. Valentinianus A. Aetio Patricio. Quum diebus omnibus et momentis *studium* celsitudinis tuae et sollicitudinem pervigilem circa utilitatem publicam comprobemus, etiam praesenti insinuatione monstrasti, qua nullum pateris benigna et salubri providentia addictae per necessitatem ingenuitati praejudicium provenire. Ostendis, non omnia sinistrae licere fortunae, ut status, quem illa voluit inopia cogente mutari, ad splendorem suum humanitatis nostrae beneficio reducatur. Notum est, proxime obscenissimam famem per totam Italiam desaevisse, coactosque homines filios et parentes vendere, ut discrimen instantis mortis effugerent. Tantum unicuique miseranda macies et letalis pereuntium pallor extorsit, ut totius, quem natura concessit, amoris obliti, alienare suos, genus pietatis putarent. Nihil est enim, ad quod non desperatio salutis impellat: nîl turpe, nîl vetitum credit esuriens: sola cura est, ut qualicumque sorte vivatur. Sed iniquum iudico, ideo libertatem perire, quia vita non perit, et agi horrore vilissimae servitutis, *ut* exitium pudeat evasisse [1]. Nam [2] ingenuo mori satius est, quam iugum servile perferre. Illa sunt dulcia, quae praestita non deformant, quae accepisse delectet, quibus uti non turpe sit. Dici beneficium non potest, si pereat, quod servis pro summa remuneratione praestatur. Igitur libero statui, cui specialiter sapientissi*mi* conditores iuris legesque voluerunt esse consultum, nullum praeiudicium patior irrogari; renovans statuta maiorum, venditionem censeo summoveri, quam praedicta fames de ingenuis fieri persuasit: ita sane, ut emtor pretium sub quintae adiectione recipiat, hoc est, ut quinto solido unus addatur, decimo duo, similiter crescente numero, quamcumque summam venditio facta designat. Ita fit, ut neque illum rebus afflictis ac desperatis

---

[1] Verba, quae hic deesse notavit scriptor Palimpsesti, mox suo more subjiciet.
[2] Haenel: *Cui non.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

AEMISSEPEHITEAT QUI AMPLIUSRECEPITQUAMADPRETIM
DEDERAT NECPEREATSUBTANTACLADEDISTRACTALIBER
TAS SIQUISSANEBARBARISUENDITIONEMPROHIBITAMFE
CERIT UELEMPTUMINGENUUMADTRANSMARINATRANS
TULERIT SCIATSE SEXAURIUNCIAS FISCIUIRIB' INLATURUM
QUAMSALUBERRIMAMLEGEM AITI PRA·INL ETPRECEL
SAMAGNITUDOTUANOTITIAMCOMMUNIUMPROPOSITIS
UULGAUIT AEDICTIS DAT·PRID·KF EB·ROMAE ADELPHIO UC CONSL
INTERP HOCPRECIPETHECLEXUTQUICUMQUEINGENUIFILIQ
SUORINQUALICŪQUENECESSITATESEUFAMISTEMPOREUENDIDE
RINT IPSANECESSITATECONPULSI· EMPTORSIQUINQUEMSOL
DOSEMITSEXACCIPIET SIDECEMDUODECIMSOL SIMILITER
RECIPIAT· AUTSIAMPLIUSSECUNDUMSCRIPTURERATIONĒ
AUGMENTUMPRETIICONSEQUATUR· NAMSIQUISHUIUSMO
DIPSONASALIQUISADEXTRANEASGENTESAUTTRANSMARINA
LOCATRANSFERREAUTUENDEREPRESUMPSERITIPSE
QUIHOCCONTRASTATUTAPRESUMPSERITSEXAURIUNCIAS
FISCOSEHOUERITINLATURUM·

XII DEEPISCOPALIIUDICIOETDEDIUERSISNEGOTIIS
IMPUALENTINIANUSĀ FIRMO PPŌ ETPATRICIO·
EEPISCOPALIIUDICIODIUERSORUMSEPECAUSATIOEST
NECULTERIUSQUERELLAPROCEDAT NECESSE ESTPRESEN
TILEGESANCIRI· ITAQUECUMINTERCLERICOSIURGIUM
UERTITUR ETIPSISLITIGATORIB· CONUENITHABEATEPIS
COPUSLICENTIAMIUDICANDIPREEUNTETAMENHUINCULO
CONPROMISSI QUODETDELAICISSICONSENTIAHTAUC
TORITAS HSAP MITTIT ALITEREOSIUDICESESSENON
PATIMURHISIUOLUMTASIURGANTIUMINTERPOSITASICUT
DICTUMESTCONDITIONEPRECEDAT· QNMCONSTATEPIS
COPOSETPRESBITEROSFORUMLEGIB' NONHABEREHEC
DEALIISCAUSISSECUNDUMARCHADIETHONORIDIUALIACOS
TITUTAQ' THEODOSIANUMCORPUSHOSTENDITPRETERRE
LIGIONEMPOSSECOGNOSCERE SIAMBOEIUSDEMOFFICII
LITIGATORES NOLLINT· UELALTERUTERQ' AGANTPUBLICIS
LEGIB'ETIURECONMUNI· SIHUEROPETITORLAICUSSEUIN
CIUIL

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

emisse poeniteat, qui amplius recepit [1] quam ad pretium dederat, nec pereat sub tanta clade distracta libertas.

§ 1. Si quis sane barbaris venditionem prohibitam fecerit, vel emtum ingenuum ad transmarina transtulerit, sciat, se sex auri uncias fisci viribus illaturum.

§ 2. Quam saluberrimam legem, Aëti, parens carissime *atque* amantissime, illustris et praecelsa magnitudo [2] tua *notitiae omnium* [3] propositis vulgabit edictis. Data prid. Kal. Febr. Romae, Adelphio V. C. Coss.

Interpretatio. Hoc praecepit haec lex ut [4] quicumque ingenui filios suos in qualibet necessitate seu famis tempore vendiderint, ipsa necessitate compulsi, emtor si quinque solidos emit, sex recipiat; si decem, duodecim solidos similiter recipiat, aut si amplius, secundum scripturae [5] rationem augmentum pretii consequatur. Nam si huius modi personas aliquis ad extraneas gentes aut transmarina loca transferre aut vendere [6] praesumserit ipse, qui hoc contra statuta praesumserit, sex auri uncias fisco se noverit illaturum.

TIT. XII.—DE EPISCOPALI IUDICIO, ET DE DIVERSIS NEGOTIIS. (1) IMPERATOR VALENTINIANUS A. FIRMINO PRAEFECTO PRAETORIO ET PATRICIO. De episcopali iudicio diversorum saepe causatio est. Ne ulterius querela procedat, necesse est praesenti lege sanciri. Itaque quum inter clericos iurgium vertitur, et ipsis litigatoribus convenit, habeat episcopus licentiam iudicandi, praeeunte tamen vinculo compromissi. Quod et [7] de laicis, si consentiant, auctoritas nostra permittit. Aliter eos iudices esse non patimur, nisi voluntas iurgantium interposita, sicut dictum est, conditione praecedat, quoniam constat, episcopos et presbyteros forum legibus non habere, nec de aliis causis, secundum Arcadii et Honorii divalia constituta, quae Theodosianum corpus ostendit, praeter religionem, posse cognoscere. Si ambo eiusdem officii litigatores nolint, vel alteruter quae [8], agant publicis legibus et iure communi; sin vero petitor laicus, seu in civili [9] *(Sequitur textus pag. 291)*

---

[1] Haenel: *recipiat.*
[2] Haenel: *magnificentia.*
[3] Palimp.: *notitiam communium.*
[4] Haenel om.: *ut.*
[5] Haenel: *suprascriptam.*
[6] Haenel: *venumdare.*
[7] Haenel om.: *et.*
[8] Haenel om.: *quae.*
[9] Quae abhinc, deperditis foliis, Palimpsestus amisit, ad § 18 usque huius Novellae protendebantur.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

magisdeceatad eiusreuerentiaq· illiuisasuntinuiolataseruari.
Quodautemantehacpromulçatalegecensuimusamissetem
poribustricenariaesuboliprioridnononperire. id arçumen
tumtrahiapertadefinitioneprohibemusscilicetutsecundum
legemadpalladiumdatamsubolemdiuidicensemusquedeori
ginariosusceptafuerita lieno FIRMINI P̄ K̄ Ā INL quareet
permultamagnificentiahancsaluberrimamedictalemlegem
etiampendentibusinforonegotiispro futuraproposituul
gauitaedictis· Utquantahobisdisponendaequietispublicaecu
rasitomnibusinnotescat·
DAT· XVII· KĀL MAI ROM· ERCULANO V̄IC CONSULI
INTERP̄· Lexstadediuersisreb·multaconstituitsedinprimis
declericisquod dictumestutnisip conpromissiuinculoiudicium
episcopalenonade ANT posteriorilegemaioriani abrogatum
est dereliquisprecipetutsiquislaicus clericumuel inciuili seuin
criminalinegotioperauctoritatemiudicisadpublicumprouocaue
rit·sinedilationerespondeat· Episcopietiamseuproperuasio
nereialicuiusseuproquib·cūq· grauib·iniuriisadiudiciumfuerint
prouocati· licetincriminalib· causispaliumnullilicea tresponn
dereepiscopistamenetpresbiterishaclegeprestaturutintali
buscausisismissoprocuratorerespondeantsinedubioutad
eosredeatsententiaiudicati· Inreliquisuerocriminalib·
causisubidescelerepsonaconuincendaestsuaminiudicio
presentiamexhibereprocuret Quodsitertioconuenti
per executoremadiudiumuenirenoluerintsententiam
excipiantcontumacis· clericussialiquemlitepulsauerit
inforoilliusquemadiudicium prouocataudiaturSitamen
pulsatusnonadquieueritadepiscopiuel presbiteriuenire
iudicium· Quodsialiutfeceritillequipulsatdefensorescau
saeipsiustaliternotaripre cepitutabomnioffícioetprosecu
tionecausarumhabeantur extranei· Nullumaetiam
originariuminquilinumseruumsiuecolonumadclerica
tusofficiumiubetaccederenecinmonasteriisrecipi·nephanc
occasionemdebitamcondicionempossiteuadere. Namnec
corporatus ciuitatis alicuiusquipublicumseruitium debet

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

seu in criminali causa, cuiuslibet loci clericum, adversarium suum, si id magis eligat, per auctoritatem legitimam in publico judicio respondere compellat. . . . . . .

. . . . . .

§ 18. *Si forte duorum praediorum unus dominus atque possessor ex referto originariis et colonis agro ad alterum rus aliquos homines propria voluntate et ordinatione transtulerit, ita id maneat, ut, sive venditione seu donatione seu quolibet alio modo ad diversos dominos res utraque pervenerit, translator originis iure et titulo revocari non liceat. Indecorum est, auctoris facta convelli, quae pro consilio suo et tractatu necessaria iudicavit, quum* magis deceat ad eius reverentiam, quae illi visa sunt. inviolata servari.

§ 19. Quod autem antehac promulgata lege censuimus, amissae temporibus tricenariae [1] sobolem priori domino non perire, id *in* argumentum trahi aperta definitione prohibemus: scilicet, ut [2] secundum legem ad Palladium datam, sobolem dividi censemus, quae de originario suscepta fuerit alieno, Firmine, parens carissime *atque* amantissime.

§ 20. Quare illustris *et praecelsa* per multa [3] magnificentia *tua* hanc saluberrimam edictalem legem, etiam pendentibus in foro negotiis profuturam, propositis vulgabit edictis, ut, quanta nobis disponendae quietis publicae cura sit, omnibus innotescat. Data XV Kal. Mai. Romae, Herculano V. C. Cons.

Interpretatio. Lex ista de diversis rebus multa constituit: sed inprimis de clericis quod dictum est, ut nisi per compromissi vinculum iudicium episcopale non adeant, posteriori lege Maiorani abrogatum est. De reliquis praecepit, ut siquis laicus clericum vel in civili seu in criminali negotio per auctoritatem judicis ad publicum provocaverit *pulsatus* sine dilatione respondeat. Episcopi etiam sive pro pervasione rei alicuius, sive pro quibuscumque gravibus iniuriis ad iudicium fuerint provocati, licet in criminalibus causis per alium nulli liceat respondere. Episcopis tamen et presbyteris hac lege praestatur, ut in talibus causis, misso procuratore, respondeant, sine dubio ut ad eos redeat sententia iudicati. In reliquis vero criminalibus causis, ubi de scelere persona convincenda est, suam in iudicio praesentiam exhibere procurent. Quod si tertio conventi per exsecutorem ad iudicium venire noluerit, sententiam excipiant contumacis. Clericus si aliquem lite pulsaverit, in foro illius, quem ad iudicium provocat, audiatur: si tamen pulsatus non acquieverit ad episcopi vel presbyteri venire iudicium. Quod si aliud fecerit ille, qui pulsat, defensores causae ipsius taliter notari praecepit, ut ab omni officio et prosecutione causarum habeantur extranei. Nullum etiam originarium, inquilinum, servum sive colonum ad clericatus officium iubet accedere, neque in monasteriis recipi, ne per hanc occasionem debitam conditionem possint evadere. Nam nec corporatus civitatis alicuius, qui publicum servitium debet, *(Sequitur textus pag. 293)*

---

[1] Haenel: *originariae*.
[2] Haenel om.: *ut*.
[3] Haenel: *et per multa*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

NE CURIALIS NEC COLLEGIATUS CLERICUS ESSE PRESUMAT. CLERICOS QUOQUE
PRECIPIMUS NE NEGOTIATIONES NULLATENUS EXERCERE PRESUMANT
QUOD SI FECERINT VEL ALIOS NEGOTIATORES A IUDICIB' EMENDENTUR
DE CORPORIB' NAMQ' PUBLICIS NULLUM FIERI DEFENSOREM ECCLESIAE
LEX STA CONSTITUIT QUOD SI QUIS EX CURIA ADQUIEVERIT UT FIAT
DEFENSOR ECCLESIAE NOVERIT RESSUAS OMNES CURIAE AUT ILLI
CORPORI UNDE DISCESSERAT ADPLICANDAS ET SE AD SERVITUM CIVI
TATIS IN SUO CORPORE REVOCANDUM. NAM ET IUDICEM ET OFFI
CIUM EIUSDEM PROVINCIAE SI EOS NON REVOCAVERINT GRAVISSI
CUTIPSA LEX LOQUITUR DICIT POENA FERIENDOS. DIACONOS QUI EX
CURIALIBUS VEL EX QUOLIBET CORPORE PUBLICO FACTI SUNT
PRECIPIMUS UT PROSEQUENDA QUE HUTILITATI PUBLICAE DEBENTUR
SUFFECTOS DARE DEBEANT QUOD SI NON DEDERINT IPSI AD
CONDICIONEM DEBITAM REVOCENTUR. NAM EPISCOPOS AD Q,
PRESBITEROS NO HIUBE THAC LEX ECONSTRINGI. NISI TANTUM
UT DE PATRIMONIIS SUIS Q, SUNT MAIORIANI LEGE CONSTITUTA
EVIDENTER OBSERVENT. ORIGINARIOS VEL SERVOS QUI
AD HONOREM ECCLESIASTICUM ADSPIRAVERINT DEBERE INFRA XXX
ANNOS AD HIS REVOCARI. ITA TAMEN UT DIACONUS PROSEQUICARIUM
SI ABUERIT REDDAT, ET OMNE PECULIUM SUUM D'NS EIUS USUR
PET. QUOD SI VICARIUM NON HABUERIT UNDE REDDAT IPSE AD
CONDICIONEM PROPRIAM REVOCETUR. NAM OMNES CLERICOS
IUBEMUS NULLUS CAUSAS ALIAS NISI TANTUM ACTUS AECLESIASTI
COS AGANT. ET UT PUBLICA LOCA PRO ECCLESIARUM REPARATIO
NE NON DESTRUANT. DE SUCCESSIONE QUOQUE HOC SPECIA
LITER CREDIDIMUS INSERENDUM UT SI VIR UXORE VIDUA MORIATUR
ET FILIOS NON HABEAT SED AUT PATREM AUT MATREM DIMITTAT
DESPONSALICIA DONATIONE QUAM FECIT MEDIETATEM SIBI
UXOR VINDICET MEDIETATEM PATRIA UT MATRI DEFUNCTI MARIT
QUISUPRESTIS EORUM FUERIT SINE DIFFICULTATE RESTITUAT.
QUOD SI AETIAM UXORITALIS CAUSUS EVENERIT DE DOTEM QUAM
A BUXORE MARITUS ACCEPIT SIMILI RATIONE IDEST MEDIETATEM
PARENTIB' AUT SI UNUS EORUM SUPRESTIS FUERIT SE HOVERIT RED
DITURUM. QUOD SI NEC PARENTES SUPRESTITES FUERINT NEC
FILI PERSONA CONIUGIS QUE ALTEROS UPERVIXERIT ET DOTEM MET

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

nec curialis nec collegiatus clericus esse praesumat. Clericos quoque praecepit, ut negotiationes nullatenus exercere praesumant: quod si fecerint, velut alii negotiatores, a iudicibus emendentur. De corporibus namque publicis nullum fieri defensorem ecclesiae, lex ista constituit. Quod si quis ex curia acquieverit, ut fiat defensor ecclesiae, noverit res suas omnes curiae aut illi corpori, unde discesserat, applicandas, et se ad servitium civitatis in suo corpore revocandum. Nam et iudicem et officium eius provinciae, si eos non revocaverint, gravi, sicut ipsa lex loquitur, dicit poena feriendos. Diaconis, qui ex curialibus vel ex quolibet corpore publico facti sunt, praecepit, ut pro se *ad* agenda, quae utilitati publicae debentur, suffectos dare debeant. Quod si non dederint, ipsi ad conditionem debitam revocentur. Nam episcopos atque presbyteros non iubet hac lege constringi, nisi tantum, ut de patrimoniis suis, quae sunt Maioriani lege constituta, evidenter observent. Originarios vero vel servos, qui ad honorem ecclesiasticum adspiraverint, debere intra XXX annos a dominis revocari. Ita tamen, ut diaconus pro se vicarium, si habuerit, reddat, et omne peculium suum dominus eius usurpet quod si vicarium non habuerit, unde reddat, ipse ad conditionem propriam revocetur. Nam omnes clericos iubet, ut nullas causas, alias nisi tantum actus ecclesiasticos agant, et ut publica loca pro ecclesiarum reparatione non destruant. De successione quoque hoc specialiter credidit inserendum, ut, si vir uxore viva moriatur, et filios non habeat, sed aut patrem aut matrem dimittat, de sponsalitia donatione, quam fecit, medietatem sibi uxor vindicet, medietatem patri aut matri defuncti mariti, qui superstes eorum fuerit, sine difficultate restituat. Quod etiamsi uxori talis casus evenerit, de dote, quam ab uxore maritus accepit, simili ratione, id est, medietatem parentibus, aut si unus eorum superstes fuerit, se noverit redditurum. Quod si nec parentes superstites fuerint, nec filii, persona coniugis, quae altero supervixit, et dotem et *(Sequitur textus pag. 295)*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

DONATIONEMSIBILUREPERPETUOVINDICABIT ITAVTFACIENDI
DEID QUID QUIDUOLUERITHABEATLIBERAMPOTESTATEM. MULIER
UEROQ. FILIOSDERELINQUIDSIMARITOSUPRESTITEINTESTATA
DEFECERITMARITUSEIUSHOCESTPATEREORUM FACULTATESABUXORE
DIMISSAS PROHUSUFRUCTUINSUAHABEATPOTESTATE. ITAUTUNUS
QUISQ. FILIORUMADUICENSIMUMAETATISSUAEANNUMPERUENERITME
DIETATEMPORTIONISSUAESINEDILATIONERECIPIAT. ETME
DIETATEMPATERSIBIINDIEMUITESUAEADHUSUMRETINEAT.
QUODSIALICUITRANSACTOUICENSIMOANNOMEDIETATEMPOR
TIONISSUAEDARENOLUERITFRUCTUSEIUSMEDIETATISQAM
DATURUS ERATPOSTMORTEMPATRISFILIUSDEPATERNABE
REDITATEASUCCESSORIB. EIUSHABITAEXTIMATIONERECIPIAT
QUODPATRIEXIGEREPROSUAPOTESTATENŌ UALUIT ODI
UERSISUEROINTERCONIUGESSUBLATANOUELLALEGEQ. SUNT
ADIUOCONSTANTIOORDINATAPRECIPITOBSERUARI. TRI
CENNALEMUEROLEGEMINOMNIB. NEGOTIISITAIUBETEUI
DENTIUSCUSTODIRIUTOMNIATEMPORAQ. INFINITUMNE
GOTIAEXTENDEBANTQUIADIUERSISINQUADRAGINTAANNOS
DIUERSIIURISCONSULTORESDEALIQUIB. REB. PPETUAMFECE
RANTACTIONEM. SPECIALITERCENSUITUTOMNIADEOMNIB.
CAUSISINFRA. XXXANNORUMCURRICULA CONCLUDANTUR.
PRETERSICUTDEPOSTLIMINIODICTUMESTILLIANNOTRICEN
NIOCAPTIUSINPUTARINONDEBENT. IN QUIB. HOSTIUMDOMINATIO
NEDETENTASUNT QUAETAMENLEXTRICENNALIS SICUTILLA
TEMPORAD XXXANNOS REUOCATQUEMAMPLIUSLITESFECE
RANTPROPAGARI ITARELIQUAQ. INFRAXXXANNOSSUISQ̃B.
CUMQ. LOCISEUIDENTERIUSSASUNTOBSERUARIINOMNIB.
PRECIPETCUSTODIRI. NAMETETIAMLISINFRATRICENNIUM
INCOATAFUERITETNONFINITAQUASINECCEPTAFUERIT. ITAHA
BEATUREXTINCTA EXCEPTOPUPILLARISCAUSAE de pupillis loquitur
QUIB. PROHETATISFRAGILITATESICUTLEXDIUITHEODOSICONTI
NETCONSTATESSECONSULTUMUTEATEMPORAINTRICENNIUMNŌ
INPUTENTURINQUIBUSMINORESSUBTUTORUMIUBENTURPO
TESTATECONSISTERE QUIB. TANTUMSIPOSTUICENSIMUMET
QUINTUMANNUMEXEO QUOCOMPETEREACTIOCEPERATLIS FUE
RITCONTESTATA

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

donationem sibi iure perpetuo vindicabit, ita ut faciendi de his, quicquid voluerit, habeat liberam potestatem. Mulier vero, quae filios dereliquit, si marito superstite intestata defecerit, maritus eius, hoc est pater eorum, facultates ab uxore dimissas pro usufructu in sua habeat potestate: ita ut *quum* unusquisque filiorum ad vicesimum aetatis suae annum pervenerit, medietatem portionis suae sine dilatione recipiat, et medietatem pater sibi in diem vitae suae ad usum*fructum* retineat; quod si alicui transacto vicesimo anno medietatem portionis suae dare noluerit, fructus eius medietatis, quam daturus erat, post mortem patris filius de paterna hereditate a successoribus eius habita aestimatione recipiat, quos patri exigere pro sua potestate non valuit. De divortiis vero inter coniuges, sublata Novella lege, quae sunt a divo Constantio ordinata, praecepit observari. Tricennalem vero legem in omnibus negotiis ita iubet evidentius custodiri, ut omnia tempora, quae in infinitum negotia extendebant: quia diversi in quadraginta annos, diversi iurisconsultores de aliquibus rebus perpetuam fecerant actionem; specialiter censuit [1], ut omnia de omnibus causis intra XXX annorum curricula concludantur, praeter, sicut de postliminio dictum est, *ut* illi anni *salvo* tricennio captivis imputari non debeant, in quibus hostium dominatione detenti sunt. Quae tamen lex tricennalis, sicut illa tempora ad XXX annos revocat, quae amplius lites fecerant propagari, ita reliqua, quae intra XXX annos suis quibusque locis evidenter iussa sunt observari, in omnibus praecipit custodiri. Nam et [2] etiam*si* lis intra tricennium inchoata fuerit et non *de*finita, quasi nec coepta fuerit ita [3], habeatur exstincta: excepta pupillari causa, quibus pro aetatis fragilitate, sicut lex divi Theodosii continet, constat esse consultum: ut ea tempora in tricennio non imputentur, in quibus minores sub tutorum iubentur potestate consistere. A quibus tantum [4], si post vicesimum *et* [5] quintum annum, ex eo, quo competere actio coeperat, lis fuerit contestata, *(Sequitur textus pag. 297)*

---

[1] Haenel: *commemoravit.*
[2] Haenel om.: *et.*
[3] Haenel om.: *ita.*
[4] Haenel: *tamen.*
[5] Haenel om.: *et.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

quinquemtantum annos supertricennio pupillis iubet auferi
ita utconpletis tricennio et quinq; annis sicut reliquo
rum causa intra xxx annis ita eteorū in fratricensium
et quintum annum spatia concludantur. Pupilorum
uero causae uel lites q; antequam ad uicesimum et quintū
annum puehiant contestatae fuisse probantur intra
tricennium sine adiectione quinquennii modis omnibus
consumentur

de petitoribus dicit.

De petitoribus uero constitu
tum est ut si petitor aduersarium suum pulsatum in iudi
cio of ferre uoluerit quem aut sub fideiussione
aut cautione fecit adducet non festi hetintra
quattuor mensesinq̄b, tamen iudex ad audiendas reli
quas causas uacare dignoscitur actionem quam propo
suit debeat expedire illequem conpulit ad audientiam
obseruare sumptus et expensas litis a petitore recipiat et
liber abscedat. Saluata tamen integritate negotii illius pe
titoris. quis iad presens pro tarditate sumptuum uel ex
pensarum damnas ustinuit. Nam si quis pulsatus in iudi
cio ad esse noluerit post tertiam conuentionem sciat
se contumacis sententiam subiturum. Idest ut quid
quid si ad fuisset in iudicio addi cendus erat petenti
litigatori quasi uictus exsoluat. Quicumq; autem si
de agro uel de domo fuerit pulsatus sine fideiussione
alicuius caueat ad futurum esse iudicium Nam si pe
cuniam quis abeo repetat fideiussorem pro quantitate
pecuniae eius dē pulsator dare debebit. Si de hoc de
tum uoluerit parare conflictum tunc tamen fideius
sor a beo requiri non debet. Quando pulsatus in his
locis in quib, audientia est hon minores debiti ipsius posses
siones habere probatur

qui iudi cem pro quib, cū q; causis aduersum sibi esse sensit.

Si quis iudicem pro quib,
cumq; causis aduersum sibi esse senserit aut habuerit for
tes uspectum uocem appellationis exhibeat ut cum ei
successum fuerit integro negotio aputaliu miudicem
a motis dilationib, possit audiri. In eauero causa iudicia
riae potestati idest in lustri appellari non debet,

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

quinque tantum annos [1] supra tricennium pupillis iubet augeri. Ita ut completis triginta et quinque annis, sicut reliquorum causae intra XXX annos, ita et eorum infra *tricennium* [2] et quintum annum spatia concludantur. Pupillorum vero causae vel lites, quae, antequam ad vicesimum et quintum annum perveniant, contestatae fuisse probantur, intra tricennium sine adiectione quinquennii modis omnibus consumantur. De petitoribus vero constitutum est, ut, si petitor adversarium suum pulsatum in iudicio *deferre* [3] voluerit, quem aut sub fideiiussione aut cautione fecit adduci, et non festinet intra quatuor menses, in quibus tamen iudex ad audiendas reliquas [4] causas vacare dignoscitur, actionem, quam proposuit, debeat expedire: ille, quem compulit ad audientiam, observare sumtus et expensas litis a petitore recipiat, et liber abscedat: salva tamen integritate negotii illius petitoris, qui [5] ad praesens pro tarditate sumtuum vel expensarum damna sustinuit. Nam si quis pulsatus in iudicio adesse noluerit, post *tertiam* [6] conventionem sciat se contumacis sententiam subiturum: id est, ut quidquid, si adfuisset, in iudicio addicendus erat, petenti litigatori quasi victus exsolvat. Quicumque autem si de agro vel de domo fuerit pulsatus, sine fideiussione alicuius caveat *se* [7] adfuturum esse *in* iudicio. Nam si pecuniam quis ab eo repetat, fideiussorem [8] pro quantitate pecuniae eiusdem pulsator [9] dare debebit, si de hoc debito voluerit parare conflictum: tunc tamen fideiussor ab eo requiri non debet, quando pulsatus in his locis, in quibus audientia est, non minoris debiti ipsius possessiones habere probatur. Si quis iudicem pro quibuscumque causis adversum sibi esse senserit, aut habuerit fort*asse* suspectum, vocem appellationis exhibeat, ut, quum ei successum fuerit, integro negotio apud alium iudicem amotis dilationibus possit audiri. In ea vero causa iudiciariae potestati, id est illustri appellari non debet, *(Sequitur textus pag.* 299*)*

---

[1] Haenel: *quintum tantum annum.*
[2] Palimp.: *tricensium.*
[3] Palimp.: *offerre.*
[4] Haenel om.: *reliquas.*
[5] Palimp. add.: *si.*
[6] Haenel: *trinam.*
[7] Haenel add.: *se.*
[8] Haenel: *fideiussionem.*
[9] Haenel om.: *eiusdem pulsator.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

IN quousquead C solidos si fuerit iudicatum Siquis dns duorum fuerit predior um et de una posse ssionead SI UNUS DUORUM FUERIT DOMINUS PRE DIO RUM
aliamq; iurris sui est mancipia oriq; ihar ia uel colonar ia tran tulerit et addiuersos dns fundus uterq; puenerit nihil contra ordinationem prioris domini aliunde translatis man cipiis repetere aut pulsare presumat Sed cui autuenditus. aut donatus aut dimissus ager fuerit ibi eo eum statum pos sideat in quo a bauctore constat fuisse dimiss̃m De colono DE COLO NIS DI CIT
rum uero agnationei remota ambiguitate hac lege constat ess̃e preceptum ut secundum leg̃em quead palladium data est de colono et colona inter duos dominos diuidatur aq; hatio Id est ut colonidns duas partes filiorum et tertiam colone dns sibi debeat uindicare. Q; uero hactiones per petuæ fuerint et ad tricennium reuocatae sunt placuitab nec ti id est hereditatis petitio Sitamen a bauctore cui conpete bat fuerit in coata poenalis actio · homicidii · furti · tu telae · g̃esta · de fugitiuis · de curialibus uel collegia tis reuocandis · empti · uenditi · locati et conducti negotiorum g̃estorum mandati prosocio.

FINIVNT NOVELLAE LEGES DIVI VALENTI NIANI AC VSTI INCIPIVNT LEGES DIVI MARCIANI AC VSTI FELICITER AMEN

NEMINEM ex hibere de prouincia ad comitatum nisi ad relationem iudicis a quo fuerit appellatum.
Impp ualentinianus et marcianus aa aedictum
Multa remediorum g̃enera hanc clementiae prouin cialibus suis prospicere g̃estientet crebra cogitatio subpetite tipse rerum hus umadportat. Nam cumuena lem iudicum ambitum radicitus amputasset. et ad respri uatas uel publicas sincerissime g̃uberna ndas homines

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

in *qua* [1] usque ad C. solidos [2] fuerit iudicatum. Si quis dominus duorum fuerit praediorum, et de una possessione ad aliam, quae iuris sui est, mancipia originaria vel colonaria transtulerit, et ad diversos dominos fundus uterque pervenerit, nihil contra ordinationem prioris domini aliunde translatis mancipiis repetere aut pulsare praesumat, sed cui aut venditus aut donatus aut dimissus ager fuerit, in eo eum statum possideat, in quo ab auctore constat fuisse dimissum. De colonorum vero agnatione id remota ambiguitate hac lege constat esse praeceptum, ut secundum legem, quae ad Palladium data est de colono et colona, inter duos dominos dividatur agnatio, id est, ut coloni dominus duas partes filiorum et tertiam colonae dominus sibi debeat vindicare. Quae vero actiones perpetuae fuerunt, et ad tricennium revocatae sunt, placuit annecti, id est, hereditatis petitio, si tamen ab auctore, cui competebat, fuerit inchoata poenalis [3] actio, homicidii, furti, tutelae gestae, de fugitivis, de curialibus, vel *de* collegiatis revocandis, emti, venditi, locati et conducti, negotiorum gestorum, mandati, pro socio.

FINIUNT NOVELLAE LEGES D. VALENTINIANI AUGUSTI [4].

INCIPIUNT LEGES NOVELLARUM D. MARTIANI AUGUSTI FELICITER, AMEN [5].

TITULUS I.—NEMINEM EXHIBERI DE PROVINCIA AD COMITATUM, NISI AD RELATIONEM IUDICIS, A QUO FUERIT APPELLATUM. (1) IMPP. VALENTINIANI ET MARTIANI [6] AA. EDICTUM. Multa remediorum genera nostrae clementiae, provincialibus suis prospicere gestienti, et crebra cogitatio suppetit, et ipse rerum usus apportat. Nam quum venalem iudicum ambitum radicitus amputasset, et ad res privatas vel publicas sincerissime gubernandas homines *(Sequitur textus pag.* 301*)*

---

[1] Palimp.: *quo*.
[2] Palimp. add.: *si*.
[3] Haenel: *finalis*.
[4] Haenel: *Explicit liber legum Novellarum*.
[5] Haenel om.: *feliciter amen*. Diversis formulis significant codices finem Valentiniani Novellarum et principium Novellarum Martiani; sed quas Palimpsestus ostendit non repetivit alius, hactenus editus. Unde videtur ad familiam singularem noster omnino redigendus.
[6] Palimp.: *Valentinianus et Marcianus*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

spectandos adque consultos traxisse inuitos. Sciens quip
pe felicem forerem publicam si a nolentibus et actos pu
blicos re pulsantib. cogitantin sepietatis statim occurrit
qn̄ modo possint longiitineris interuallo et inormibus
sumptibus legitimoe gentes auxilio liberari. Uidetis ehim
ac minaui detis cateruas adeuntium infinitas non solum a fi
nitimis prouinciis uerum extremo orbis romani limite
confluentes et aduersum suos aduersarios conquerentes
quod profecto nulla tenus accidisset integritas uel seueri
tas iudicum floruisset. Et heigitur huius modi flagitia
etiam ulterius porrigatur. Neq. dissertus laborib. suis.
aut certe dulcib. pignorib. incognitas mundi partes diutius
puagentur hoc consultissimo edicto statuendum pariter
et omnib. declarandum pietas n̄s adecernit. Quicumque
ciuilem actionem uel certe criminalem actionem aduersa
riis suis intendere moliuntur uiros clarissimos adeant
prouinciarum rectores. et expositis querimoniis insinua
tis q. desideriis paratissimum promptissimumq. posthac
subsidium iuris expectent. et illi noxie uim potentia legum beni gn̄a
opponant. Illi diuitiis integram mentem obiciant non illo
supercilio quod hoc tempore nullum terrebit non effemina
uit mentem seueram quilibet censu oblatus. Sed unicuiq.
non altiores uspecta non dispecta humiliore fortuna n̄se
mandatorum non inmemores pietatis et antiquo et n̄so
iure succurrent. Et querimonias suas probantibus
aut indemnitate seruata aut legitima uindicta consulen
tes subsecuta has ergo ob causas nullum aduersarium suum
a proximis uel longi quis partib. non p sacros adfatus nōp
magnificentissimorum uel inlustrium iudicum sententi
am uolumus exhiberi. Nisi forsitam aut propter potesta
tū aduersariis aut ipsius rei difficultatem aut publici debi
tum olem deficiente rectore prouinciae specialis iudicis
qui in loci suel proximo de cetue la mplissimae potestatis
ue lalio rum maiorum iudicum auxilium postuletur his pro
commodo uso et pron̄si imperii humanitate dispositis

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

spectandos atque consultos traxisse*t* invitos, sciens quippe, felicem fore rem publicam, si a nolentibus et actus publicos repulsantibus *regeretur*, cogitanti nostrae pietati statim occurrit, *quonam* modo possint longi itineris intervallo et enormibus sumtibus legitimo egentes auxilio liberari. Videtis enim agmina, videtis catervas adeuntium infinitas non solum a finitimis provinciis, verum extremo orbis Romani limite confluentes, et adversum suos adversarios conquerentes. Quod profecto nullatenus accidisset, *si in locis* integritas vel severitas iudicum floruisset. Et ne igitur huius modi flagitia etiam ulterius porrigantur, ne quis *desertis laribus* [1] suis aut certe dulcibus pignoribus per incognitas mundi partes diutius pervagetur, hoc consultissimo edicto statuendum pariter et omnibus declarandum pietas nostra decernit.

§ 1. Quicumque civilem actionem vel certe criminalem actionem [2] adversariis suis intendere moliuntur, viros clarissimos adeant provinciarum rectores, et expositis querimoniis insinuatisque desideriis suis, paratissimum promtissimumque post hac subsidium iuris exspectent. Illi noxiae potentiae vim legum benignam opponant: illi divitiis integram mentem obiiciant. Non illum supercilium, quod hoc tempore nullum *est*, terrebit: non effeminabit mentem severam quilibet census oblatus: sed unicuique, non altiore suspecta, non despecta humiliore fortuna, nostrae mandatorum non immemores pietatis, et antiquo et nostro iure succurrent, et querimonias suas probantibus aut indemnitate servata, aut legitima vindicta consulentes subsecuta.

§ 2. Has ergo ob causas, nullum adversarium suum a proximis vel longinquis partibus, non per sacros affatus, non per magnificentessimorum vel illustrium iudicum sententias volumus exhibere, nisi forsitan aut propter potestatem adversarii, aut ipsius rei difficultatem, aut publici debiti molem deficiente rectore provinciae specialis [3] iudicis, qui in locis vel proximo deget, vel amplissimae potestatis, vel aliorum maiorum iudicum auxilium postuletur.

§ 3. His pro commodo vestro et pro nostri imperii humanitate dispositis, *(Sequitur textus pag.* 303*)*

---

[1] Palimp.: *dissertus laboribus.*
[2] Haenel: *accusationem.*
[3] Haenel: *spectabilis.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

UNUSQUISQUE UESTRUM CUM SINT IN LOCI IUDICES IUDICIS
ET EA RŪ PUIÇILES DEFENSORES. PROUT QUISQUE POSSIT SINE PERE
ÇRINATIONE SINE SUMPTIB. SUP DUBIIS REB. ET A DIRE IUDICES
ET AUX SILIŪ AMICŪ LEÇIB. ADIPISCI HEC Q. DICTA SUNT OBSERUA
RE DEBEBIT. SI UERO UEL ADUERSARIIS TAM QUAM EXCEDENTE
PROUINCIAE PRĒDIUM FUERIT CONTEMPTUS UEL A IUDICE NON
AUDITUS HEC Q. IN AMPLISSIMA E POTESTATIS UEL ALIORŪ MAIOR
COMPETENTIA MEN EXAMINE P RELATIONEM IUDICIS CONTRA
ADUERSARIUM MISSA. SI EUIPSUM IUDICEM DOCUMENTIS QIB.
DEMNE ÇLEXISSENT. NSE MAIESTATIS AEDICTA SUI PERICULI
MEMORE PROMISERIT PROBATURUM TUNC POST INDEMNI
TATE LEÇIB. RESERUATUM AETIAM UINDICTA IURIS CONÇRUAIN
UICTUM IURIS PROTINUS SUBSEQUETUR QUOD SI APELLATIO
A PUD IUDICEM FUERIT SUBSECUTA. EA Q. SUP PROUOCATIONIB. LE
ÇIB. ANTIQ SS TATUTAS UNT DILIÇENTIUS MODIS OMNIBUS
COMPLEBUNTUR HIS ADDITURA LIUTMAIUS Q OD INNOCENTES PRE
CIPUE HATENS CONTEREBANT. NŌ NULLI HAM Q. SUIS ALLIÇATIONIB.
DIFFIDENTES NE SANE SUOS ADUERSARIOS TANTUM MODO CUPIEN
TES NON IURE COMMISSIS EDARTE PUÇNAUANT. ET P SERMONEM
FUCATUM ET FALERATA UERBA NON NUMQUAM LEÇIB. ANTE CON
FUSIS AD ALIENAEOSIUDICIA PERTRAHEBANT. UT HINC SEPIUS UE
NERIT UT ET MILES INCIUILE ET PRIUATUS IN MILITARIS ED SI BIIN
CONÇRUO PEREÇRINATURI UDICIO. ERÇO HANC QUOQUE PAR
TEM NE AD LESIONEM NOBIS SUBLECTORUM LEÇEM SUPERIORIS
ET LEÇUM CONTEMPTUM ALTERIUS AL TERIUS P DURARE HOC PRO
UIDENTISSIMO AEDICTO NSO PIETAS CENSUIT EMENDANDUM.
IUBEMUS NAM Q, OMNES PROPRIS CIS HAC SALUBERRIMIS INSTITU
TIS SUOS ADUERSARIOS SATISFACTIONEM FORSITAM DIFFERENTES
IN PROPRIO NON IN MINIME COMPETENTIS FICTIS QIB. DAŌ OCCASIO
NIB. EXPOSCERE LITIÇATOR REI FORUM SEQUATUR QUOD SI NEC ES
TIS ENTENTIA NON CONSTATE SSE DECRETUM INTACTUM INUIOLATUQ.
SERUETUR. NEMO NSA SERENITATE POSTULET HEC ENIM IMPE
TRABIT NŌ RESCRIPTUM NON MANDATUM UEL IUSSŪ QUOD DICTI
SACRĀ SUOS ADUERSARIOS IN MINIME CŌ PETENTI IUDICIO RESPŌDERE
MAXIME CUM HOC TEMPORE QUOD SUPERIUS DICTUM EST UNUS
quisque

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

unusquisque vestrum quum sint iudices in locis legum custodes et earum pervigiles defensores, prout quisque possit, sine peregrinatione, sine sumtibus super dubiis rebus et adire iudicem et auxilium amicum legibus adipisci haec, quae dicta sunt, observare debebit, si vero *ab adversario* [1], tamquam excedente provinciale praesidium fuerit contemtus, vel a iudice non auditus, hocque in amplissimae potestatis vel aliorum maiorum competenti tamen examine per relationem iudicis contra adversarium *e*missam seu ipsum iudicem documentis quibusdam *neglexisse* [2] nostrae maiestatis edicta sui periculi memor se promiserit probaturum, tunc post indemnitatem ei legibus reservatam [3] etiam vindicta iuri congrua in victum [4] iuris [5] protinus subsequetur.

§ 4. Quod si apellatio apud iudicem fuerit subsecuta, ea quae super provocationibus legibus antiquitus statuta sunt, diligentius modis omnibus complebuntur.

§ 5. His additur aliud maius, quod innocentes praecipue hactenus conterebat. Nonnulli namque suis allegationibus diffidentes vexare suos adversarios tantummodo cupientes non iure *cum his* [6] sed arte pugnabant, et per sermonem fucatum et phalerata verba nonnunquam legibus ante confusis ad aliena eos iudicia pertrahebant *ita* ut hinc saepius eveniret, ut et miles in civili, et privatus in militari sed sibi incongruo peregrina*re*tur iudicio. Ergo hanc quoque partem, ne ad laesionem nobis subiectorum legem superioris [7] *patiamur iuris* et legum contemtum ulterius perdurare, hoc providentissimo edicto nostra pietas censuit emendandum. Iubemus, namque omnes pro priscis ac saluberrimis institutis suos adversarios satisfactionem forsitan differentes in proprio *foro* non in minime competente fictis quibusdam occasionibus exposcere litigatorem.

§ 6. *Actor rei* forum sequatur. Quod sine coelesti sententia non constat esse decretum intactum inviolatumque servetur; nemo *a* nostra serenitate postulet, nec enim impetrabit non rescriptum, non mandatum vel iussum, quod dicunt sacrum, suos adversarios in minime competenti iudicio respondere, maxime quum hoc tempore quod superius dictum est unusquisque

---

[1] Palimp.: *vel adversariis.*
[2] Palimp.: *neglexissent.*
[3] Haenel: *reservatum.*
[4] Haenel: *convictum.*
[5] Haenel om.: *iuris.*
[6] Palimp.: *commissi.*
[7] Haenel om.: *legem superioris.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Clarissimorum uel spectab'lium Judicum sit amen pro causas
predictas sit aut sustuleritet integras ad eunt'ib' aures pre
bere. In omni post posita in ōi cia omnis expreta ꝗ ratia recto
proposito potuerit iudicare. Quā formam etiam in militari
parte iduo lumus obseruare. Nec passim aliquē arma taemi
litiæ sociatū longing̃ispartib' trahi. Sed in locis aput conpe
tentem Judicē pulsari. Nisi tamen sup maximis et necessa
riis causis et militarē iudicē in locis excidenti b' fuerit accu
satu nōignorante eo cuius Interpellatione aliquis secundum
data m formā longinqua fuerit protractus examina Quod
si culpa sui fuerit dilata ta cognitio uel minime actionis
suæ ad fuerit tue ldelata probauerit. pro calumnia m qui
dem poena m luat legib' constitutā m. pro pecunia ꝗ cau
sa post dispendia post sumptus considerata quantitate pos
tulatorum uel medii Itineris Interuallo condemnatio
nem pro extimatione Judicis sustinebit. Nam dignum
est eos qui maiorum nrarū leges uauaritia stimulante uel
Inuidia incitante fines p turbare seu castra p frangere
conabuntur alii tantum sal tim Intimato quio magis puniantur
dispendio refrenari. Hergo consulite uris conmodis nris
salubberrimis pare re preceptis. Nemo a nsapietate majo
rib' occupata uel ad magnificentissimis seu in lustrib' Judicib'
Nisi In maximis hac necessariis quod superius est cautum
reb' publicis uel debitis exibitionis subsidium poscat. Nā
si qui s alter q' dicta continent postulantia animo his dispēc
Judicem uel In sē primū contra ordinem legum adierit maies
tatē Sciat se non solum litis iactura m adq' plus petitio
nis periculum uerume tiam conpetenti motu i fores sub
dendum. DAT. V IDVS. OCTB. CONSTANTINOPOLIM. VALNO. Ā. VII ET ABNDTIO. UC. CONS

UT QUI PUL SATUR AUT REPETITIO NE AUTERI MINIS OBIECTIO NE PULSATUR QUA CONSIS TET SUAS EX ERATACTIO NES

INTERP Siquis aduersariu m aut repetitione aut crimi nis
obiectio ne pulsauerit In prouincia In qua consistet ille qui
pulsatur suas exeratactiones. Nec extimet aduersariū
a libi longius ad iudicium p trahendum. Ille uero qui pulsa
tus fuerit Si iudicem suspectum habuerit Licēat appellari. Simili et
am et militantes hordine teneantur ut et ipsi a put conpe
tentes Judices

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

clarissimorum vel spectabilium iudicum, si tamen, pro*pter* causas praedictas, ita usus tulerit [1] et integras adeuntibus aures praebere et [2] omni postposita invidia, omni *spreta* gratia recto proposito potuerit iudicare.

§ 7. Quam formam etiam in militari parte id [3] volumus observari nec passim aliquem armatae militiae sociatum longuinquis partibus trahi, sed in locis apud competentem iudicem pulsari, nisi tamen super maximis et necessariis causis et militarem iudicem in locis *excedentibus* fuerit accusatus non ignorante eo, cuius *ex* interpellatione aliquis secundum datam formam *in* longinqua fuerit protractus examina; quod si culpa sui fuerit *dilata* [4] cognitio vel minime actioni suae adfuerit vel delata *non* probaverit, pro calumnia quidem poenam luat legibus constitutam pro pecuniali [5] causa post dispendia *vero* post sumtus, considerata quantitate postulatorum vel medii itineris intervallo condemnationem pro expositione [6] iudicis sustinebit, nam dignum est eos, qui maiorum *nostrorum nostrarumque* legum avaritia stimulante vel invidia incitante fines perturbare, sen castra perfringere conabuntur habitantium, saltem *intentato* [7] quo magis puniuntur dispendio refrenari.

§ 8. Ergo consulite vestris commodis, nostris saluberrimis parete praeceptis. Nemo a nostra pietate maioribus occupata, vel a magnificentissimis seu illustris iudicibus nisi in maximis ac necessariis, quod superius cautum est rebus publicis *vel* [8] debitis exhibitionis subsidium poscat, nam si quis aliter quam *edicta* [9] continent *postulanti* [10] animo his despectis iudicem vel nostram primum contra ordinem legum adierit maiestatem, sciat se non solum litis iacturae atque plus petitionis periculo, verum etiam competenti motui fore subdendum. Dat. V Id. Oct. Constantinopoli, Valentiniano A. VII et Abundantio V. C. Cons.

Interpretatio. Si quis adversarium aut repetitione aut criminis obiectione pulsaverit in provincia, in qua consistit, ille qui pulsatur suas exserat actiones nec aestimet adversarium *suum* alibi longius ad iudicium pertrahendum: illi vero qui pulsatus fuerit, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare: simili etiam et militantes ordine teneantur, ut et ipsi apud competentes iudices *(Sequitur textus pag.* 307*)*

---

[1] Palimp.: *ita utsus tulerit.*
[2] Haenel om.: *et.*
[3] Haenel om.: *id.*
[4] Palimp.: *dilatata.*
[5] Haenel: *pecuniaria.*
[6] Haenel: *aestimatione.*
[7] Palimp.: *intimato.*
[8] Haenel: *publicisve.*
[9] Palimp.: *quae dicta.*
[10] Haenel: *petulanti.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

quasconp eteresibicreduntexerantactiones. quiaomnibus
legibusconstitutumestactorreiforumsequatur.

De indulgentiis reliquorum.

Imppp ualentinianus et martianus ne aaa palladio ppo
urenobisesthutilitatihumanigerisprouidere Namiddiehac
noctepro spicimusutuniuersiquisubnrosoimperiouiuintetar
morumpresidioabhostilil mpetu muniunturetinpaceli
berootiohacsecuritatepatiantur. Ideoqmiseratisumus
laudabilem sucçessionem celsitudinistuae preterillas
uirtutesqib. sublimitas tua plurimum poll
tatem tui culminis euidenter hostendit
q. lhreliquistrahuntur exactionem molesta
turobnoxiis. hacmeritopostulauitutpre
sacransa indulgentia liberentur. Quapro
lem insinuationem tuam probandaesse censuimus Es
setigitur prosecuritate prouincialium exactioreligo
rum et a sextae indictionis initio usq. ad finem quintae
decimae nup lapsedebita deleantur Siue expossessioni
b. liberariu el patrimonialis temporum aut ciuilis fiscalis
que iuris seu in auro seu in argento seu in specie bus uel in
metallica quacumq, materia. Alioquoli bet conlatio
nis titulo in publici scalcubis residere noscuntur. et
arce
siue sublimitatis tue Siue thensauris siue sacro aerario
debentur. siue cellarii uel priuatae rei nse aut dominicae dom̃s
siue operib. huius inclitae hurbis omnia conlatoribus nec non
et curialibus. seu cohortalibus seu prouinciali b. officiis eta
liis qicũq. repperiuntur obnoxii remittantur. Et ne qua
liberalitatẽ nsam calico fraudi sua leat in pdire etsi in
priuatũ contractum uel incautionib, debitum publicum
toruel cohortalis conpulsor pro obnoxio seintulisse con
memoret nihilominus liberalitas nsa firma permaneat
curialib. aetiam et cohortalibus hullasup exactionis aduer
sus obiectiones uel actuarios uel deuotissimos milites que
relepermittatur occasio. Itaut et obiectiones et actuarios

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

quas competere sibi credunt, exserant actiones, quia omnibus legibus constitutum est, *ut* actor rei forum sequatur.

TIT. II.—DE INDULGENTIIS RELIQUORUM. (1) IMPP. VALENTINIANUS ET MARTIANUS AA. PALLADIO PRAEFECTO PRAETORIO. Curae nobis est, utilitati humani generis providere: nam id die ac nocte prospicimus, ut universi, qui sub nostro imperio vivunt, et armorum praesidio ab hostili impetu muniantur, et in pace libero otio ac securitate *potiantur* [1]. Ideoque *mirati* [2] sumus laudabilem *suggestionem* [3] celsitudinis tuae, *quae* praeter *alias* [4] virtutes, quibus sublimitas tua plurimum pollet, etiam humanitatem tui culminis evidenter ostendit. Nam debitorum, quae in reliquis trahuntur, exactionem molestam esse testatur obnoxiis, ac merito postulavit, ut praedicti debitores sacra nostra indulgentia liberentur. Quapropter admirabilem insinuationem tuam probandam esse censemus [5].

§ 1. Cesset igitur pro securitate provincialium exactio reliquorum, et a sextae indictionis initio usque ad finem quintae decimae nuper lapsae [6] debita deleantur, sive ex possessionibus liberari, vel patrimonialis *templorumve* [7] aut civilis fiscalisve iuris, seu in auro, seu in argento, seu in speciebus, vel in metallica quacumque materia aliove quolibet collationis titulo in publicis calculis residere noscuntur. Et sive arc*a*e sublimitatis tu*a*e, sive thesauri*s*, sive sacro debentur aerario, sive cellario, vel privatae rei nostr*a*e, aut dominicae domui, sive operibus huius inclitae urbis, omnia collatoribus, necnon et curialibus, sen cohortalibus, sen provincialibus officiis, et [8] aliis, quicunque reperiuntur obnoxii, remittantur.

§ 2. Et ne qua liberalitatem nostram caligo fraudis valeat [9] impedire, *et si in* privatum contractum vel in cautionem debitum publicum trans*i*isse vel novatum esse dicatur, *aut* si quis curialis exactor vel cohortalis compulsor pro obnoxio se intulisse commemoret, nihilominus liberalitas nostra firma permaneat.

§ 3. Curialibus etiam et cohortalibus nulla superexactionis adversus objectiones [10] vel actuarios vel devotissimos milites querel*a*e permittatur occasio, ita ut et objectiones [11] et actuarii

---

[1] Palimp.: *patiantur*.
[2] Palimp.: *miserati*.
[3] Palimp.: *suggessionem*.
[4] Palimp.: *illas*.
[5] Palimp.: *censuimus*.
[6] Haenel: *elapsae*.
[7] Palimp.: *temporum*.
[8] Haenel om.: *et*.
[9] Haenel: *possit*.
[10] Haenel: *optiones*.
[11] Haenel: *optiones*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

ETDEUOTISSIMOSMILITES IHINUICEMTACEANT·ETNULLAMADUERSU
CURIALESSEUCOHORTALESSEUOFFICIAPROUINCIALIUMSEUDECURIONŨM
§ 2. Nam si aliquis testamento plures *manumittere* voluerit, quam *quot* continet numerus supra scriptus, ordo servandus est, ut illis tantum libertas valeat, qui prius manumissi sunt, usque ad illum numerum, quem explanatio continet superius comprehensa: qui vero postea supra constitutum numerum manumissi leguntur, in servitute eos certum est permanere. Quod si *non* nominatim servi vel ancillae in testamento manumittantur, sed confuse omnes servos suos vel ancillas *(Sequitur textus pag. 329)*

---

[1] In ipso folio Palimpsesti, quo Severi Novella, aderat etiam principium Gaii Institutionum quod a Sichardo mutuamus. At vero codices hoc in loco adeo differunt ut vix duo loco literaliter cohaereant. Inde Haenel incerta iudicans priora verba Gaii, incertamque primi tituli rubricam, omisit numerum prioris libri et rubricas primi tituli inscribendum ratus: *Incipit liber Gaii. Titulus primus.* Sed licet ignoremus quo pacto incipiebat liber Gaii, a Visigothis in compendium redactus, probe colligimus et extitisse librum priorem qui *libro secundo* praecedit, et admittere rubricam *De personis* ad tit. I, qui non de alio, nisi de statu personarum agit.

[2] Palimp.: *qui filios.*

[3] Palimp.: *manumissus.*

[4] Haenel om.: *in.*

[5] Haenel om.: *et.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

his quitestamentum facit liberos facere uoluerit nulli penitꝰ
firma esse iubetur hoc ordine data libertas Sed omnes in
seruili condicione qui hoc ordine manumissi sunt ꝑmanebunt. Nam
etsi ⁊ testamento seruorũ manumissio adscripta fuerit
id est in circulo utq; ip primꝰ qui posterior nominatus sit nõ pos
sit a cognosci nulli ex his libertate mutare manifestum est sic a
nosci nõ potest qui primus qui posterior fuerit manumissus
Nam si aliquis in egritudine constitutus in fraudem huius le
gis facere uoluerit testamentum. Et episthola ut aut quib,
cumq; aliis reb, seruis suis pluribꝫ quam ꝑ testamentum licet
conferre uoluerit libertates et sub tempore mortis hoc fece
rit hii qui prius manumissi fuerint usq; ad numerum superi
us constitutum liberi erunt. Quicquo post statũm nume
rum manumissi fuerint seruisine dubio ꝑmanebunt. Nam si
incolumis quos cumq; diuerso tempore manumisit. In eos
q; ip testamentum manumissi sunt nullatenus computentur

III De iure personarum

Aliquae personae sui iuris sunt alię alieno iuri subiectisunt
Ita quae cum hostenditur quae ꝑsonae alieno iuri subiecte
sint tunc ceui dentera cognoscitur quae sui iuris sunt. In
potestate ita q; dominorum sunt serui. quam potestatem omnes
gentes habere certum est Sed distringendi in seruos dñi
hec lex pro sua potestate ꝑmittitur. Occidendi tantum seruos
distrin suos dñi licentiam non habebunt Nisi forte seruus dum pro
gendi nõ culpe modum cedit ut casu forsitan moriatur. Nam si ser
occidendi uus dicꝫ hum more te crimen admiserit his iudicib, q̃ib, publici
seruos officii potestas conmissa est tradendus est ut pro suo
dñis li crimine puniatur. In potestate aetiam patrum sunt filii
centiã ex legitimo matrimonio procreati. IIII De matrimoniis
dat legitimae sunt nuptiae si romanus romanam nuptiis inter
uenientib, uel consensu ducat uxorem. Sed non omnes per
sonas uxores ducere licet. Quia nec patris filiam nec filio
matrem nec auo neptem nec nepoti aviam. Quod non solum
de personis q, nobis propinq̃itate conluctae sunt. Sed etiam uel
adoptiuis hoc est ad filiatis iussum est obseruari. Nam et si per

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

is, qui testamentum facit, liberos facère voluerit, nulli penitus firma esse iubetur hoc ordine data libertas; sed omnes in servili conditione, qui hoc ordine manumissi sunt, permanebunt. Nam et si ita in testamento servorum manumissio adscripta fuerit, id est, in circulo, ut qui prior, qui posterior nominatus sit, non possit agnosci, nulli ex his libertatem valere manifestum est, si agnosci non potest, qui prior, qui posterior fuerit manumissus.

§ 3. Nam si aliquis in aegritudine constitutus in fraudem huius legis facere noluerit testamentum et [1], epistolis aut quibuscumque aliis rebus servis suis pluribus, quam per testamentum licet, conferre voluerit libertates, et sub tempore mortis hoc fecerit, hi, qui prius manumissi fuerint, usque ad numerum superius constitutum liberi erunt: qui vero post statutum numerum manumissi fuerint, servi sine dubio permanebunt.

§ 4. Nam si incolumis quoscumque diverso tempore manumisit, inter eos, qui per testamentum manumissi sunt, nullatenus computentur.

TIT. III.—DE IURE PERSONARUM. Aliquae personae sui iuris sunt; aliquae alieno iuri subiectae sunt. Itaque quum ostenditur, quae personae alieno iuri subiectae sint, tunc evidenter agnoscitur, quae sui iuris sint.

§ 1. In potestate itaque dominorum sunt servi; quam potestatem omnes gentes habere certum est: sed distringendi in servos dominis pro sua potestate permittitur; occidendi *tamen* [2] servos suos domini licentiam non habebunt: nisi forte servus, dum pro culpae modo caeditur, casu forsitan [3] moriatur. Nam si servus dignum morte crimen admiserit, his [4] iudicibus, quibus publici officii potestas commissa est, tradendus est, ut pro suo crimine puniatur.

§ 2. In potestate etiam patrum sunt filii ex legitimo matrimonio procreati.

TIT. IV.—DE MATRIMONIIS. Legitimae sunt nuptiae, si Romanus Romanam nuptiis intervenientibus vel consensu dŭcat uxŏrem.

§ 1. Sed non omnes personas uxores ducere licet: quia nec patri filiam, nec filio matrem, nec avo neptem, nec nepoti aviam. Quod non solum de personis, quae nobis propinquitate coniunctae sunt, sed etiam vel adoptivis, hoc est affiliatis *iussum* [5] est observari. Nam etsi per *(Sequitur textus pag. 331)*

---

[1] Haenel: *sed*.
[2] Palimp.: *tantum*.
[3] Haenel om. *forsitan*.
[4] Haenel: *iis*.
[5] Haenel: *iustum*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

emancipationem adoptio dissoluatur nuptia sta mentes inter has
personas semper constat inlicitas Inter fratrē q̃q. et so
rorem siue eo dem patre ha ac matre hanc fuerint siue diuersis
matrib. aut patrib. matrimonia esse non possunt. Inter adop
tiuos aetiam fratres inlicitas unt coniugia nisi forte adop
tio emancipatione fuerit dissoluta Nam si emancipatio
interuenerit nuptiae inter huiusmodi fratres licito contra
huntur Fratris quoq; et sororis filiam uxorem ducere non
licet. Sororem quoq; patris ha ac matris uxorem accipere nō
licet Generoquoque socrum suam nec socer nurum uxorē
accipere licet Nec uitrico priuignam nec priuigno no
uercā fratres eniamitinos uel consobrinos in matrimonium
iunci nulla ratione permittitur. Sed nec uni uiro duas soro
res uxores habere nec uni mulieri duob. fratib. iunci permitti
tur Quod si quis incestas uel nefarias id est q. suntsu
per ius comprehensa nuptias inierit nec uxorem habe
re uidetur nec filios. Nam hi quihuiusmodi concep
tione nati fuerint quiam libet matrem habere uidean
tur patrem uero nullatenus habere censentur. Et tam
quam si de adulterio concepti fuerint computantur
Qui spurii appellantur. hoc est sine patre filii. Regula
iuris hoc continetur qui legitime concipiuntur tempore
conceptionis statum sumant. Qui uero nō de legitimo
matrimonio concipiuntur statum sumant eo tempore
quo nascuntur hac proinde de legitima coniunctione
conceptus aetiam si mater eius statum mutet. id est si
ancilla fiat ille qui legitime conceptus est liber nasci
tur. Nam qui nō de legitimo matrimonio concipitur
si mater eius ancilla dum pregnans est libera facta fue
rit liber nascitur Si uero ex ingenua ancilla pregnans fac
ta fuerit seruus nascitur quia non legitime sed uiuul so
conceptus est.

V De adoptionibus

Adoptio naturae similitudo est ut aliquis filium habere
possit quem non genuerit Sed ipsa adoptio duobus
modis fit. Una q. abrogatio dicitur alia q. adoptio
abrogatio est quando aliquis patrē nō habens adoptatur

nec unus uir duas sorores habeat aut una mulier duobus fratribus iungatur

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

emancipationem adoptio dissolvatur, nuptias tamen inter has personas semper constat illicitas.

§ 2. Inter fratrem quoque et sororem, sive eodem patre ac matre nati fuerint, sive diversis matribus aut patribus, matrimonia esse non possunt. Inter adoptivos etiam fratres illicita sunt coniugia, nisi forte adoptio emancipatione fuerit dissoluta: nam si emancipatio intervenerit, nuptiae inter huiusmodi fratres licito contrahuntur.

§ 3. Fratris quoque et sororis filiam uxorem ducere non licet.

§ 4. Sororem quoque patris ac matris uxores accipere non licet.

§ 5. Genero quoque socrum suam, nec socero nurum uxorem accipere licet, nec vitrico privignam, nec privigno novercam.

§ 6. Fratres enim amitinos vel consobrinos in matrimonium iungi nulla ratione permittitur.

§ 7. Sed nec uni viro duas sorores uxores habere, nec uni mulieri duobus fratribus iungi permittitur.

§ 8. Quod si quis incestas vel nefarias, id est, quae sunt superius comprehensae, nuptias inierit, nec uxorem habere videtur, nec filios: nam hi, qui *ex* [1] huiusmodi conceptione nati fuerint, quamlibet matrem habere videantur, patrem vero nullatenus habere censentur, et tanquam si de adulterio concepti fuerint, computantur; qui spurii appellantur, hoc est sine patre filii.

§ 9. Regula iuris hoc continet, ut, qui legitime concipiuntur, tempore conceptionis statum sumant: Qui vero non de legitimo matrimonio concipiuntur, statum sumant eo tempore, quo nascuntur. Ac proinde de legitima coniunctione conceptus, etiamsi mater eius statum mutet, id est, si ancilla fiat, ille, qui legitime conceptus est, liber nascitur: nam qui de [2] non legitimo matrimonio concipitur, si mater eius ancilla [3], dum [4] praegnans est, libera facta fuerit, liber nascitur [5]. Si vero ex ingenua ancilla praegnans facta fuerit, servus nascitur [6], quia non legitime, sed vulgo conceptus est.

TIT. V.—DE ADOPTIONIBUS. Adoptio naturae similitudo est, ut aliquis filium habere possit, quem non generaverit.

§ 1. Sed [7] ipsa adoptio duobus modis fit: una, quae arrogatio dicitur: alia, quae adoptio. Arrogatio est, quando aliquis patrem non habens adoptatur, *(Sequitur textus pag. 333)*

---

[1] Palimp. om. *ex*.
[2] Haenel om. *de*.
[3] Haenel: *ex ancilla*.
[4] Haenel om. *dum*.
[5] Haenel: *nascetur*.
[6] Haenel: *nascetur*.
[7] Haenel add. *et*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

ETIPSESEINPOTESTATEMADOPTIUIPATRISDAT ETIDEO ABROGATIO
DICITUR QUIAETILLEQUIADOBTATINTERROGATURUTRUMILLUMQUEMADOP
TATFILIUM HABERE UELIT ETILLEQUIADOPTATURINTERROGATURUTRUM ID FIERI
UELIT. ILLAUEROALIAADOPTATIOEST UBIQUISPATREMHABENS
ABALIOPATREADOPTATUR ETITAILLEQUIADOPTATURDECERTI
PATRISPOTESTATEDISCEDITETIADOPTIUIPATRISESSEINCIPITPO
TESTATE NAMETFEMINEADOPTARIPOSSUNT UTLOCOFILIAE
ABTIUISPATRIBUSHABEANTUR. FEMINAEUEROADOBTARENON
POSSUNTQUIANECFILIOS ASENATOSINPOTESTATE HABENT.

SPADONES AD OPTANDOS.

SPADONESAUTEMQUIGENERARENONPOSSUNTADOPTAREPOS
SUNT ETHICETFILIOSGENERARENONPOSSINTQUOSADOPTA
UERINTFILIOSHABEREPOSSUNT SIQUISUEROFILIUSHABENS
SEDEDERITADOBTANDUMNONSOLUMIPSEINPATRISADOPTIUI
POTESTATEREDIGATURSED ETFILII EIUS SITAMENAUUM PATER
NUMNONHABUERINTINADOPTIUIPATRIS TRANSEUNTPOTESTA
TETAMQUAMNEPOTES

QUIBUSMODIS FILII EXEUNTDEPOTESTATE PATRIS. FILII QUIIN
POTESTATEPATRISSUNTMORTUOPATRESUIIURISFIUNT. SEDSIFI
LIUSQUIMORTEPATRISSUIIURIS EFFECTUSESTFILIOS HABEATINE
JUSPATRISSUIOBITUMER UNTFILII POTESTATE NAMSIPATER
MORIATURETAUUSPATERNUSUIUATNEPOS EXFILIOSUIIURIS
ESSENONPOTEST QUIAINAUIREMANETPOTESTATE, QUIAUOMOR
TUOSUIIURISEFFICIUNTUR ITEMSIMORIATURPATERETRE
LINQUATFILIUM EMANCIPATUMETEXEODEFILIO AEMANCIPATO
NEPOTESSINT TUNCNEPOTES LIBERIETSUIIURISERUNT ET
INPATRISAEMANCIPATIPOTESTE NONUENIUNT ITEMDEPOTES
TATEPATRIS EXEUNTFILIISIPATEREORUM INEXILIUMMISSUS
FUERIT QUIANONPOTESFILIUMCIUEMROMANUMINPOTES
TATEHABEREHOMOPEREGRINAECONDICIONISEFFECTUS. ITE
SIFILIUSUIUOPATREINEXILIOMISSUSFUERITINPOTESTATEPATRIS
CIUISROMANIESSENONPOTESTQUIASIMILITERPEREGRINAECON
DICIONISEFFECTUSAGNOSCITUR, ITEMSIAB HOSTIB, PATERCAP
TUSSITINPOTESTATEQUAMDIUAPUTHOSTESFILIOSNONHABET
SEDSIDECAPTIUITATEEUASERITJUREPOSTLIMINIJOMNEMSICUT
INALIISREB. ITAETFILIOSRECIPITPOTESTATE SIUEROPATERQUI

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

et ipse se in potestatem adoptivi patris dat. Et ideo arrogatio dicitur, quia et ille, qui adoptat, interrogatur, utrum illum, quem adoptat, filium habere velit: et ille, qui adoptatur, interrogatur, utrum id fieri velit. Illa vero alia adoptatio [1] est, ubi quis patrem habens, ab alio patre adoptatur: et ita ille, qui adoptatur, de certi patris potestate discedit, et in adoptivi patris incipit esse potestate.

§ 2. Nam et feminae adoptari possunt, ut loco filiarum adoptivis patribus habeantur: feminae vero adoptare non possunt, quia nec filios *ex* [2] se natos in potestate habent.

§ 3. Spadones autem, qui generare non possunt, adoptare possunt: et licet filios generare non possint, quos adoptaverint filios habere possunt.

§ 4. Si quis vero filios habens se dederit adoptandum, non solum ipse in patris adoptivi potestatem redigatur, sed et filii eius; si tamen avum paternum non habuerint, in adoptivi patris transeunt potestatem, tanquam nepotes.

TIT. VI.—QUIBUS MODIS FILII EXEUNT DE POTESTATE PATRIS. Filii, qui in potestate patris sunt, mortuo patre sui iuris fiunt. Sed si [3] filius, qui morte patris sui iuris effectus est, filios habeat, in eius *post* [4] patris sui obitum erunt filii potestate. Nam si pater moriatur, et avus paternus vivat, nepos ex filio sui iuris esse non potest: quia in avi remanet potestate, qui avo mortuo sui iuris efficitur. Item si moriatur pater, et relinquat filium emancipatum, et ex eodem filio emancipato nepotes, tunc nepotes liberi et sui iuris erunt, et in patris emancipati potestatem non veniunt.

§ 1. Item de potestate patris exeunt filii, si pater eorum in exsilium missus fuerit: quia non potest filium civem Romanum in potestate habere homo peregrinae conditionis effectus. Item si filius, vivo patre, in exsilium missus fuerit, in potestate patris civis Romani esse non potest, quia similiter peregrinae conditionis effectus agnoscitur.

§ 2. Item si ab hostibus pater captus sit [5], in potestate, quamdiu apud hostes fuerit, filios non habebit. Sed si de captivitate evaserit, iure postliminii omnem, sicut in aliis rebus, ita et in filiis recipit potestatem. Si vero pater, qui *(Sequitur textus pag.* 335*)*

---

[1] Haenel: *adoptio.*
[2] Palimp. om. *ex.*
[3] Palimp. add. *hic.*
[4] Palimp. om. *post.*
[5] Palimp.: *est.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Ab hostib· captus est in captiuitate moriatur ab eo tēpore q̄o
ab hostib· captus est filii suiiuris fact̄ intelleḡuntur· Item p̄
emancipationem filii suiiuris efficiuntur· Sed filius mascu
lus trib· emancipationib· de patris potestate exit et suiiuris
efficitur· Emancipatio autem hoc est manus traditio q̄e
dam similitudo uenditionis est· Qui in ea mancipationibus
p̄eter illum hoc est certū patrem alius pater adhibetur· hr
Ergo· Ite natural is pater filium sum fiduciario patri mancī
pat· hoc est manu tradita quod fiduciario pater natural is
pater unum aut duos nummos quasi in similitudinem pretii ac
cipit Et iterum eum acceptis nummis fiduciario patri tra
det· Hoc secundo et tertio fit· Et tertio fiduciario patri
mancipat et tradet Et sic de potestate patris exit· Que
tamen mancipatio solebat ante p̄sidem fieri modo ante
curiam faciendum est Ubi quinque testes ciues Romani ĥ
p̄sentiē runt· Et pro illo qui libripens appellatur idest
statera m tenens· Et qui ante testatus appellatur alius uti
septem testium numerus impleatur· Tamen cum tertio
mancipatus fuerit filius a patre natural i fiduciario patri
hoc a ḡere debet natural is pater ut eia fiduciario patre man
cipetur et a natural i patre manumittatur· Ut si filius ille
mortuus fuerit ei in hereditate natural is pater non fidu
ciarius succedat· Femine uel nepotes masculi ex filio
una mancipatione de patris uel aui exeunt potestate et sui
iuris efficiuntur· Ethi ipsi quamlibet una mancipatio
ne de patris uel aui exeant potestate nisi a patre fiduciario
re mancipati fuerint a natural i patre manumissi succe
dere eis natural is pater non potest nisi fiduciarius a quo
manumissi sunt· Nam si re mancipatos sibi natural is spa
ter uel auus manumiserit· ips ei eis in hereditate succe
dit Quod si habeat quis filium et ex eo nepotes et uo lue
rit filium a emancipare et nepotes in sua potestate retine
re in arbitrio eius est Aut si uo luerit nepotes a emanci
pare et filium in sua potestate retinere et hoc ei pro iuris
hordine licere manifestum est· Quod nō solū de nepotibus

LIBRI pens hoces state ram tenen

qui fiduciarius nominatur hs

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

ab hostibus captus est, in captivitate moriatur, ab eo tempore, quo ab hostibus captus est, filii sui iuris facti intelliguntur.

§ 3. Item per emancipationem filii sui iuris efficiuntur. Sed filius masculus tribus emancipationibus de patris potestate exit, et sui iuris efficitur. Emancipatio autem, hoc est manus traditio, quaedam similitudo venditionis est: quia in emancipationibus praeter illum, hoc est certum patrem, alius pater adhibetur qui fiduciarius nominatur. Ergo iste [1] naturalis pater filium suum fiduciario patri mancipat, hoc est manu tradit: a quo fiduciario patre naturalis pater unum aut duos nummos quasi in similitudinem pretii accipit, et iterum eum acceptis nummis fiduciario patri tradit. Hoc secundo et tertio fit, et tertio [2] fiduciario patri mancipat et tradit, et sic de potestate patris exit. Quae tamen *e*mancipatio solebat aute praesidem fieri, modo ante curiam facienda est: ubi quinque testes cives Romani in praesenti erunt, et pro illo, qui libripens appellatur, id est stateram tenens, et qui antestatus appellatur, alii duo, ut septem testium numerus impleatur. Tamen quum tertio mancipatus fuerit filius a patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, ut ei a fiduciario patri *mancipetur* [3], et a naturali patre manumittatur: ut, si filius ille mortuus fuerit, ei in hereditate naturalis pater, non fiduciarius, succedat. Feminae vel nepotes masculi ex filio una emancipatione de patris vel avi exeunt potestate et sui iuris efficiuntur. Et hi ipsi, quamlibet una mancipatione de patris vel avi potestate exeant, nisi a patre fiduciario remancipati fuerint *et* [4] a naturali patre manumissi, succedere eis naturalis pater non potest, nisi fiduciarius, a quo manumissi sunt. Nam si remancipatos sibi naturalis pater vel avus manumiserit, ipse eis in hereditate succedit. Quod si habeat quis filium et ex eo nepotes, et voluerit filium emancipare et nepotes in sua potestate retinere, in arbitrio eius est: aut si voluerit nepotes emancipare et filium in sua potestate retinere, et hoc ei pro iuris ordine licere manifestum est. Quod non solum de nepotibus, *(Sequitur textus pag.* 337*)*

---

[1] Haenel: *ipse*.
[2] Haenel add. *cum*.
[3] Palimp.: *remancipetur*.
[4] Palimp. om. *et*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Sed et de pronepotibus similiter facere potest. VII De tutelis
Tutores aut legitimi sunt aut testamentarii. Legitimi
sunt qui pupillo per uirilem sexum propinquitate iunguntur. Et qui proximior fuerit de agnatis ad ipsum legi-
tima tutela pertinet Quia his qui proximus fuerit ad tu
tela m ipse proximus est et ad hereditatem. Testamen
tariis u N quos patres aut aui paterni testamento suo tu
tores filiis aut nepotib. deleg auerint. Quod si nec
testamentarius tutor fuerit nec legitimus. tunc ex
inquisitione iudicis pupillis tutores dantur.

VIII De curatione

Per hac tis pupillaribus annis quibus tutores absoluuntur
ad cures ratio minorum incipit p tinere. Sub curato
res unt minores hetate. maiores euersores ihsani
hii qui minores sunt usque ad uicensimum et quintum
annum inpletum sub curatores unt. qui uero euer
sores aut insani sunt omni tempore uite sue sub cura
tores ee iubentur quia substantiam suam rationa
biliter gubernare non possunt.

VIIII De rebus gestis k Gaius superioricon
mentario de iure personarum aliqua disputauit
hunc in hoc conmentario de reb. gestis tractat
Omnes ita q' psone aut nri iuris sunt aut diuini aut publi
ci. Nostri iuris sunt que in proprietate ns sse nos
cuntur Diuini iuris sunt. aecclesiae id est templa di
uel ea patrimonia hac substantia eq. ad aecclesiastica
iura pertinent. Publici iuris sunt muri. fora portae
theatra. circus. harenaeque antiquis ca appella
uerunt pro eo quod ex inde tolli aliquid aut con tin
gi non liceret haec omnia in nullius bonis sunt
ideo publici iuris esse dicuntur Sed et res hereditari
s antequa aliquis here sexistat. id est quando
dubitatur utrum scriptus an legitimus here ssucce
dere debeat In nullius bonis esse uidentur preter
ea que dam res corporales sunt que dam incorporales. corpora
les sunt

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

sed et de pronepotibus similiter facere potest.

TIT. VII.—DE TUTELIS. Tutores aut legitimi sunt aut testamentarii.

§ 1. Legitimi sunt, qui pupillo per virilem sexum propinquitate junguntur [1]: et qui proximior fuerit de agnatis, ad ipsum legitima tutela pertinet: quia is, qui proximus fuerit ad tutelam, ipse proximus est et ad hereditatem.

§ 2. Testamentarii sunt, quos patres aut avi paterni *in* [2] testamento suo tutores filiis aut nepotibus delegaverint. Quod si nec testamentarius tutor fuerit, nec legitimus, tunc ex inquisitione iudicis pupillis tutores dantur.

TIT. VIII.—DE CURATIONE. Peractis pupillaribus annis, quibus tutores absolvuntur, ad curatores ratio minorum incipit pertinere. Sub curatore sunt minores aetate, maiores eversores, insani. Hi, qui minores sunt, usque ad viginti et quinque annos impletos sub curatore sunt. Qui vero eversores aut insani sunt, omni tempore vitae suae sub curatore esse iubentur: quia substantiam suam rationabiliter gubernare non possunt.

EXPLICIT LIBER PRIMUS [3].

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

TITULUS I *(IX)*.—DE REBUS GESTIS [4]. Gaius superiore commentario de iure personarum aliqua disputavit. Nunc in hoc commentario de rebus gestis [5] iterum tractat.

§ 1. Omnes itaque *res* [6] aut nostri iuris sunt, aut divini, aut publici. Nostri iuris sunt, quae in proprietate nostra esse noscuntur. Divini iuris sunt ecclesiae, id est, templa Dei, vel ea patrimonia ac substantiae, quae ad ecclesiastica iura pertinent. Publici iuris sunt muri, fora, portae, theatra, circus, arena, quae antiqui sancta appellaverunt, pro eo, quod exinde tolli aliquid aut contingi non liceret. [7] Haec omnia in nullius bonis sunt, ideo publici iuris esse dicuntur. Sed et res hereditariae, antequam aliquis heres existat, id est, quando dubitatur, utrum scriptus an legitimus heres succedere debeat, in nullius bonis esse videntur.

§ 2. Praeterea quaedam res corporales sunt: quaedam incorporales. Corporales sunt,

---

[1] Haenel: *conjunguntur*.
[2] Palimp. om. *in*.
[3] In Palimpsesto, sicut in cunctis ferme Breviarii textibus, non dicitur *finis libri I*, nec *incipit liber II* Institutionum. Numeratio titulorum pergit nihilo secius ad normam libri singularis. Hoc item videtur in plurimis codicibus; sunt enim pauci, licet vetustissimi, qui titulos huius libri II, nova numeratione portendant. Haenel tamen ambas numerationes retinuit, clausa inter uncias, ea quae pluribus codicibus continetur. Animadvertit pariter a codicibus de *libro secundo* mentionem fieri nullam. Nos autem Sichardi et Haenelis ad instar, librum secundum a priori distinguimus, et dupla numeratione titulos obsignamus.
[4] Haenel omisit *gestis*, quia in codicibus ab eo consultis, non exstat. Nos tamen verbum hoc retinemus, quoniam per administrationem, aut rerum gestionem, in *Digesto* vertitur, et de rebus gerendis titulus hic peragit.
[5] Haenel om. *gestis*.
[6] Palimp.: *personae* pro *res*.
[7] Haenel add. *Sed*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

quemanibustangipossuntuelutaçermancipiumuestea(s)(v)rm
argentumethissimilibusincorporalessuntquetangiNon
possunt qualiasunteaquenonin~~ter~~corporesediniurecon
sistunt. Sicutesthereditasetobligationesdediuersis(con)(trac)
tibusscripteetlicethereditasuelemptioautdiuersicontu(trac)
rescorporalesinseabeantiustamenipsiushereditatisuel
emptionisaliorumquecontractuum incorporaleest
Incorporaliaetiamsuntiurap(r)ediorumurbanorumuelrus
ticorumprediorum urbanorumueroiurasuntstillicidia
fenestrecluacealtiuserigendedomusauthonerigende
etluminumutitaaliquisfabricetutuicinedomui lu
menNontollat P(r)ediorumueroRusticorumiurasunt
uiauelIterperquodpecusautanimaliadebeantambula
reueladuaquamduci etaqueductusq; similiterincorpo
raliasunt heciuratamrusticorumprediorumseruitu
tes appellantur. Itemregulariterconstitutumestutsup
positainferioribuscedant idestutsiquisinsolonstrosi
nenostropermissodomumedificaueritadeumcuiuster
raestdomusaedificatapertineat. uelsisibialiquisinagro
nostroarboresautuineasuelplantasquascumq; posue
ritsimiliterssuperficiessolocedat. Uel simessemincampose
minauerit omniahecq; interraalienalactantur d(o)noter
raeadquiruntur. Quoddecartis uelperçamenissiali
enisscribatliceteaureisautargenteisliterissimiliterius
estscriptura cuis cartaautperçamenafuerint. Quodet
detabulaehocestsialiquisintabula meapicturafecerit
obseruaturquiastatutumestutttabulepicturamcedat
Quodsiquis exuuismeisuinumautexspicisfrumentumaut
exoliuisoleumfeceriteiusuinumueloleumuel tritticum
cuiusspiceautuuaeautoliuaefuerint Siquisetiamex
tabulisalienis(fecerit)nauemautarmariumautquodcumq; adhusm
ptinentissimilirationeeluserunt q; factasuntdecuius
lignofactaprobantur. Similiteraetiamsiexlanauel
exlinoalienouestimentumfeceriteiuseruntuestimen
tacuiuslanaautlinumfuissep(r)obatur. Sedinhisomnib.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

quae manibus tangi possunt: velut ager, mancipium, vestes, aurum, argentum, et his similia. Incorporales sunt, quae tangi non possunt: qualia sunt ea, quae non in corpore, sed in iure consistunt: sicut est hereditas, et obligationes de diversis contractibus scriptae. Et licet hereditas vel emtio aut diversi contractus res corporales in se habeant; ius tamen ipsius hereditatis vel emtionis aliorumque contractuum incorporale est.

§ 3. Incorporalia etiam sunt iura praediorum urbanorum vel rusticorum. Praediorum urbanorum vero [1] iura sunt stillicidia, fenestrae, cloacae, altius erigendae domus aut non erigendae, et luminum, ut ita aliquis [2] fabricet, ut vicinae domui lumen non tollat. Praediorum vero rusticorum iura sunt via, vel iter, per quod pecus aut animalia debeant ambulare, vel ad aquam duci, et aquaeductus; quae similiter incorporalia sunt. Haec iura tam rusticorum *quam urbanorum* [3] praediorum servitutes appellantur.

§ 4. Item regulariter constitutum est, ut superposita inferioribus cedant: id est ut, si quis in solo nostro, sine nostro permissu, domum aedificaverit, ad eum, cuius terra est, domus aedificata pertineat: vel si sibi [4] aliquis in agro nostro arbores aut vineas vel plantas quascumque posuerit, similiter superficies solo cedat: vel si messem in campo seminaverit, omnia haec, quae in terra aliena iactantur, domino terrae adquirantur. Quod [5] de chartis vel pergamenis, si *in* [6] alienis scribat, licet aureis aut argenteis literis, similiter eius est scriptura, cuius chartae aut pergamena fuerint. Quod et de tabula, hoc est, si aliquis in tabula mea pictura*m* fecerit, observatur: quia statutum est, ut tabulae pictura cedat.

§ 5. Quod si quis ex uvis meis vinum, aut ex spicis frumentum, aut ex olivis oleum fecerit, eius vinum, vel triticum vel oleum *est* [7] cuius spicae *a*ut uvae, aut olivae fuerint. Si quis etiam ex tabulis alienis navem aut armarium aut quodcumque ad usum pertinens fecerit, simili ratione eius erunt, quae facta sunt [8] de cuius ligno facta probantur. Similiter etiam si ex lana vel ex lino alieno vestimentum [9] fecerit, eius erunt vestimenta, cuius lana aut [10] linum fuisse proba*bi*tur.

§ 6. Sed in his omnibus *(Sequitur textus pag.* 341*)*

---

[1] Haenel om. *vero.*
[2] Haenel: *quis.*
[3] Palimp. om. *quam urbanorum.*
[4] Haenel om. *sibi.*
[5] Haenel add. *et.*
[6] Palimp. om. *in.*
[7] Palimp. om. *est.*
[8] Haenel: *fuerint.*
[9] Haenel: *vestimenta.*
[10] Haenel: *vel.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Superius conprehensis q̃cũq; interra aliena aliq̃d posuerit aut edificauerit
aut hec q; dicta sunt illis q̃ rea aliena presumpserint hoc conpetit ut expen
sas uel impendia q; in his fecerint ad nis q̃ rẽ facta mu indicant recipe pos
sunt aldq̃runtur autẽ nobis nõ solũ pro nosmetipsos sed et pro eos q̃ in po
testate nã sunt. Sicut filiu uel seruu quia q̃d q̃d his aq̃ alibet psona
donatum uel uendit ũ fuerit aut heredes fuerint institutu id patrib;
et dnis sine aliq̃a dubitatione conquiritur Pretereos filios q̃b;
plecs ut castrense peculiũ habere emissũ est. hiu eros erui
q̃ i nus usu fructu nro et proprietate alteri uss unt hoc tantũ usu
fructuario ad q̃rere possunt q̃d opere aut manib; suis fecerint ac
demercedib; operis sui acceperint Nam si eis hereditas aut leg̃atũ
dimittat̃r aut donationis aliq̃d conferatur hoc proprietario dnõ
hus ufructuario adquiritur.

II De testamentis

Peruniuersitatem hoc est omnia simul bona ad q̃rim̃s hereditate emptio
nẽ adoptionẽ quia his que ma doptauerimus si sine patre est cum om
nib; bonis suis ad nos transit. Id q̃oq; statutum est q̃d hono mnib;
liceat facere testamentum Sicut sunt il q̃ si uiluris non sunt et ali
enoiuri subiecti sunt. ho o est filii tam ex nobis nati q uam adoptiui
Item testamentum facere nõ possunt in puberes. id est minores
annorũ xiiii aut puellae duodecim Item et hii qui furiosi id est
in mente insani fuerint non possunt facere testamenta Sed
hii qui insani sunt. in interualloipsius insaniae habeant per inter
uallaquibus sani sunt possunt facere testamenta.

XI De exheredatione liberorum

His q̃ filios in potestate habent curam gerere debent ut testa
mentum faciens masculũ filiũ aut nominatim heredem instituat
aut nominatim exheredet Nam si masculum filiũ in testa
mento preterierit non ualebit testamentum. Si uero filia pretete
rierit nõ rumpit testamentum filia preterm issa. Sed inter
fratres suos leg̃itimos stante testamento suam sicut alii
fratres conseq̃nt̃r portionem Si uero testamento extranei
heredes scripti fuerint stante testamento filia medietatẽ
hereditatis adq̃rat. Nam si facto testamento in q̃ masculus
filius preterm issus est eueneri t. ut uiuente ad huc patre
filius q̃ preterm issus est moriatur. Sic q̃o q; q̃m libet filius

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

superius comprehensis quicumque in terra aliena aliquid posuerit aut aedificaverit aut horum, quae dicta sunt, *aliquid fecerit* [1], illis, qui [2] aliena praesumserint, hoc competit, ut expensas vel impendia, quae in his fecerint, a dominis, qui rem factam vindicant, recipe*re* possint.

§ 7. Acquiritur autem nobis non solum per nosmet ipsos, sed et per eos, qui in potestate nostra sunt: sicut filii vel servi: quia quicquid his a qualibet persona donatum vel venditum fuerit, aut heredes fuerint instituti, id patribus et dominis sine aliqua dubitatione conquiritur: praeter eos filios, quibus per leges ut castrense peculium habere permissum est. Hi vero servi, qui in usufructu nostro et in proprietate alterius sunt, hoc tantum usufructuario acquirere possunt, quod opere aut manibus suis fecerint, aut de mercedibus operis sui acceperint. Nam si eis [3], hereditas aut legatum dimittatur aut donationis aliquid conferatur, hoc proprietario domino, non usufructuario acquiritur.

TIT. II *(X)* [4].—DE TESTAMENTIS. Per universitatem, hoc est, omnia simul bona, acquirimus hereditate, emtione, adoptione: quia is, quem adoptaverimus, si sine patre est, cum omnibus bonis suis ad nos transit.

§ 1. Id quoque statutum est, quod non omnibus liceat facere testamentum: sicut sunt hi [5], qui sui iuris non sunt, et [6] alieno iuri subiecti sunt, hoc est filii, tam ex nobis nati, quam adoptivi.

§ 2. Item testamentum facere non possunt impuberes, id est minores annorum quatuordecim, aut puellae duodecim.

§ 3. Item et hi, qui furiosi, id est *in* [7] mente insani fuerint, non possunt facere testamenta. Sed hi, qui insani sunt, [8] per intervalla, quibus sani sunt, possunt facere testamenta.

TIT. III *(XI)* [9].—DE EXHEREDATIONE LIBERORUM. Is, qui filium in potestate habet, curam gerere debet, ut testamentum faciens masculum filium aut nominatim heredem instituat aut nominatim exheredet. Nam si masculum filium in [10] testamento praeterierit, non valebit testamentum.

§ 1. Si vero filiam praeterierit, non rumpit testamentum filia praetermissa: sed inter fratres suos, legitimo stante testamento, suam, sicut alii fratres, consequitur portionem; si vero testamento extranei heredes scripti fuerint, stante testamento, filiâ medietatem hereditatis acquirit. Nam si facto testamento, in quo filius masculus praetermissus est, evenerit, ut, vivente adhuc patre, filius, qui praetermissus est, moriatur, sic quoque, quamlibet filius *ille mortuus fuerit*, *testamentum*, *quod factum est*, *non valebit* [11].. . . . . .

. . . . . .

---

[1] Palimp. om. *aliquid fecerit*.
[2] Palimp. add. *re*.
[3] Haenel add. *aut*.
[4] Hic Palimpsesti scriptor ordinem numerationis titulorum mutat. Hucusque, omni divisione librorum suppressa, numeratio non est abrupta; sed titulus hic, qui est X in ordine primum statuto, iam numero II nunc signatur; et est quidem secundus, in codicibus et editionibus excussis qui librorum divisionem admittunt.
[5] Haenel: *ii*.
[6] Haenel: *sed*.
[7] Haenel om. *in*.
[8] Palimp. add. *in intervallo ipsius insaniae habeant*.
[9] Nova numeratione hoc loco reiecta, pristina renovatur. Itaque titulus iste, qui est tertius libri secundi, XI in Palimpsesto numeratur.
[10] Haenel om. *in*.
[11] Haec postrema § verba in Palimpsesto desunt, sicut et §§ ejusdem tituli 2, 3, 4, 5 et 6, totus titulus IV cujus rubricam supra supplemus atque tres priores §§ tit. V.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

simulabomnibꝫpresumaturInterLegatumuindicationisetdam
nationisillaDistantiaestutsidisiuntisidestsingulisetquascum
queresperLegatumdamnis natio relictaefuerintsingulisintegradebe
antur. idest utunusremipsamaccipiatetalius extimationērei
ipsiusinpretioabheredeꝑcipiat Sinendimodohaeclegati
uerbasunt. Illeheresmeus. remillam illumꝑmittepresume
reetsibihabere. Nametpropriamremtestatoretheredis etalie
nampossidendiLegatumrelinquerepotest. Inquolegatohunc
nonquidemheresLegatarioremq, relictaestiubeturtradere
sedUindicantiLegatariononꝑmittiturprohibere. Precep
tiohisueroLegatumnohnisiuniexheredib, daripotest aut. Utali
quideiexhereditateprecipuumrelinquatur. Etsiconiunctim
idestmultisautdisiunctissingulisrelinquaturomnib, una
restantumq, nomihataestdebetur. nonuniresetaliiextima
tionesicutinLegatodamnationisconstitutumest

xiiii De lege falcidia

Lex efalcidiaconstitutumest q̄icūq, heresinstitutusquartam
partemtotiushereditatis. quodsitestatorhereditatēsuāLega
tisexhinaMierit. hocstatutumestutfalcidiāsibideinminuti
onelegatorumheresretineat. constantenihilominustesta
mento

xiiii De fideicommisis

Potestaliquisrectoiureheredeminstituereetrogareeum
utthereditatemsuamautexautomem partealiꝭ fideiconmissūreddat
Namsiheredemdirectoiurenoninstituerit fideiconmissa
riusnōpotestadaliumacceptamhereditatētransmittere.
Sedinhancquoq, remhocobseruandumestquoddefalcidiasu
prajamdictumest. Iheresinstitutusaetiamsiomnemheredi
tatemaliiRestituerescriptussit. Itahereditatemaliirestitu
at. utquartāsibiexipa hereditateretineant. Etsingulaquaeq,
res ꝑfideiconmissumdimittipossunt hocestautfun
dousautdom̄s. autmancipia. autargentumautauram. abip
sofideiconmissariohalteriꝑfideiconmissumdimittipotest
etalegatariohicetlegatumdimittinonpossitfideicom
missumpotest. Ethonsolumproprieresatestatoreths
dimittipossuntsedhetiāipsiusheredesautlegatariiautcu
iuslibetextranei uel. legatarius.

ꝑfideiconmissumths

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

TIT. IV *(XII).— DE SUBSTITUTIONIBUS, ET FACIENDIS SECUNDIS TABULIS.* (Tres §§.). . . . . .

. . . . . .

TIT. V *(XIII).— DE LEGATIS.* (Tres priores §§ et pars § 4 desiderantur). . .

. . . . . .

§ 4. *Est et inter legatum vindicationis et damnationis ista similitudo, quod per legatum vindicationis sive damnationis, si coniunctim, id est duobus aut pluribus una res in legato dimissa fuerit omnibus, in utroque legato* simul ab omnibus praesumatur.

§ 5. Inter legatum vindicationis et damnationis illa distantia est, ut, si disiunctim, id est, singulis et quaecumque res per legatum damnationis relicta fuerit, singulis integra debeatur; id est, ut unus rem ipsam accipiat, et alius aestimationem rei ipsius in pretio ab herede percipiat.

§ 6. Sinendi modo haec legati verba sunt: Ille heres meus, rem illam illum permitte praesumere et sibi habere. Nam et propriam rem testator, et heredis *sui* [1] et alienam *persinendi* [2] legatum relinquere potest. In quo legato hunc [3] non quidem heres legatario rem, quae relicta est, iubetur tradere, sed vindicanti legatario non permittitur prohibere.

§ 7. Praeceptionis vero legatum non nisi uni ex heredibus dari potest, ut aliquid ei ex hereditate praecipuum relinquatur, et si aut coniunctim, id est, multis, aut disiunctim singulis relinquatur, omnibus una res tantum, quae nominata est, debetur; non uni res et alii aestimatio, sicut in legato damnationis est constitutum.

TIT. VI *(XIV)* [4].—DE LEGE FALCIDIA. Lege Falcidia constitutum est, *ut* [5], quicumque heres [6] institutus, quartam partem totius hereditatis *habeat* [7]. Quod si testator hereditatem suam legatis exinanierit, hoc statutum est, ut Falcidiam sibi de imminutione legatorum heres retineat, constante nihilominus testamento.

TIT. VII *(XV)* [8].—DE FIDEICOMMISSIS. Potest aliquis recto iure heredem instituere et rogare eum, ut hereditatem suam aut omnem aut ex parte alii per fideicommissum reddat. Nam si heredem directo iure non instituerit, fideicommissarius non potest ad alium acceptam hereditatem transmittere. Sed in hac quoque re observandum est, quod de Falcidia supra iam dictum est, ut heres institutus, etiamsi omnem hereditatem alii restituere scriptus [9] sit, ita hereditatem alii restituat, ut quartam sibi ex ipsa hereditate retineat.

§ 1. Et singulae quaecumque res per fideicommissum dimitti possunt, hoc est, aut fundus aut domus aut mancipium aut argentum aut aurum [10].

§ 2. Ab ipso fideicommissario alteri fideicommissum dimitti potest.

§ 3. Et a legatario, licet legatum dimitti non possit, fideicommissum potest.

§ 4. Et non solum propriae res a testatore *per fideicommissum* [11] dimitti possunt, sed etiam ipsius heredis aut legatarii aut cuiuslibet extranei.

§ 5. Ne legatarius, *(Sequitur textus pag. 345)*

---

[1] Palimp. om. *sui*.
[2] Palimp.: *possidendi*.
[3] Haenel add. *quoque modo*.
[4] Si Palimpsesto inerat tit. IV (XII) *De substitutionibus*, quod nescimus, quia folia, quae eum continere potuissent, desunt, huius tituli. *De lege Falcidia*, numerus esse debebat XIV et non XIII, ut describitur. Sed probabiliorem credentes illius tituli praesentiam quam absentiam in membranis nostro Breviario avulsis, numerum XIV praesenti titulo restituimus.
[5] Palimp. om. *ut*.
[6] Haenel add. *fuerit*.
[7] Palimp. om. *habeat*.
[8] Palimp.: *XIV*.
[9] Haenel: *jussus*.
[10] Haenel om. *aut aurum*.
[11] Desunt in Palimpsesto verba *per fideicommissum*. Librarius vero eorum absentiam notavit, signo *h. s. (hic sunt)* et ad calcem paginae supplevit.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

CUIPTESTAMENTŪ PARŪDIMISSŪESTPLUSALIIPFIDEICONMISSŪ QĂMQŎDCONFE
QUITURREDDEREIUBEATUR. CUMAUTEMALIENARESPFIDEICONMISSŪRE
LINQUĬTURNECESSE ESTHEREDIUELLEGATARIOREMILLAMQPFIDEI
COMMISSUMESTAUTREDIMEREAUTFIDEICOMMISSARIODARE AUTPRE
TIŪEIUSREIQUANTUM EXTIMATAFUERIT FIDEICOMMISSARIONUMERARE
ETSICUTINDAMNATIONISLEGATO FIERIDIXIMUS. LIBERTATESAETIAM
SERUISPFIDEICOMMISSUMDARIPOSSUNT UTHERESUELLEGATARIŠEA
MANCIPIAMANUMITTANTQ; TESTATORABEISUTMANUMITTERENT
SPERAUIT. NECINTERESTUTRUMHOSTESTATORDESUISSERUIS
ANDEIPSIUSHEREDIS UELLEGATARIIAUTDEALIENISFIERIIUBEAT.
QODSIDEALIENISFECERITSIMILITERCOGITURHERESAEMEREIP
SUMSERUUMETMANUMITTERE. SEDSIILLŪDNSSŪSNOLUERITUEN
DEREPERITPFIDEICONMISSUMDATALIBERTAS. QUIAINHACREHERES
EXTIMATIONEMINPRETIUMDARENONCOGETURSEDCŪPFIDEICONMIS
SUMLIBERTASDATURHISQUIMANUMISSUSFUERITHONTESTATORIS
SEDHEREDISLIBERTUSEST. PRETEREAINTERFIDEICOMMISSA
ETLEGATASUNTQUEDAMDISTANTIA. FIDEICOMMISSUMADEUM
CUIALIQUIDDIMISSUMESTHEREDEMORTUOPERUENIRESITALIS
FUERITCONDICIOTESTAMENTI. NAMLEGATUMITARELINQUIHON
POTEST. ITEMLEGATUMPCODICILLUMRELICTUMNONUALET. HISICO
DICILLITESTAMENTOFUERINTCONFIRMATI. PERFIDEICOMMISSUM.
UERUMAETIAMSICODICILLITESTAMENTONONFUERINTCONFIRMATI
NIHILOMINUSDEBETUR. ITEMPLEGATARIUMLEGATUMALTERIRE
LINQUIHONPOTEST. SEDFIDEICOMMISSUMPOTEST. ITEMSERUO
ALIENORECTALIBERTAS DARIHONPOTEST. PERFIDEICONMISSUMPO
TEST. ITEMPCODICILLUMNEMOHERESINSTĪPOTEST QUAMUIS
TESTAMENTOCONFIRMATISINT. SEDHISQUITESTAMENTOHERESFUE
RITINSTITUTUSPOTESTPCODICILLUMROGARIUTHEREDITATĒQUE
DATAESTALIIEAMTOTAMUELPROPARTERESTITUAT. QUODUALI
QUIDEMETIAMSICODICILLITESTAMENTONONFUERINTCONFIRMA
TI. ITEMQUAMUISNONPOSSIMUSPOSTMORTEMEIUSQUEMHERE
DEMINSTITUIMUSALIUMEISUBSTITUERE TAMENPERFIDEICOMMIS
SUMROGAREEUMPOSSUMUSUTCŪMMORIATURALIIEAMHEREDITA
TEMUELTOTAMUELPROPARTERESTITUAT. ETQUIASICUT
SUPERIUSDICTUMESTETIĀPOSTMORTĒHEREDISFIDEICOMMISSUM

STRUIS LIBERTA TESPER FIDEICOH MISSUM DANDAS

HIIQUIP FIDEICOM MISSUM MANUMIT TUNTUR NŌTESTA TORISSED HEREDISLI BERTISUNT

SERUO ALIENO LIBER TASDA RIHON POTEST

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

cui per testamentum parum dimissum est, plus alii per fideicommissum, quam *id* [1] quod consequitur, reddere iubeatur.

§ 6. Quum autem aliena res *per fideicommissum* relinquitur, necesse est heredi vel legatario rem illam, quae per fideicommissum est *relicta* [2] aut redimere *et* [3] fideicommissario dare, aut pretium eius rei, quantum aestimata fuerit, fideicommissario numerare, et [4] sicut in damnationis legato fieri diximus.

§ 7. Libertates etiam servis per fideicommissum dari possunt, ut heres vel legatarius ea mancipia manumittant, quae testator ab iis ut manumitteret speravit. Nec interest, utrum hoc testator de suis servis aut de ipsius heredis vel [5] legatarii aut de alienis fieri iubeat. Quod si de alienis fecerit, similiter cogitur heres emere ipsum servum et manumittere. Sed [6] si illum dominus suus noluerit vendere, perit per fideicommissum data libertas: quia in hac re heres aestimationem in pretio dare non cogitur. Sed quum per fideicommissum libertas datur, is, qui manumissus fuerit, non testatoris, sed heredis libertus est.

§ 8. Praeterea inter fideicommissa et legata sunt quaedam distantiae. Fideicommissum ad eum, cui aliquid dimissum est, herede mortuo *poterit* [7] pervenire, si talis fuerit conditio testamenti; nam legatum ita relinqui non potest. Item legatum per codicillum relictum non valet, nisi codicilli testamento fuerint confirmati: per [8] fideicommissum vero, etiamsi codicilli testamento non fuerint confirmati, nihilominus debetur. Item per legatarium legatum alteri relinqui non potest, sed fideicommissum potest. Item *per legatum* [9] servo alieno directa libertas dari non potest; per fideicommissum potest. Item per codicillum nemo heres institui potest, quamvis testamento confirmatum sit; sed is, qui testamento heres fuerit institutus, potest per codicillum rogari ut hereditatem, quae ei data est, alii eam totam vel pro parte restituat: quod validum est, etiamsi codicilli testamento non fuerint confirmati. Item, quamvis non possimus post mortem eius, quem heredem instituimus, alium ei substituere, tamen per fideicommissum rogare eum possumus, ut quum moriatur, alii eam hereditatem vel totam vel pro parte restituat. Et quia, sicut superius dictum est, etiam post mortem heredis fideicommissum *ei* [10],

---

[1] Palimp. om. *id*.
[2] Palimp. om. *relicta*.
[3] Palimp.: *aut*.
[4] Haenel om. *et*.
[5] Haenel add. *de*.
[6] Haenel: *Quod*.
[7] Palimp. om. *poterit*.
[8] Haenel om. *per*.
[9] Palimp. om. *per legatum*.
[10] Palimp. om. *ei*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

CUI RELICTUM EST DARI OPORTET Quod hoc ordine fit ut testa
tor scribat illum heredem instituo. et tuo lo ut cum mortuus fuero
ad illum hereditas mea pertineat Preterea in hoc alia fideicom
missorum et legatorum conditio est. qua fideicomissa sitar
dius quam scriptum est soluta fuerint usurae et fructus de
bent Sed ex mora solutionis sic dam nationē relicta fuerint
duplicantur. VIII de intestatorum hereditatibus.

Intestatorum hereditates primum ad suos heredes pertinent. Sui
autem heredes appellantur filius filia. Neposue l neptis. prone
pos pro neptis. ex nepote. quia omnes pariliē ex um descenden
tes sui uocantur Naturales sunt hee ps onæ hac adoptiuae
adoptiuorūenim conparatione legitimi naturales appellantur
Sed ita nepos uel neptes ex filio. auo sui heredes sunt si pater
eorum de potestate patris aut morte aut a emancipatione dis
cesserit. Nam si eo tempore q̄o aliquis moritur filiū in potes
tate habeat et ex eo nepotes illi uiuo patre suo et in potes
tate aui constitutos sui heredes auo esse non possunt Similiter
posthumi quisi uiuo patre nati fuissent in potestate eius fu
turi erant sui heredes sunt. Siquando aliquis moriatur et
reliquerit filiū aut filiam et ex alio filio mortuo nepotes nep
tes ue. filiu ue l nepotes ex filio defuncto patre uel auo hacra
tione succedunt ut filius hac filia suas partes accipiant
Et nepotes ex filio portionem quam pater eorum erat habi
turus accipiant Quia regula riter constitutum est ut iner
suos proximios longiorem gradum positio non excludat.
Et hōi in capita sed in istirpe diuidatur hereditas Item si
quis moriens filium nō relinquat Sed ex duō. masculis filiis
dimittat nepotes hoc est ex uno filio unum uel duos nepo
tes. ex altero tres aut quattuor. Similiter sicut superius
dictum est in istirpe nō in capita hereditas diuidatur. hoc
modo ut illi duo nepotes ex uno filio medietatem capiant et illi
quattuor ex alio filio aliā medietatem hoc est ut tales acci
piant portiones quales partes eorum si uixissent habituri
erant Sed si defuerint sui heredes tunc hereditas defunc
ti in tetad agnatos con agnati enim sunt quibus ex um de
functo propinquitate iuncti. id est consanguinei fratres
hoc est de uno patre nati Nec disputari potest si de diuersis matri
bus nascantur q̄i de uno patre geniti sunt Item patruus id est
frater patris frat ris sui filio agnatus est Ipso modo sunt
fratres patrueles. hoc est qui de singulis germanis nati sunt

Legatorum usus Rhondebucy — hc

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

cui relictum est, dari oportet [1]: *idem efficere possumus* quod hoc ordine fit, ut testator scribat: Illum heredem instituo, et volo, ut quum mortuus fuero [2] ad illum hereditas mea pertineat. Praeterea [3] in hoc alia fideicommissorum et legatorum conditio est, quia fideicommissa, si tardius, quam scriptum est, soluta fuerint, usurae et fructus debentur; legatorum vero usurae non debentur, sed ex mora solutionis, si per damnationem relicta fuerint, duplicantur.

TIT. VIII *(XVI)* [4].—DE INTESTATORUM HEREDITATIBUS. Intestatorum hereditates primum ad suos heredes pertinent. Sui autem heredes appellantur filius, filia, nepos vel neptis, pronepos proneptis ex nepote: quia omnes per virilem sexum descendentes sui vocantur. Naturales sunt hae personae, ac adoptivae. Adoptivorum enim [5] comparatione legitimi naturales appellantur. Sed ita nepos vel neptis ex filio avo sui heredes sunt, si pater eorum de potestate patris aut morte aut emancipatione discesserit: nam si eo tempore, quo aliquis moritur, filium in potestate habeat, et ex eo nepotes, illi vivo patre suo et in potestate avi constituto, sui heredes avo esse non possunt.

§ 1. Similiter posthumi, qui, si vivo patre nati fuissent, in potestate eius futuri erunt, sui heredes sunt.

§ 2. Si quando aliquis moriatur, et reliquerit filium aut filiam et ex alio filio mortuo nepotes neptesve, filii vel nepotes ex filio defuncto patre vel avo hac ratione succedunt, ut filius ac filia suas partes accipiant et nepotes ex filio portionem, quam pater eorum erat habiturus, accipiant: quia regulariter constitutum est, ut inter suos proximior longiore gradu positum non excludat: et non in capita, sed in stirpem dividatur hereditas. Item si quis moriens filium non relinquat, sed ex duobus masculis filiis dimittat nepotes, hoc est, ex uno filio unum vel duos nepotes, ex altero tres aut quatuor, similiter, sicut superius dictum est, in stirpem, non in capita hereditas dividatur, hoc modo, ut illi duo nepotes ex uno filio medietatem percipiant, et illi quatuor ex alio filio aliam medietatem, hoc est, ut tales accipiant portiones, quales patres eorum, si vixissent, habituri erant.

§ 3. *Sed* [6] si defuerint sui heredes, tunc hereditas defuncti pertinet ad agnatos. Agnati enim sunt per virilem sexum defuncto propinquitate coniuncti, id est, consanguinei fratres, hoc est, de uno patre nati. Nec disputari potest, si de diversis matribus nascantur, qui de [7] uno patre geniti sunt. Item patruus, id est, frater patris, fratris sui filio agnatus est. Ipso modo sunt fratres patrueles, hoc est, qui de singulis germanis nati sunt [8]. *(Sequitur textus pag.* 349*)*

---

[1] Haenel: *potest*.
[2] Haenel: *fuerit*.
[3] Haenel add. *et*.
[4] Hic Palimpsesti scriptor specialem libri II titulorum numerationem reponit, generalem deserens, ideoque numero VIII signat hunc titulum, qui est XVI in ordine generali.
[5] Haenel om. *enim*.
[6] Haenel om. *Sed*.
[7] Haenel om. *de*.
[8] Hic interiectus est in Palimpsesto versus unus dicens: *legatorum vero usure non debentur, h. s.* Haec verba, hoc loco interposita, sensum non habent et ideo librariorum incuriae tantum debentur. Attamen ex literis *h. s.* dubitari potest, an scriptor Palimpsesti erroris auctor fuisset, aut qui codicem ex quo Palimpsestus fuit desumptus, scripsit. Sed omni casu, librarius noster erravit omittens siglam *h. d.* in loco quo illa verba deerant, videlicet ad calcem § 8, tit. VII (s. XV).

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

hocordine cognoscunturquisuntagnati. Sicutsupradiximus puirilemsexum propinquitateconiuncti. Nōtamen omnib. simulagnatis lex hereditatem propinquiintestatidat. Sed hisquidefunctomortis suaetempore proximiores inueniuntur Infeminisueroalia condi'tio est quia interfeminasolatantum sororconsanguinea habeturagnata. Utgermanosuodefunctoabintestatoeiagnationisiure succedat Reliquerofemine hocestamita. id est patrisso ror uel fratrisfilia nec incapiendis hereditatib. propinquo rum legitimaesuntnec masculis propinquis agnationis iure succedunt Ipsarumuero hereditates admasculos propin quosagnationiscondicionepueniunt. Regulariter constitutumestutinteragnatos proximior posteri orem excludat etintereos honinspe tir sed incapitaab intestatodiuidaturhereditas Naminter suos si cutsupradiximusaliaratio estutproximiorposteriorem nonexcludat etsemphereditasinstirpenonincapi tadiuidatur. Namsiquismoriensdimittatgermanum ubiger manus ingerma nieredi tatesuc cedet Namsu brinino succe dunt etexalterogermano filios germanus fraterquiagra duproximiorestsolussuccedit fratrisfiliinonsucce dunt. Itemsimoriaturquisetde germanisfra tribus dimittat filiosdumtaxatmasculosetexunofratre dimiseritduosetexalioquattuor similitermascu los. omnesquidemfratrumfilii patruosuoabintesta tosuccedunt sedhonin stirpeseuincapitaitautilli duoexunopatreduasaccipiantportiones. etilliquat tuorexalioquattuoraccipiantportiones. Namsi sorores habuerint inpatrui hereditatemhonueni unt. Sicuthecsororis filiiihauunculinonuellehe. reditate succedunt Namethocregulareestut cognatituncintestatorum propinquorumhereditā tescapiantquandoautsuiautagnatidefuerint

XVI De obligationibus

Obligatioinduasspeciesdiuiditur Namomnesobli gationesautexcontractuhascunturautexculpa Queautemexcontractuhascunturquattuor genera sunt q. singulaehochordinedistinguuntur Autenimhere cōntrahitur obligatioautuerbisaut litterisautconsensu Recontrahitur quoti ensaliquacuicumq. mutuodantur. Quelhisreb.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Hoc ordine cognoscuntur [1], qui sunt agnati, sicut supra diximus, per virilem sexum propinquitate coniuncti.

§ 4. Non tamen omnibus simul agnatis lex hereditatem propinqui intestati dat; sed his, qui defuncto mortis suae tempore proximiores inveniuntur.

§ 5. In feminis vero alia conditio est: quia inter feminas sola tantum soror consanguinea habetur agnata, ut germano suo defuncto ab intestato ei agnationis iure succedat. Reliquae vero [2] feminae, hoc est, amita, id est, patris soror, vel fratris filia, nec in capiendis hereditatibus propinquorum legitimae sunt, nec masculis propinquis agnationis iure succedunt. Ipsarum vero hereditates ad masculos propinquos agnationis conditione perveniunt.

§ 6. Regulariter constitutum est ut inter agnatos proximior posteriorem excludat, et inter eos non in stirpe sed in capita ab intestato dividatur hereditas. Nam inter suos, sicut supra diximus, alia ratio est, ut proximior posteriorem non excludat, et semper hereditas in stirpe, non in capita dividatur. Nam si quis moriens dimittat germanum, et ex altero germano filios, germanus frater, quia gradu proximior est, solus succedit, fratris filii non succedunt. Item si moriatur quis, et de *duobus* [3] germanis fratribus dimittat filios dumtaxat masculos, et ex uno fratre dimiserit duos, et [4] ex alio quatuor similiter masculos: omnes quiden fratrum filii patruo suo ab intestato succedunt: sed non in stirpem, sed in capita, ita ut illi duo ex uno patre duas accipiant portiones, et illi quatuor ex alio accipiant quatuor portiones. Nam si sorores habuerint, in patrui hereditatem non veniunt, sicut nec sororis filii in avunculi [5] hereditate succedunt.

§ 7. Nam et hoc [6] regulare est, ut cognati tunc intestatorum propinquorum hereditates capiant, quando aut sui aut agnati defuerint.

TIT. IX [7] *(XVII)*.—DE OBLIGATIONIBUS. Obligatio in duas species dividitur: nam omnes obligationes aut ex contractu nascuntur aut ex culpa. Quae autem [8] ex contractu nascuntur, quatuor genera sunt, quae singula hoc ordine distinguentur: aut enim re contrahitur obligatio, aut verbis, aut literis, aut consensu.

§ 1. Re contrahitur, quoties aliqua cuicumque mutuo dantur, quae in his rebus *(Sequitur textus pag. 351)*

---

[1] Haenel: *agnoscitur*.
[2] Haenel om. *vero*.
[3] Palimp. om. *duobus*.
[4] Haenel om. *et*.
[5] Palimp.: *nonuelle*.
[6] Haenel om. *hoc*.
[7] Palimpsesto titulus est *XVI*, ideo fortasse quia praecedens ab ordine generali excluditur.
[8] Haenel om. *autem*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

CONTINGUNTQ· PONDERE NUMERO MENSURA CONTINENTUR·
hoc est si pecunia numeretur uel frumentum detur uinum
autoleum aut aes ferrum argentum uel aurum· queom
nia numerando aut pensando aut metiendo adhocdamus
ut eorum fiant quiea accipiunte tadnos statutotempore ēō
ipse res sed alie eius nature quales date sunt adq· ipsi spon
deribus numerate aeuel mensurate reddantur· propter
quod mutuum appellatum est quasi ametibi itadatum sit
ut ex meo tuum fieret· uerbis contrahitur obligatio ex in
terrogatione dantis et responsione accipientis· ita aut
si ille quid dat interroget hoc mihi dabis quia accepit
respondit dabo aut in obligatione debitoris s aliquis
fideiussor accedat illi qui personam fideiussoris tra
det interrogat stum fide tua esse iubes et ille respon
det stum fide mea esse iubeo In hac conditione non solum
ille qui debitor est sed etis q̄ fideiussor existit obligantur·
et non solum fideiussor dum uiuet sed et heredes ipsius
si ille decesserit tenentur obnoxei· Creditor autem qui pecuni
am suam de diti n potestate habeta reddenda pecunia
quem uelit tenere· Utrum ipsum debitorem an fide
iussorem s debitorem tenere elerit Fideiussor se absol
uet· Si uero fideiuſ or ē tenuerit debitor ē absoluit· Quia uno
electo quē idoneum creditori udicauit alterum liberat·
Sunt etalie obligationes q· nulla precedente interroga
cione contrai possunt· Id est ut si mulier siue sponso
sui eiam marito dotem dicat· quod tam de mobilib· rebus
quam de fundis fieri potest Et non solum in hac obliga
tione ipsa mulier obligatur sed et pater eius et debitori ip
sius mulieris stam poecuniam quā ille debebat a marito
creditricis ipse debitori n dotem dixerit hec tantū tres
psonae nulla interrogatione precedente possunt dic
tione dotis legitimae obligari Aliæuero psone si pro
muliere dotem uiro promiserint communi iure obliga
ri debent id est ut adinterrogata respondeant et
stipulata promittant· Item etalio casu uno loquen
te et adinterrogatione alio promittente contrahitur obli
gatio· Id est si libertus patrono aut domum aut mun
aut operas se daturum esse iurauerit· Exponendū hic
quid sit domus uel munus uel operae· In quare supradicti
libertinon tam uerborum sollemnitate quam iuris

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

contingunt, quae pondere, numero, mensura continentur: hoc est, si pecunia numeretur, vel frumentum detur, vinum aut oleum, aut aes, aut ferrum, argentum vel aurum. Quae omnia numerando, pensando aut metiendo ad hoc damus, ut eorum fiant, quia ea accipiunt, et ad nos statuto tempore non ipsae res, sed aliae eius naturae, quales datae sunt, atque ipsius ponderis, numeri vel mensurae reddantur. Propter quod mutuum appellatum est, quasi a me tibi ita datum sit, ut ex meo tuum fieret.

§ 2. Verbis contrahitur obligatio ex interrogatione dantis et responsione accipientis, ita, ut si ille, qui dat, interroget, hoc mihi dabis? qui accipit, respondeat, dabo: aut in obligatione debitoris, si aliquis fideiussor, accedat, ille, qui *cum* [1] persona fideiussoris *contrahit* [2], interrogat istum [3]: fide tua esse iubes? et ille respondet istum [4] fide mea esse iubeo, in [5] hac conditione non solum ille, qui debitor est, sed et is, qui fideiussor exsistit, obligantur. Et non solum fideiussor [6], dum vivit, sed et heredes ipsius, si ille defuerit, tenentur obnoxii. Creditor autem, qui pecuniam suam [7] dedit, in potestate habet ad reddendam pecuniam, quem velit tenere, utrum ipsum debitorem an [8] fideiussorem [9]. Si debitorem tenere elegerit, fideiussor se [10] absolvet: si vero fideiussorem tenuerit, debitorem absolvit [11]: quia uno electo, quem idoneum creditor indicavit, alterum liberat.

§ 3. Sunt et aliae obligationes, quae nulla praecedente interrogatione contrahi possunt, id est, ut si mulier sive sponso [12] sive iam marito dotem dicat. Quod tam de mobilibus rebus, quam de fundis fieri potest. Et non solum in hac obligatione ipsa mulier obligatur, sed et pater eius, et debitor ipsius mulieris, si istam [13] pecuniam, quam ille [14] debebat a marito [15] creditricis ipse debitor in dotem dixerit. Hac tantum tres personae nulla interrogatione praecedente possunt dictione dotis legitime obligari. Aliae vero personae, si pro muliere dotem viro promiserint, communi iure obligari debent, id est, ut ad [16] interrogata respondeant, et stipulata promittant.

§ 4. Item et alio casu, uno loquente et *sine interrogatione alii* promittente [17] contrahitur obligatio, id est, si libertus patrono aut domum aut nummos aut operas se daturum esse juraverit. (Exponendum (hic est) quid sit domus vel munus vel operae) [18]. In qua re supradicti liberti non tam verborum solemnitate, quam iuris- *(Sequitur textus pag. 353)*

---

[1] Palimp. om. *cum*.
[2] Palimp.: *personam fideiussoris tradet*.
[3] Haenel: *interroget ipsum*.
[4] Haenel: *respondeat fide*.
[5] Haenel om. *in*.
[6] Haenel add. *ipse*.
[7] Haenel om. *suam*.
[8] Haenel: *aut*.
[9] Haenel add. *Sed*.
[10] Haenel: *fideiussorem absolvet*.
[11] Haenel: *absolvet*.
[12] Haenel add. *uxor futura*.
[13] Haenel om. *istam*.
[14] Haenel: *ipse*.
[15] Haenel: *sponso*.
[16] Haenel: *et* pro *ad*.
[17] Palimp.: *ad interrogatione(m) alio promittente*.
[18] Verba *exponendum &* usque ad *vel operae* glossae colorem potius quam legis textus habent. Haenel ea praetermisit; fatetur tamen praesto esse in nonnullis codicibus, atque in Bouchardo.» Nos autem ea retinemus, quia exinde coniici potest ad iuris scholarum disciplinam scriptum fuisse Palimpsestum.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

UT DEREM ALIENĀN E MOALTERI PROMITTAT QUIA INUTI LE EST.

IURANDI RELIGIONE RETINENTUR. Sed nulla alia psona hoc ordi
ne obligari potest Preterea inutilis promissio etiā si stipulà
tione interueniente facta sit Sed aliquid se daturū esse promi
serit quod sui iuris non est hoc est si aut in genuum homine
quasi serum se daturū promittat Aut si mortuum aliquis
quem uiuum credebat promiserit. Aut locum sacrum aut scm
aut religiosum daturum sequicumq; promiserit. Preterea
inutilis est promissio si aliquis rem sub tali condicione promit
tat que condicio impleri pro rei difficultate non possit. Pre
terea inutilis est et interrogatio et promissio. Si ita aliquis
interroget debitor em post mortem meam uel tua mill ut da
ris pondes quo propter ea inutile uisū est quia persona heredis
obligatio incipere non potest Et ideo nec heredi creditO
ris sub hac sponsione obligatur debitor nec debitoris heres cre
ditoris tenetur obnoxius Item inutilis est obligatio si di
cat creditor pridie quā moriar da respondes uel interroget
debitorem pridie quā moriaris Similiter et hec stipulatio
inutilis iudicatur quia non potest esse scire quando sit pridie quā
aliquis moriatur nisi post quā mortuus fuerit Item si pure
interroget creditor et debitor sub condicione promit
tat Uel si creditor decem solidos debitorem interroget
et debitor quinq; promittat hoc ordine integrum debitum
uacilaricos nos citur Si aliquis nobis pecuniam debeat pos
sumus debitorem hrm conpellere ut pecuniam quam nobis red
diturus erat alteri se cabeat redditurum Nec potest ei cui
pro nro debito cauit de cauto et non numerato si cut fieri so
let aliquid disputationis afferre cum id q̄ da nobis accepit
alteri cauerit redditurum Literis obligatio fit aut a
re in psona aut psona in psona uel ut si id quod ex emptione
aut condictione aut in societate debes alii reddas. A perso
na in psonā uel ut si q̄ od mihi alter debet alteri psone de le
gem ut reddere debeat Ex consensu fiunt obligationes
ex emptionib, et uenditionib, Locationib, conducti
onib, societatib, et mandatis Quia in huiusmodi reb, con
sensus magis quā scriptura aliq̄a aut sollemnitas queritur In
q̄b, reb, etiā inter absentes obligatio contrahi potest quod
in aliis reb, fieri non potest. Emptio igitur et uenditio
contrahitur cum de pretio inter emptorem et uenditorem
fuerit definitum Etiā si pretium non fuerit numerat̄ nec
pars pretii aut arras data fuerint Locatio et conductio
similitudine consistunt ut consensu aet̄ uerbo defini
tio

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

iurandi religione tenentur. Sed nulla alia persona hoc ordine obligari potest.

§ 5. Praeterea inutilis est promissio, etiamsi stipulatione interveniente facta sit si aliquis id se daturum [1] promiserit, quod sui iuris non est: hoc est, si aut ingenuum hominem quasi servum se daturum promittat: aut si mortuum aliquis, quem vivum credebat, promiserit: aut locum sacrum aut sanctum aut religiosum daturum se quicumque promiserit.

§ 6. Praeterea inutilis est *et* [2] promissio, si aliquis rem sub tali conditione promittat, quae conditio impleri pro rei difficultate non possit.

§ 7. Praeterea inutilis est et interrogatio et promissio, si ita aliquis interrogat debitorem: —«post mortem meam,—vel—tuam illud dari spondes?»—Quod propterea inutile visum est, qui*a a* [3] persona heredis obligatio incipere non potest. Et ideo nec heredi creditoris sub hac sponsione obligatur debitor, nec debitoris heres creditori tenetur obnoxius.

§ 8. Item inutilis est obligatio, si dicat creditor,—«pridie, quam moriar, dare spondes?»—vel interroget debitorem,—«pridie, quam moriaris?»—similiter et haec stipulatio inutilis indicatur, quia non potest sciri, quando sit pridie, quam aliquis moriatur, nisi postquam mortuus fuerit.

§ 9. Item si pure interroget creditor, et debitor sub conditione promittat.

§ 10. Vel si creditor decem solidos debitorem interroget, et debitor quinque promittat, hoc ordine integrum debitum vacillare cognoscitur.

§ 11. Si aliquis nobis pecuniam debeat, possumus debitorem nostrum compellere, ut pecuniam, quam nobis redditurus erat, alteri se caveat redditurum. Nec potest ei, cui pro nostro debito cavit, de cauto et non numerato, sicut fieri solet, aliquid disputationis afferre, quum id, quod a nobis accepit, alteri caverit redditurum.

§ 12. Literis obligatio fit, aut a re in personam, aut *a* [4] persona in persona*m*. *A re in personam* [5], velut si id, quod ex emtione aut conductione aut [6] societate debes, alii reddas. A persona in personam, velut si *id* [7], quod mihi alter debet, alteri personae delegem, ut reddere debeat.

§ 13. Ex [8] consensu fiunt obligationes, ex emtionibus et ex [9] venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus et mandatis: quia in huiusmodi rebus consensus magis quam scriptura aliqua aut solemnitas quaeritur. In quibus rebus etiam inter absentes obligatio contrahi potest, quod in aliis rebus fieri non potest.

§ 14. Emtio igitur et venditio contrahitur, quum de pretio inter emtorem et venditorem fuerit definitum; etiamsi pretium non fuerit numeratum, nec pars pretii aut arra data fuerit.

§ 15. Locatio et conductio simili ratione consistunt, ut consensu, etiam verbo, definitio

---

[1] Palimp.: *sed aliquid se daturum esse.*
[2] Palimp. om. *et.*
[3] Palimp. om. *a.*
[4] Palimp. om. *a.*
[5] Palimp. om. *A re in personam.*
[6] Palimp. add. *in.*
[7] Palimp. om. *id.*
[8] Haenel om. *Ex.*
[9] Haenel om. *ex.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

INTERCONSENTIENTES FIRMA PERMANEAT SOCIETATE INHIRE
POSSUMUS AUT OMNIUM BONORUM AUT UNIUS ALICUIUS NEGOTIA
TIONIS. ET POTEST ITA INHIRI SOCIETAS SI TAMEN HOC INTER SOCI
OS UNUS PECUNIAM DET ALTERO PERAS SUAS PRO PECUNIA PONAT.
ET HUIUS REI DEFINITIO ETIAM SI UERBO INITA UOLUERIT ITA UT QUID
QUID SOCIETATIS TEMPORE QUOLIBET MODO FUERIT ADQUISITUM
SOCIIS COMMUNE SIT PERMANET AUTEM INITA SOCIETAS
DONEC QUAEDIUI HIPSO CONSENSU SOCII PERSEUERANT SICUT CON
SENSU CONTRAHITUR ETIAM DISSENSU DISSOLUITUR ERGO SOCI
ETAS AUT MORTE UNIUS SOCII AUT CONTRARIA UOLUNTATE AUT
CAPITIS DIMINUTIONE IDEST SI UNUS EX SOCIIS SICUT FREQUEN
TER SUPRA DIXIMUS CAPITE FUERIT DIMINUTUS SIMILITER ET MAN
DARE UERBO POTEST ET CUM UERBIS MANDATUM FUERIT OBLI
GATIO CONTRAHITUR POSSUMUS ENIM AUT NEGOTIA AUT
ALIENA CUICUNQUE ALIENA MANDARE DUMMODO HONESTUM ALIQUID
AGENDUM MANDEMUS NAM SI CONTRA BONOS MORES ALIQUID
MANDARE UOLUERIMUS HOC EST SI CUI CUMQ. MANDEMUS UT ALICUI
FURTUM FACIAT AUT HOMICIDIUM. AUT ADULTERIUM ADMITTAT
IN HIS REB. MANDATI OBLIGATIO NON CONTRAHITUR SOLUITUR AU
TEM MANDATUM AUT MORTE CUI MANDATUM EST AUT CONTRARIA
ILLIUS UOLUNTATE QUI MANDAUIT SED IS CUI MANDATUR MANDA
TI FORMAM EGREDI NON POTEST AUT SI EGRESSUS FUERIT ET MANDA
TORI TENETUR OBNOXIUS ET QUOD EXTRA MANDATUM EGIT NON PRE
IUDICET MANDATORI § XVII QUIB. MODIS OBLIGATIO TOLLATUR.

TOLLITUR OBLIGATIO SOLUTI. PRETEREA ALIQUOTIENS TOLLITUR OBLIGATIO
ETIAM SI ALIUD QUAM CAUTUM FUERAT A DEBITORE CREDITORI
REDDATUR NAM SI QUICUMQ. PRO PECUNIA QUAM CREDITORI
CAUIT ACQUIESCENTE CREDITORE AURUM AUT ARGENTUM AUT MANCI
PIA UEL ALIAS QUASLIBET SPECIES HABITA AESTIMATIONE CON
SENTIENTE CREDITORE DEBITOR OBLIGATIONE EUIDENTER TOLLI
TUR QUIA DE OBLIGATIONIB. Q. EX CONTRACTU NASCUNTUR
DIXIMUS SUPEREST UT DE HIS QUAE EX DELICTO NASCUNTUR SINPLICITER
DISPUTEMUS EX DELICTO ENIM NASCUNTUR OBLIGATIONES
SI ALIQUIS FURTUM FECERIT UEL BONA ALIENA RAPUERIT UEL
DAMNUM ALTERI DEDERIT UEL INIURIAM ALICUI INTULERIT
QUIA OMNIUM RERUM UNO GENERE EX DELICTO NASCITUR OBLIGATIO.
FURTORUM GENERA SUNT QUATUOR MANIFESTI NEC MANIFES
TI CONCEPTI ET OBLATI MANIFESTUM FURTUM DICITUR SIQUAN
DO FURTUM EX CUIUSCUMQUE REM FUR TOLLIT ET IN IPSO FUR
TO DEPREHENDATUR. NEC MANIFESTUM FURTUM APPELLATUR
QUOD QUAMLIBET DUM FIERET INUENTUM NON EST TAMEN FUR

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

inter consentientes firma permaneat.

§ 16. Societate*m* inire possumus aut omnium bonorum aut unius alicuius negotiationis. Et potest ita iniri societas, si tamen hoc inter socios [1], unus pecuniam det, alter operas suas pro pecunia ponat. Et huius rei definitio etiam si verbo inita valuerit, ita ut quidquid societatis tempore quolibet modo fuerit adquisitum, sociis commune sit.

§ 17. Permanet autem inita societas, donec *quamdiu* [2] in ipso consensu socii perseverant: *quia* [3], sicut consensu contrahitur, etiam dissensu dissolvitur. (Dissolvitur) [4] ergo societas aut morte unius socii, aut contraria voluntate, aut capitis diminutione, id est, si unus ex sociis, sicut frequenter supra diximus, capite fuerit diminutus.

§ 18. Similiter et mandari verbo potest. Et quum verbis mandatum fuerit, obligatio contrahitur. Possumus enim aut nostra negotia aut aliena cuicumque *agenda* [5] mandare: dummodo honestum aliquid *agi* [6] mandemus. Nam si contra bonos mores aliquid mandare voluerimus, hoc est, si cuiquam mandemus, ut alieni furtum faciat, aut homicidium aut adulterium admittat, in his rebus mandati obligatio non contrahitur.

§ 19. Solvitur *autem* [7] mandatum aut morte, cui mandatum est, aut contraria illius voluntate, qui mandavit.

§ 20. Sed is, cui mandatur, mandati formam egredi non potest: aut si egressus fuerit, et mandatori tenea*t*ur obnoxius, et quod extra mandatum egit, non praeiudicet mandatori.

TIT. X *(XVII).* — QUIBUS MODIS OBLIGATIO TOLLITUR. Tollitur obligatio solutione *debiti* [8]. Praeterea aliquoties tollitur obligatio, etiam si aliud, quam cautum fuerat a debitore, creditori reddatur. Nam si quicumque pro pecunia, quam creditori cavit, acquiescente creditore, aurum aut argentum aut mancipia vel alias quaslibet species, habita aestimatione, consentiente creditore, dederit, obligatio evidenter tollitur.

§ 1. Quia de obligationibus, quae ex contractu nascuntur, diximus, superest, ut de his [9] quae ex delicto nascuntur, simpliciter disputemus. Ex delicto enim [10] nascuntur obligationes, si aliquis furtum fecerit, vel bona aliena rapuerit, vel damnum alteri dederit, vel iniuriam [11] aliquam alicui intulerit [12] quia [13] omnium rerum uno genere ex delicto nascitur obligatio.

§ 2. Furtorum *autem* genera sunt quatuor: manifesti, nec manifesti, concepti, et oblati. Manifestum furtum dicitur, si quando furtum ex cuiuscumque rem fur [14] tollit [15], et in ipso furto deprehenditur. Nec manifestum furtum appellatur, quod, quamlibet, dum fieret, inventum non est, tamen fur*tum factum* *(Sequitur textus pag. 357)*

---

[1] Haenel add. *convenit ut.*
[2] Haenel om. *quamdiu*, quod ex varia codicum lectione videtur appositum.
[3] Palimp. om. *quia.*
[4] Palimp. om. *Dissolvitur.*
[5] Palimp. male scribit *aliena* pro *agenda.*
[6] Palimp.: *agendum.*
[7] Haenel om. *autem.*
[8] Palimp. pro *solutione debiti* scribit *soluti* tantum.
[9] Haenel add. *iis obligationibus.*
[10] Haenel om. *enim.*
[11] Haenel add. *fecerit.*
[12] Haenel om. *aliquam alicui intulerit.*
[13] Haenel: *quarum.*
[14] Haenel: *fur, quum cuiuscumque rem tollit.*
[15] Haenel om. *et.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

fuisse probatur. Conceptum furtum dicitur cum aputaliquē
alterum res furata inuenitur. Oblatum furtum dicitur
cum res furtiua alicui ita a fure datur ut a puti psum furem in
uenire non possit. Preterea aquirem alienam inuito aut nes
ciente dño coniungit uel tollit uel de loco mouere praesu
met furtum facit. Etsi quis rē tendā acceperit aut commen
-data ma putse habuerit et ea aliter usus fuerit quam accepit
furtia ctione tenetur. Preterea si quis iumentum alte
rius ad hoc accepit ut eum quinq. milib. duceret. et si decem
milib. aut longius quam a Billo quidem fuerit constitutū duxe
rit furti reus est. et multa preterea quoque similia horum sunt
Secundū quod et ille qui furtiue tenetur sed ut fieret opem dedit aut
consilium aut studio commodauerit. Uel ut si quis pecuniam
quam in manu aliquis tenebat excusserit ut alii eam raperet
possint similiratione teneatur obnoxius

EXPLICIT LIBER ÇAI·INCP·IULI PAULI SENTENIARM
IX PAULI SENTIARUM CORPORE huic opiri
CONUENIT ADNICTI Q·IN·THEODOSIANO PRORIDI
MEN DISLITIBUS NON INUENIUNTUR INSIRTA
PAULI SENTIENTIARUM LIBER PRIMUS

De factis et conuentis

Omne pactum posteri pacto dissoluitur licet pariate xceptionē
interp Sideunare interipsas psonas due pactiones fiant pos
terior ualebit

Neq. contra leges neq. contra bonos mores pacisci possumus
interp Sinteraliquos conueniatu eld e admittendo crimine
uel inferenda uiolentia uel. faciendo quod lex aut hones
tas pp. oibet aut de reb. alienis aut si de bonis uiuentis aliquid
pacis cantur hec pacta ualere non possunt

Postrēiudicatā pactūnisi donationis causa interponatur
seruari non potest
interp Postremiudicatam pactio intereos litiga uerunt
tunc obtinet firmitatem si de sum a quam
dictam a beo quicita aliquid concedatur.

II De procuratorib. et cognitoribus.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

fuisse probatur. Conceptum furtum dicitur, quum apud aliquem alterum res furata invenitur. Oblatum furtum dicitur, quum res furtiva alicui, ita a fure datur, ut apud ipsum furem inveniri non possit.

§ 3. Praeterea qui rem alienam, invito aut nesciente domino, contingit vel tollit, aut de loco movere praesumit, furtum facit.

§ 4. Et si quis rem utendam acceperit, aut commendatam apud se habuerit, et ea aliter usus fuerit, quam accepit, furti actione tenetur.

§ 5. Praeterea si quis iumentum alterius ad hoc accepit, ut eum quinque millibus duceret, et [1] si [2] decem millibus, aut longius, quam ab illo, qui dedit, fuerit constitutum, *duxerit* [3], furti reus est [4].

§ 6. Et multa praeterea quoque similia horum sunt secundum quod et ille furti tenetur sed ut fieret, opem dedit aut consilium aut studium commodaverit; velut, si quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebat, excusserit, ut alii eam rapere possint simili ratione teneatur obnoxius [5].

EXPLICIT LIBER GAII *FELICITER*.

---

[1] Haenel om. *et*.
[2] Haenel add. *id*.
[3] Haenel scribit *abierit*.
[4] Haenel: *erit*.
[5] Textus huius § 6, multiplices varietates in codd. atque in Breviarii editionibus exhibet, licet, ut videtur in Haenelis notis, omnes textus substantialiter congruant. Qui Palimpsesto continetur a reliquis differt, licet non correcte, et quia correctiorem credimus quem Haenel praetulit, illum quoque in hac nota consignamus: «Et multa praeterea quoque horum similia sunt secumdum legem. Nam furti tenetur etiam qui ipse furtum non fecerit, sed ut fieret, opem dedit aut consilium aut studium commodaverit; velut, si quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebat, excusserit, ut alii eam rapere possint.»

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

INCIPIT JULI PAULI SENTENTIARUM [1] *LIBER PRIMUS.*

Ex Pauli sententiarum corpore huic operi convenit adnecti, quae in Theodosiano pro redimendis litibus non inveniuntur inserta [2].

---

[1] Initio plurimarum sententiarum Palimpsestus scribit, non *sententia* sicut legitur in plurimis codicibus sed siglam K quae *Caput* significat. Nos autem eam semper omittimus quia neque extat apposita omnibus sententiis neque videtur in aliis Breviarii codicibus: sententiae nomen propterea retinemus initio cujuscumque earum, quoniam et illud Paulus operi suo inscripsit et forum et juris scholae pro rato semper habuerunt. Rubrica mutila in Palimpsesto est. Apud codices, qui integram eam adhibent, *liber*, aut *liber primus* pro patulo exhibetur.

[2] Verba *ex Pauli sententiarum... inveniuntur inserta* paucorum auctoritate codicum retinentur a Bouchardo, Sichardo et Cuiacio. Haenel eadem ad notas amandavit; qua de causa tacuit. Huius modi praefationis verba et ipsorum ordinatio in diversis codicibus discrepant, sed in sensu cohaerent. Omnimodo eum scopum prae se ferunt ut potius fortasse tribui debeant conditoribus compilationis, quam laciniis sequioris aetatis. At vero Alarici iurisconsulti, non solum aliqua quae pro redimendis litibus Codice Theodosiano aberant praeterierunt, sed decisiones plurimas, quae in hoc corpore et in Novellis aderant. Ex quo, intelligimus manere saepe ancipitem rationem, qua cogimur ut tam rubricas titulorum quam sententiarum textum sub judice relinquamus.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

PAULI SENTENTIARUM LIBER PRIMUS.

TITULUS I.—DE PACTIS ET CONVENTIS.

Sent. 1. [1] *De his rebus pacisci possumus, de quibus transigere licet: ex his enim pacti obligatio solummodo nascitur.*

Interpretatione non eget [2].

Sent. 2. Omne factum posteriore pacto dissolvitur licet pariat exceptionem.

Interpretatio. Si de una re inter ipsas personas duae pactiones fiant posterior valebit.

Sent. 3. Pacto convento Aquiliana stipulatio subjici solet, sed consultius est huic quoque poenam subiungere: quia rescisso quoquo modo pacto, poena ex stipulatu repeti potest.

Interpretatione non eget [3].

Sent. 4. Neque contra leges, neque contra bonos mores pacisci possumus.

Interpretatio. Si inter aliquos conveniat vel de admittendo crimine, vel inferenda violentia, vel faciendo quod lex aut honestas prohibet, aut de rebus alienis aut si de bonis viventis aliquid paciscantur haec pacta valere non possunt.

Sent. 5. De rebus litigiosis et conveniri et transigere possumus.

Interpretatione non eget.

Sent. 6. Post rem iudicatam pactum, nisi donationis causa interponatur, servari non potest [4].

Interpretatio. Post rem iudicatam pactio inter eos qui litigaverunt tunc obtinet firmitatem, si de summa quam *iudicio constat* [5] *ad*dictam ab eo qui vicit aliquid concedatur.

TIT. II.—DE PROCURATORIBUS ET COGNITORIBUS.

---

[1] Palimpsestus, sicut et omnes Breviarii codices atque ipsius antiquae editiones, sententias non numerat: nos autem numeris, eas distinguimus, exemplum Haenelis sequentes, ut singuli textus libri facilius inveniri possint. Omittit etiam Palimpsestus v. *Sententia*, quod multi cod. et Haenel scribunt, initio singularum, ne misceantur cum interpretationibus, quae labes inficit editionem Bouchardianam.

[2] Prima haec sententia deest in Palimps. et in multis Breviarii codd. Haenel eam non invenit nisi in codd. Montispesulano H. 136, et in Parisiensibus 4.412, 4.403, et Supplem. latin. 65. Sichardus pariter omisit in suis editionibus Breviarii. Cuiacius primus eam evulgavit, *ex fideli exemplari*. Quale exemplar fuerit ignoramus: sed ne illud praestare opinemur, duo certo prohibent: silentium longe plurimorum codicum, quibus noster Palimpsestus accedit; omissio praeterca eiusdem sententiae in Epitomis de antiquiori Breviarii textu compositis.

[3] Haec sententia non reperitur in codd., praeter Parisienses 4.403 et 4.406, Eporiensem primum et Aurelianensem 207. Reliqui codices et editiones Sichardi ea carent. Cuiacius eam evulgavit, fontem ex quo hausit non indigitans.

[4] Haenel: *oportet*.

[5] Palimp. om. *iudicio constat*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

OMNES INFAMES QUI POSTULARE PROHIBENTUR COGNITO
RES FIERI NON POSSE ETIAM VOLENTIBUS ADVERSARIIS
INTERP INFAMES SUNT QUI PROPTER ALIQUAM CULPAM NO
TANTUR INFAMIAM. ET IDEO TALES PERSONE AD AGENDAS CA
USAS NEC MANDATUM DARE NEC SUSCIPERE AB ALTERO POS
SUNT ET IAM SI HOC EORUM ADVERSARII ADQUIESCANT
FEMINAE IN REM SUAM COGNITORIAM OPERAS SUSCIPERE NŌ PROIBETUR
INTERP FEMINAE LICET PROCURATIONEM SUSCIPERE PRO
HIBEANTUR TAMEN SI DŌNE ET PROCURATRICES FIANT PRO REM
DATAM SUAM AGERE POSSUNT

IN REM SUAM COGNITOR PROCURATORVE ILLE FIERI POTEST QUI
PRO OMNIBUS POSTULAT.
INTERP NEC PROCURATOR IN CAUSA ALIENA NEC PROCURATORET
ET DŌNS UT PRO SUA AGAT IN FAMIS PERSONA FIERI POTEST. DATUR
ACTIO IUDICATI NŌ SOLŪI NON AUTEM IN DNM SED ETIĀ EREDIET IN HEREDĒ
INTERP ACTIO DE EXECUTIONE IUDICATARUM RERŪ NŌ SOLŪI PSIAU
TORI QUIESCIT CONPETIT SED ET HEREDI SIMILITER DATUR. NAM ET
HERES UICTI AB HERE DE UICTORIS AD SOLUTIONĒ IUDICATI NIHILOMI
NUS RETINETUR III DE PROCURATORIBUS

MANDARI POTEST PROCURATIO PRESENTI ET NUDIS UERBIS ET P
LITTERAS ET PNUNCIUM ET A PUTHACTA PRESIDIS ET MAGISTRATUS INP̄ĒS
PROCURATOR AUT AD LITEM AUT AD OMNE NEGOTIUM AUT AD PARTĒ
NEGOTII AUT AD RES AD MINISTRANDAS DATUR
INTERP PROCURATORE AS TANTUM RES AGERE POTEST QUAS
EI EUIDENTER CONSTITERIT FUISSE COMMISSAS.

IIII DE NEGOTIIS GESTIS

QUI NEGOTIA ALIENA GERIT ET BONAM FIDEM ET EXACTAM DILIGEN
TIAM REB. EIUS PRO QUŌ INTERUENIT PRESTARE DEBET ST INTP̄ HIDS
TUTOR POST FINITĀ TUTELAM SI IN AD MINISTRATIONE DURET
ACTIONE NEGOTIORUM GESTORUM PUPILLO UEL CURATORI EIUS
TENEBITUR
INTERP TUTOR SI P HAC TA TUTELA IDEST IMPLETIS PUPILLARIB.
ANNIS NOLUERIT IN IPSA AD MINISTRATIONE PERSISTERE DEAC
TIS NEGOTIIS PUPILLO UEL CURATORI EIUS NON TUTELLE SED NE
GOTIORUM GESTORUM COGENDUS EST REDDERE RATIONEM
SI PECUNIAE QUIS NEGOTIŪ GERATUR URAS QUO Q. TOTIUS TEMPORIS
PRESTARE COGETUR ET PERICULŪ EORŪ NOMINUM QUIB. CONLOCA
UIT AGNOSCERE SI LITIS TEMPORE SOLUENDE NON SINT

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Sent. 1. Omnes infames qui postulare prohibentur cognitores fieri non possunt etiam volentibus adversariis.

Interpretatio. Infames sunt qui propter aliquam culpam notantur infamia. Et ideo tales person*æ* ad agendas causas, nec mandatum dare, nec suscipere ab altero possunt: etiamsi hoc eorum adversarii acquiescant.

Sent. 2. Feminae in rem suam cognitoriam opera*m* suscipere non pro*h*ibe*n*tur.

Interpretatio. Feminae licet procurationem suscipere prohibeantur tamen si domin*æ* et procuratrices fiant pro *re iam sua* [1] agere possunt.

Sent. 3. In rem suam cognitor procuratorve ille fieri potest qui pro omnibus postulat.

Interpretatio. Nec procurator in causa aliena, nec procurator et dominus ut pro *re* [2] sua agat infamis persona fieri potest.

Sent. 4. Actio judicati non solum in dominum aut domino, sed etiam *h*eredi et in heredem datur.

Interpretatio. Actio de executione iudicatarum rerum, non solum ipsi auctori, qui egit, competit, sed et heredi similiter datur nam et heres victi ab herede victoris ad solutionem iudicati nihilominus retinetur.

TIT. III.—DE PROCURATORIBUS.

Sent. 1. Mandari potest procuratio pr*æ*senti, et nudis verbis et per literas, et per nuncium, et apud acta pr*æ*sidis, et magistratus.

Interpretatione non eget.

Sent. 2. Procurator aut ad litem, aut ad omne negotium, aut ad partem negotii, aut ad res administrandas datur.

Interpretatio. Procurator eas tantum res agere potest quas ei evidenter constiterit fuisse commissas.

TIT. IV.—DE NEGOTIIS GESTIS.

Sent. 1. Qui negotia aliena gerit, et bonam fidem et exactam diligentiam rebus eius pro quo intervenit pr*æ*estare debet.

Ista sententia interpretatione non indiget [3].

Sent. 2. Tutor post finitam tutelam si in administratione duret, actione negotiorum gestorum pupillo vel curatori eius tenebitur.

Interpretatio. Tutor si peracta tutela, id est impletis pupillaribus annis voluerit in ipsa administratione persistere de actis negotiis pupillo vel curatori eius non tutel*æ* sed negotiorum gestorum cogendus est reddere rationem.

Sent. 3. Si pecuni*æ* quis negotium gerat usuras quoque totius temporis pr*æ*estare cogetur et periculum eorum nominum quibus collocavit agnoscere si litis tempore solvendo non sint

---

[1] Palimp.: *pro rem datam suam.*
[2] Palimp. om. *re.*
[3] Haenel: *non eget.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

hoc enim in bonae fidei iudiciis seruari conuenit
INTERP Qui pecuniam exercet alienam usuras eius reforma
re cogendus est et si minus idoneis psonis de hac ipsa pecunia
fortasse crediderit pro ipsorum psonis quae soluere non possunt
damnum ipse qui talibus personis credidit sustinebit.

Mater q. filiorũ suorũ reb. interuenit actione negotiorum ges
torum et ipsis et eorum tutoribus tenebitur.
INTERP Mater q. se in re tinendis rebus filiorũ miscuerit tã ipsis
quam tutorib. eorũ negotiorũ gestorũ cogetur reddere ratio nem

Filius familias aut seruus sine negotiũ alicuius gerat in patrem dn̄m
ue peculio tenus actio dabitur
INTERP Si filius familias aut seruus sine eius sup patris aut dn̄i nego
tia ges serit alienae et ex hoc lucrum fecerit tantum dam
ni pater uel dn̄s sustinebit quantum in eorũ peculio potuerit inueniri

Si pater uel dn̄s seruo uel filio familias negotia aliena agen
da commiserit in solidum tenebitur INTRP N IND GT

Pater si emancipati filii res sine ulla exceptione a se donatas
administrauerit filio actione negotiorũ gestorũ tenebitur
INTERP Si pater ea q. emancipato filio sine aliqua condicione do
nauerat administra re presumpsit. filio emancipato pro
his q. in reb. eius gessit negotiorũ gestorũ tenebitur actione

Quicũq. tutor curator ue non esse pro tutore curatore ueueres
pupilli adultiue administrauerit actione negotiorũ gesto
rum pro tutore curatore ue tenebitur S. INTP N. IND GT

V DE CALUMNIATORIBUS.

Calumniosus est qui sciens prudens q. per fraudem nego
tium alicui comparat S INTERP N IND IIII

Et in priuatis et publicis iudiciis omnes calumniosi extraor
dine pro admissi qualitate plectuntur
INTERP Quia put cunctos iudices aut priuatos fuerit deca
lum nie obiectione conuictus non exspectata ordinis senten
tia prout causa fuerit supplicio subdeatur

VI DE REIS INSTITUTIS

De his crimi nibus de quibus quis absolutus est ab eo qui accu
sauit refricari accusatio nõ potest S INTP NON IND GT

Filius accusatoris si hoc crimen quod pater intendit
post liberatum reum persequi uelit a bac causa sus atione
remouendus est. S INTP N INDIGIT

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

hoc enim in bonae fidei iudiciis servari convenit.

Interpretatio. Qui pecuniam exercet alienam, usuras eius reformare cogendus est. Et si minus idoneis personis de hac ipsa pecunia fortasse crediderit, pro ipsorum personis, quae solvere non possunt, damnum ipse, qui talibus personis credidit, sustinebit.

Sent. 4. Mater, quae filiorum suorum rebus intervenit, actione negotiorum gestorum et ipsis et eorum tutoribus tenebitur.

Interpretatio. Mater, quae se in retinendis rebus filiorum miscuerit, tam ipsis, quam tutoribus eorum negotiorum gestorum cogetur reddere rationem.

Sent. 5. Filiusfamilias aut servus si negotium alicuius gerat, in patrem dominumve peculio tenus actio dabitur.

Interpretatio. Si filiusfamilias aut servus sine iussu patris aut domini negotia gesserint aliena, et ex hoc inveniuntur obnoxii, tantum damni pater vel dominus sustinebit, quantum in eorum peculio potuerit inveniri.

Sent. 6. Si pater vel dominus servo vel filiofamilias negotia aliena agenda commiserit, in solidum tenebitur.

Interpretatione non indiget.

Sent. 7. Pater, si emancipati filii res sine ulla exceptione a se donatas administraverit, filio actione negotiorum gestorum tenebitur.

Interpretatio. Si pater ea, quae emancipato filio sine aliqua conditione donaverat, administrare praesumsit, filio emancipato pro his, quae in rebus eius gessit, negotiorum gestorum tenebitur actione.

Sent. 8. Qui, quum [1] tutor curatorve non esset, pro tutore curatoreve res pupilli adultive administraverit, actione negotiorum gestorum pro tutore curatoreve tenebitur.

Sententia interpretatione non indiget [2].

TIT. V.—DE CALUMNIATORIBUS.

Sent. 1. Calumniosus est, qui sciens prudensque per fraudem negotium alicui comparat.

Sententia interpretatione non indiget.

Sent. 2. Et in privatis et *in* publicis iudiciis omnes calumniosi extra ordinem pro qualitate admissi plectuntur.

Interpretatio. Qui apud cunctos iudices aut privatos [3] fuerit de calumniae obiectione convictus, non exspectata ordinis sententia, prout causa fuerit, supplicio subdatur.

TIT. VI.—DE REIS INSTITUTIS.

Sent. 1. De his criminibus, de [4] quibus quis absolutus est, ab eo, qui accusavit, refricari accusatio non potest.

Sententia interpretatione non indiget.

Sent. 2. Filius accusatoris, si hoc crimen, quod pater intendit, post liberatum reum persequi velit, ab accusatione removendus est.

Sententia interpretatione non indiget.

---

[1] Palimp. scribit *Quicumque* pro *Qui, quum.*

[2] In codice Basileensi C. III, 1, quo diversae reliquiae e vetustis codicibus excerptae servantur et apud Sichardum *interpretatio* haec ita dicit: *Si pater retinendis rebus filiorum se miscuerit, tam ipsis, quam tutoribus eorum, negotiorum gestorum cogitur reddere rationem.* Sichardus fortasse ex Basileensi codice eam descripsit; sed quia non apparet in authenticioribus codicibus, Breviario alienam Haenel iudicat.

[3] Haenel add. *judices.*

[4] Haenel om. *de.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

CRIMEN IN QUO ALIUS DISTITIT UEL LUCTUS RECESSIT ALIUS OBICERE
NON PROHIBETUR STA INTERP NON INDICIT
VII DE INTEGRI RESTITUTIONE
INTEGRI RESTITUTIO EST RE DIN TEGRANDAE REI UEL CAUSE ACTIO. IN
TEGRI RESTITUTIONEM PRETOR TRIBUIT ex his causis q. p metuet
dolum et status premutationum et IN IUSTUM ERROREM et
ABSENTIAM HECESSARIAM hac INFIRMITATE ETATIS GESTAE SEDICUNTUR
INTERP INTEGRI RESTITUTIO DICITUR SI QUANDO RES QUALIBET
AUT CAUSA Q. PERIERAT IN PRIOREM STATUM REPARATUR. UEL ID
QUOD ALICUI SUBLATUM EST REFORMATUR. HOC ENIM QUOD PRE
TOREM ANTEA FIEBAT MODO PIUDICES CIUITATUM AGENDUM EST. ITAUT
EORUM CAUSE UEL RES IN INTEGRUM REUOCENTUR QUI AUT TIMORE PO
TESTATIS ALICUIUS CONPULSI SUNT AUT FRAUDE UEL ERRORE DECEP
TI SUNT. AUT PCAPTIUITATEM UEL QUAE CUQ. IN IUSTA NECESSITATE
SUBSTANTIAM SUAM AUT STATUM INGENUETATIS P DIDISSE NOS
CUNTUR. AUT SI QUI PRO NECESSITATE LONGINQUAE PEREGRINATIO
NIS ABSENTANT UEL AD RESTAURANDAE AEQ. IN DAMNIS MIHORIB.
GESTA ESSE PROBANTUR.

INTEGRI RESTITUTIO PLUS QUAM SEMEL NON EST DECERNENDA. IDEO
Q. CAUSA COGNITA DECERNITUR.
INTERP UTI IN INTEGRUM RES UEL CAUSA REDEAT NON NISI SEMEL
A IUDICE POTEST COGNITA CAUSA PRESTARI.

SI ALIQUIS UT SE DE UI LATRONUM UEL HOSTIUM UEL POPULI IMPETU
LIBERARET ALIQUID MANCIPAUIT UEL PROMISIT AD METUM NON OPTINET.
MERCEDEM ENIM EIUS PULSUM METUM TRIBUIT
INTERP QUICUMQ. ALIQUID UT SE DE HOSTIB. UEL SEDITIONE PO
PULI UEL LATRONUM IMPETU LIBERARET CAUSA MERCEDIS EUADE
RET AUT PROMISIT AUT DEDIT HOC PROMETUS E DEDISSE NON POTE
RIT AD LEGARE NEC REUOCARE QUOD DEDERIT.

SERUUS PER METUM MANCIPATUS QUIDQUID ADQUISIERIT UEL STI
PULATUS SIT EI ADQUIRIT QUIUI MPASSUS EST
INTERP SICUT DOMINO IS INFERTUR SERUUM METUI INTERUE
NIENTE DEDERIT ET APUD EUM CUI DATUS FUERAT ALIQUID QUOLIBET
PACTO ADQUISIERIT CUM SERUM IPSUM DNS CUIUS EST IN LATA RECE
PERIT ADEUM OMNIA Q. SERUS ADQUESIERIT PERTINEBUNT.

VIS EST MAIOR REI IMPETUS QUI REPELLI NON POTEST SINTP N INDGT
QUIQUEM IN DOMO INCLUSIT UT SIBI REM MANCIPARET AUT PRO
MITTERET EXTORSISSE MANCIPATIONEM UIDETUR
INTERP QUIA LIQUE IN DOMO INCLUSUM TENUIT QUASCUQ.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Sent. 3. Crimen, in quo alius destitit vel victus recessit, alius obi*i*cere non prohibetur. Ista interpretatione non indiget.

TIT. VII.—DE INTEGRI RESTITUTIONE.

Sent. 1. Integri restitutio est redintegrandae rei vel caus*a*e actio.

Ista interpretatione non indiget.

Sent. 2. Integri restitutionem pr*a*etor tribuit ex his causis, quae per metum et [1] dolum, et status permutationem, et *justum* [2] errorem, et absentiam necessariam, ac infirmitatem *a*etatis gesta esse dicuntur.

Interpretatio. Integri restitutio dicitur, si quando res qua*e*libet aut causa, quae perierat, in priorem statum reparatur, vel id, quod alicui sublatum est, reformatur. Hoc enim, quod per praetorem antea fiebat, modo per iudices civitatum agendum est: ita ut eorum caus*a*e vel res in integrum revocentur, qui aut timore [3] potestatis alicuius compulsi sunt, aut fraude vel errore decepti sunt, aut per captivitatem vel quacumque iniusta necessitate substantiam suam aut statum ingenuitatis perdidisse noscuntur: aut si qui pro necessitate longinquae peregrinationis absentant: vel ad restauranda ea, quae in damnis minoribus gesta esse probantur.

Sent. 3. Integri restitutio plus quam semel non est decernenda: ideoque causa cognita decernitur.

Interpretatio. Ut in integrum res vel causa redeat, non nisi semel a iudice potest cognita causa pr*a*estari.

[4] *Sent. 4. Integri restitutio aut in rem competit aut in personam. In rem actio competit, ut res ipsa, qua de agitur, revocetur: in personam, aut quadrupli poena intra annum, vel simpli post annum peti potest.*

Interpretatio. *Quoties de revocanda re vel causa integrae restitutionis beneficium petitur, aut in rem aut in personam agendum est, id est, ut res ipsa, de qua agitur, quae sublata est, recipiatur. Et quum in personam actio intendi coeperit, si qui res indebite abstulisse convincitur, id, quod sublatum est, in quadruplum reformare debet: post annum vero in simplum.*

Sent. 5. Si aliquis, ut se de vi latronum vel hostium vel populi impetu [5] liberaret, aliquid mancipavit vel promisit, ad metum non pertinet: mercedem enim eius [6] pulsis [7] metum tribuit.

Interpretatio. Quicumque aliquid, ut se de hostibus vel seditione populi vel [8] latronum impetu liberaret, causa mercedis, ut evaderet, aut promisit aut dedit, hoc pro metu se dedisse non poterit allegare, nec revocare quod dederit.

Sent. 6. Servus per metum mancipatus quicquid acquisierit vel stipulatus sit, ei acquirit, qui vim passus est.

Interpretatio. Si, quum domino vis infertur, servum metu interveniente dederit, et apud eum, cui datus fuerat, aliquid quolibet pacto acquisierit, quum servum ipsum dominus, cujus est *vis* [9] illata, reperit, ad eum omnia, quae servus acquisierat, pertinebunt.

Sent. 7. Vis est maior rei impetus, qui repelli non potest.

Sententia interpretatione non indiget.

Sent. 8. Qui quem in domo *sua*[10] inclusit, ut sibi rem manciparet aut promitteret, extorsisse mancipationem videtur.

Interpretatio. Qui aliquem in domo *sua*[11] *inclusum*[12], quas*cumque* *(Sequitur textus pag. 367)*

---

[1] Haenel om. *et.*
[2] Palimp.: *in justum.*
[3] Haenel: *per timorem.*
[4] Palimpsesto haec sententia abest, sed non foliorum aut librarii defectu, quoniam eam repellunt codices praeter Parisiensem 4.409, Vaticanum Reginae Sueciae 1.048 et Bernensem 263. Inserta tamen fuit in Basileensi codice, XVI saeculi, unde Sichardus probabiliter eam sumpsit, siglam interponens *A. E. (aliud exemplum)* ut significaret sententiam istam nullo fulciri ex quatuor codicibus, quos transcribebat. Codices autem Parisiensis 4.411 et Vaticanus Reginae Sueciae 857 interpretationem tantum istius sententiae continent; Epitome Monachi et Guelpherbytana compendium ipsius tantum adhibent. Sed quoniam detrectatur ab omnibus ferme codicibus, maximeque a vetustioribus qui Breviarium integrum comprehendunt, atque a vetustissimo Aegidii Epitomate, ideo posteriori tempore codici romano-visigothico adducta putatur.
[5] Haenel om. *impetu.*
[6] Haenel om. *eius.*
[7] Haenel: *depulsis.*
[8] Haenel add. *de.*
[9] Palimp. om. *vis.*
[10] Palimp. om. *sua.*
[11] Palimp. om. *sua.*
[12] Palimp. *clausum.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

ei scripturas extorserit non uale bunt

Quicquem ferro uinxerit ut sibi aliquid traderet uel uen
deret uim intulisse uidetur. STA SENTINTIA INTERP NŌ INDICIT

Qui in carcere quē detrusit ut aliquid ei extorqueret quid
quid ob hanc causam factum est nullius est momenti INTERP NŌ IDS

VIIII. De dolo

Dolus est cum aliud agit ut aliud simulatur S̄ INTERP NŌ IND S

Quid dolum uel metum adhibuit utres a dalium transiret
uter que de uiet dolo actione tenebitur S̄ INTP NŌ IND ST

VIIII De minoribus uiginti annorum

Minores xxv. annorum si aliquod flagitium admise
rint quod ad publicam coercitionem expectet et hoc
in integrum restitui non potest.
INTERP Minores hetates i crimina grauiora conmiserint
per hetatē se non poterunt excusare.

Qui minori mandauit ut negotia sua ageret ex eius psona in
integrum restitui non potest Nisi minor sua sponte
negotiis eius interuenerit.
INTERP Siquis maiora annis minori p mandatum negotia
sua agenda conmiserit ex persona minoris integri resti
tutionē accipere non potest Nisi forsitan minor sine
mandato uoluntaries e causis miscuerit alienis

Si maior effectus res quas minore sit pacto uel silentio
conprobauit aduersus hoc q̄q; integre restitui frustra desiderat
INTERP Siquis id quod minor hetate cessit postquam ma
ior effectus est id est usq; ad expletum uicensimum octa
uum annum et tacitūrnitate reuocare noluit de hac rein
tegri restitutione petere non potest

Si minor minori here se existat ex sua psona non ex
defuncti integrum restitui potest
INTERP Si minor minori successerit non ex persona defunc
ti ille qui here se est sed ex sua agere potest hoc est si ille qui
defunctus est uiginti trium annorū sit et succedens
uiginti ex istius qui succes sit etatis tēpora conputanda sunt

Minor se in his q; fide iussit uel fide promisit uel spondit
uel mandauit in integrum restituendo reū principalē nō liberat.
INTERP Si minor minore fidedicat licet ipse tenerit non
possit tamen quem fide dixit tenere potest

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

ei scripturas extorserit, non valebunt.

Sent. 9. Qui quem ferro vinxserit, ut sibi aliquid traderet vel venderet, vim intulisse videtur.

Ista sententia [1] interpretatione non indiget.

Sent. 10. Qui in carcerem quem detrusit, ut aliquid ei extorqueret, quicquid ob hanc causam factum est, nullius est momenti.

Interpretatione non indiget.

TIT. VIII.—DE DOLO [2].

Sent. 1. Dolus [3] est, quum aliud agitur, et aliud simulatur.

Sent. 1. Si sacculum vel argentum signatum deposuero, et is, penes quem depositum fuit, me inscio [1] contrectaverit, et depositi et furti actio mihi in eum competit.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 2. In iudicio depositi ex mora fructus veniunt, et usurae rei depositae postulantur.

Interpretatio. Quum in iudicio de rebus agitur commendatis, si mora in reddendo ab eo, cui commendatae sunt, afferatur, prout res fuerit commendata, *aut* [2] usurae, si pecunia, aut fructus, si praedia fuerint, debebuntur.

Sent. 3. In causa depositi compensationi locus non est, sed res ipsa reddenda est.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 4. Debitor distractis fiduciis a creditore de superfluo adversus eum habebit actionem.

Interpretatio. Si quis creditor, debitore in solutione tardante, rem sibi pro debito positam distraxerit, si quid amplius acceptum fuerit, *quam debebatur*, *quod plus acceptum est* [3], restitui iussum est debitori.

Sent. 5. Quicquid creditor per fiduciarium servum adquisivit, sortem debiti minuit.

Interpretatio. Quicquid creditor per oppignoratum sibi pro debito servum acquisierit, de summa debiti retrahitur.

Sent. 6. Debitor creditori vendere *fiduciam* [4] non potest; sed aliis, si velit, vendere potest: ita ut ex pretio eiusdem pecuniam offerat creditori, atque ita remancipatam sibi rem emtori praestet.

Interpretatio. Creditor rem sibi oppignoratam a debitore emere non potest. Sed debitor cum alia persona inire *contractum* [5] potest, ut accepta ab emtore pecunia, debitum restituat creditori; et sic postea rem suam a debitore liberatam, cui voluerit, vendat.

Sent. 7. Si per suppositam personam creditor pignus suum invito debitore comparaverit,

---

[1] Ubi *me inscio* Palimpsestus, *invito* scribit Haenel, cui tum codices quos consuluit, tum Sichardus et Cuiacius aperte favent, et fortasse ita scripsit Paulus. Sed varietas Palimpsesto notata, quae sensum legis mutat, non ad eas pertinet, quae vel incuria vel ignorantia librarii dilabi solent. Propterea dubitari potest de huius sententiae genuino sensu, id est: an *depositi et furti actio* dabatur solum cum *invito domino*, *sacculum vel argentum signatum* depositarius contrectaret, aut etiam cum hoc fieret mere *inscio* domino. Lectionem Palimpsesti correctiorem quam haenelianam ultro credimus.

[2] Palimp.: *ut* pro *aut*.

[3] Verba textui desuper adiecta, Palimpsesto suo loco desunt. In eo tamen librarius defectum non notavit adiecta sicla *h. d.*, sicut in aliis locis. Sed postea omissionem supplere volens, scripsit siclam *h. s.* et verba quae superius deerant.

[4] Palimp.: *fiduciatum*.

[5] Palim.: *pretium*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

emptionē ualebit. Et ideo quando q̄ lui potest ex hoc enim eau sapis
hori uel fiduciae finiri non potest INTERP creditor pignus quod
a debitore accepit nec p̄ supposita p̄sonā mere potest quod si fac
tum fuerit agente debitore soluto debito emptionē ualebit.
SI INTER debitorem et creditorem conuenerit ut fiduciatus ibi uende
re non liceat non soluente debitore creditorem uentiare et bonem
niter potest et distrahere Nec enim in talicon ventione fiducie
actio nascitur potest INTERP Si conuenia tinter creditorem et
debitorem ut pignus a creditore non uendatur non soluente debi
tore debitum creditor pignus post trinā conuentionē uendere
potest. X III DE LEGE COMMISSORIA. K Si creditor rē fidu
ciæ data tam uni ex heredib. uel extraneo legauerit aduersus om
nes heredes actio fiduciae competit INTERP Si creditor rem
quam a debitore pignos acceperit uni ex heredib. uel extra
neo legatit titulo derelinquat debitor pignore suo oblato de
bito omnes hered̄ es creditoris poterit conuenire K Si credi
tor rē fiduciariā fecerit meliorem ob ea recuperandā quod in
pendit iudicio fiduciae debitor rē habe bit obnoxium
DE PREDIO FIDVCIATO OBLIGATO STUDIO MELIORA TVM INTERP Si quis creditor prediumsibi fiducia obligatum stu
dioe to pere suo meliora uerit q̄d quid se promeliorandā rem
impendisse probauerit a debitore reddendū est K Nouissi
mus creditor priorē obligata pecuniā a quo possessio in eum
transferatur dimittere potest: Sed et prior creditor secun
dum creditorem si uo lucrit dimittere non prohibetur quā
SI DUO CREDITORES VNUM DEBITORIS PIGNUS HABEANT quia ipse in pignore pot morsit INTERP Si duo creditores unum
pignus habeant debitoris obligatum et posterior creditor prioricre
ditori offerat pecuniā potest pignus obligatum ad se trans
ferre. Item si prior creditor licet posterior sit in pignore
retinendo si offerat pecuniam potest apud se pignus retineri
SERVVS SI MUTUAM PECUNIAM SERUITUTIS TEMPORE ACCEPIT EX EA
obligatione post manumissionem conueniri non potest
X IIII DE USURIS Si pactum nudum de prestandis usuris
inter positum sit nullius est momenti Ex nudo enim pacto
inter ciues Romanos actio non nascitur. K INTERP pactū nudū
dicitur si cautio creditoris a debitore inquacentensimam
se soluturum promisit sine stipulatione fiat et ideo usu
rae ex nuda cautione creditori penitus non debentur
USURAE SUPERCRESCENTES SEMEL SOLUTE SORTEM MINUUNT CONSUMPTA
SORTE REPETI POSSUNT. INTERP IN PECUNIIS CREDITIS

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

emtio non valebit [1]: et ideo quandoque lui potest: ex hoc enim causa pignoris vel fiduciae finiri non potest.

Interpretatio. Creditor pignus, quod a debitore accepit, nec per suppositam personam emere potest, quod si factum fuerit, agente debitore soluto debito, emtio non valebit.

Sent. 8. Si inter debitorem creditorem et convenerit, ut *fiduciatum* [2] sibi vendere non liceat, non solvente debitore, creditor *denuntiare* [3] ei solenniter potest et distrahere: Nec enim ex tali conventione fiduciae actio nasci potest.

Interpretatio. Si conveniat inter creditorem et debitorem, ut pignus a creditore non vendatur, non solvente debitore debitum, creditor pignus post trinam conventionem vendere potest.

TIT. XIII.—DE LEGE COMMISSORIA.

Sent. 1. Si creditor rem fiduciae datam uni ex heredibus vel extraneo legaverit, adversus omnes heredes actio fiduciae competit.

Interpretatio. Si creditor rem *fiduciae* quam a debitore pignori acceperit, uni ex heredibus vel extraneo legati titulo derelinquat, debitor *pro* [4] pignore suo oblato debito omnes heredes creditoris poterit convenire.

Sent. 2. Si creditor rem fiduciariam fecerit meliorem, ob ea recuperanda, quae impendit, iudicio fiduciae debitorem habebit obnoxium.

Interpretatio. Si quis creditor praedium sibi fiducia obligatum studio et opere suo melioraverit, quicquid *se* pro melioranda re impendisse probaverit, *ei* [5] a debitore reddendum est.

Sent. 3. Novissimus creditor priorem *obligatam pecuniam* [6], *a* [7] quo possessio in eum transferatur, dimittere potest. Sed et prior creditor secundum creditorem, si voluerit, dimittere non prohibetur, quamquam ipse in pignore potior sit.

Interpretatio. Si duo creditores unum pignus debitoris habeant obligatum, et posterior creditor priori creditori offerat pecuniam, potest pignus obligatum ad se transferre. Item *si* [8] prior creditor licet *posterior* [9] sit in pignore retinendo, si offerat pecuniam, potest apud se pignus retinere.

Sent. 4. Servus si mutuam pecuniam servitutis tempore acceperit, ex ea obligatione post manumissionem conveniri non potest.

Ista sententia interpretatione non indiget.

TIT. XIV.—DE USURIS.

Sent. 1. Si pactum nudum de praestandis usuris interpositum sit, nullius est momenti: ex nudo enim pacto inter cives romanos actio non nascitur.

Interpretatio. Pactum nudum dicitur, si cautio creditori a debitore, in qua centesimam se soluturum promisit, sine stipulatione fiat. Et ideo usurae ex nuda cautione creditori penitus non debentur.

Sent. 2. Usurae super [10] centesimam solutae sortem minuunt: consumta sorte repeti possunt.

Interpretatio. In pecuniis creditis *(Sequitur textus pag. 389)*

---

[1] Haenel: *non videtur.*
[2] Haenel: *fiduciam.*
[3] Palimp.: *renuntiare.*
[4] Palimp. om. *pro.*
[5] Palimp. om. *ei.*
[6] Haenel: *oblata pecunia.*
[7] Haenel om. *a.*
[8] Haenel om. *si.*
[9] Haenel: *potior.*
[10] Haenel: *supra.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

CUM SOLUTIO HUSURARUM SORTEE EQUAUERIT SI QUID AMPLIUS CREDITORI FUERIT DATUM DE CAPITE DEBITI SUBTRAHITUR SIUE ROET CENTENSIMAE ET CAPUT IMPLETUM EST QUOD AMPLIUS CREDITOR ACCEPIT REDDERE COGETUR DEBITORI K TRANSGECTICIA PECUNIA PROP TER PERICULUM CREDITORIS QUAMDIU NAUI NAUIS INFINITAS USURAS RECIPERE POTEST. INTERP. TRANSLECTICIA PECUNIA DICITUR Q. NAUI UT AD TRANSMARINA DEFERATUR DEPONITUR. QUIA MARIS PERICULO COMMITTITUR. IN QUANTAS CONUENERIT USURAS HANC PECUNIAM DARE CREDITOR POTEST

USURE Q. CENTENSIMAM EXCEDUNT PERRO RESOLUTE REPETI POSSUNT. S INTERP N IND K SI QUIS PIGNORA DEBITORIS CITRA AUCTORITATEM IUDICIS ADDUXERIT. UIOLENTIAE CRIMEN ADMITTIT S INTERP N IND K TUTOR IN USURAS NON CONUE NITUR SI PECUNIAM PUPILLARE MIDEO NON COLLOCAUIT QUOD IDO NEA NOMINA NON HABEBAT CUI PECUNIA COLLOCETUR. CUIUS REI CONTESTATIO APUT PRESIDEM PROUINCIE DEPONENDA EST. S INTP N IND K

XV DE MANDATIS K OBSUBITA MUALITUDINEM. OB NE CESSARIAM PEREGRINATIONEM OBINIMICITIAM ETIAM IS REI ACTIONES INTEGRA ADHUC CAUSA MANDATI NEGOTIO RENUNTIARI POTEST INTERP PROPTER SUBITAM INFIRMITATEM ET NECESSITATEM PEREGRINATIONIS UEL PROPTER INIMICITIAS MAIORIS PERSONE NE CUIUS CUM Q. UID EATUR ACTIO UACILLARE INTEGRA ADHUC CAUSA IS QUIS USCEPERIT SUSCEPTUM NEGOTIUM RENUERE POTEST SI MEIS NUMMIS MANDATO TUO ALIQUID TIBI COMPARAUERO ET SI REM POSTEA ACCIPERE NOLES MANDATI ACTIO MIHI ADUER SUS TE COMPETIT. NON ENIM TANTUM QUOD IMPENSUM EST SED USURAS EIUS CONSEQUI POSSUM S INTP N IND K CERTO PRETIO IUSSUS DISTRAHERE SIMILIORIS UENDIDERIT MANDATI IU DICIO PRETI SUMMAM POTERIT REDINTEGRARE UENDITIONEM ENIM DISSOLUI NON PLACUIT. INTERP SI QUIS CUILIBET MAN DE TUTREM SUAM DECEM SOLIDI SUENDARE TILLE EA OCTO UEN DIDERIT PRETIUM QUOD EI MANDATUM EST QUIDQUID MINUS AB EMPTORE PRAECEPIT MANDATORI COMPLERE COMPELLITUR. UEN DITIO TAMEN RESCINDI NON POTEST XVI PROSOCIO

SICUT LUCRUM ITA ET DAMNUM INTER SOCIOS COMMUNICATUR. NISI QUOD CULPA SOCII UEL FRAUDE ADUERSUS SIT S INTERP N IND

XVII EX EMPTO ET UENDITO UENDITOR SI EIUS REI QUAE UENDIDERIT DNS NON SIT PRETIO ACCEPTO AUCTORITATIS MANEBIT OBNOXIUS ALITER EI MINIME POTEST OBLIGARI. INTERP SI QUIS REM ALIENAM UENDIDERIT

si his qui MANDATUM SUSCEPIT IHUIDIAS MAIORIS PERSONE TIM POTEST RENUI NEGOTIUM

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

quum solutio usurarum sortem *a*equaverit, si quid amplius creditori fuerit datum, de capite debiti subtrahitur. Si vero et centesima et caput impletum est, quod amplius creditor accepit, reddere cogetur debitori.

Sent. 3. Traiecticia pecunia, propter periculum creditoris, quamdiu navigat navis, infinitas usuras recipere potest.

Interpretatio. Traiecticia pecunia dicitur, quae *in* navi, ut ad transmarina deferatur, deponitur, quia maris periculo committitur, in quantas convenerit usuras, hanc pecuniam dare creditor potest.

Sent. 4. Usur*a*e, quae centesimam excedunt, per errorem solut*a*e repeti possunt.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 5. Si quis pignora debitores citra auctoritatem iudicis abduxerit, violentiae crimen admittit.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 6. Tutor in usuras non convenitur, si pecuniam pupillarem ideo non collocavit, quod idonea nomina non habebat, quibus collocaretur. Cuius rei contestatio apud pr*a*esidem provinci*a*e deponenda est.

Ista sententia interpretatione non indiget.

TIT. XV.—DE MANDATIS.

Sent. 1. Ob subitam valitudinem, ob necessariam peregrinationem, ob inimicitiam et inanes rei actiones integra adhuc causa mandati negotio renuntiari potest.

Interpretatio. Propter subitam infirmitatem, et necessitatem peregrinationis, vel propter inimicitias maioris person*a*e *ne* [1] cuiuscumque videatur actio vacillare, integra adhuc causa, is qui susceperit, susceptum negotium renuere potest.

Sent. 2. Si meis nummis mandato tuo aliquid tibi comparavero, et si rem postea accipere nolis, mandati actio mihi adversus te competit. Non enim tantum quod impensum est, sed [2] usuras eius consequi possum.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 3. Certo pretio *rem* [3] iussus distrahere, si minoris vendiderit mandati iudicio pretii summa poterit redintegrari [4] venditionem enim dissolvi non placuit.

Interpretatio. Si quis cuilibet mandet, ut rem suam decem solidis vendat, et ille eam octo vendiderit, pretium, quod ei mandatum est, quidquid minus ab emtore percepit, mandatori complere compellitur. Venditio tamen rescindi non potest.

TIT. XVI.—PRO SOCIO.

Sent. 1. Sicut lucrum, ita et damnum inter socios communicatur: nisi quod culpa socii vel fraude eversum sit.

Ista sententia interpretatione non indiget.

TIT. XVII.—EX EMTO ET VENDITO.

Sent. 1. Venditor, si eius rei, quam vendiderit, dominus non sit, pretio accepto, auctoritatis manebit obnoxius, aliter enim non potest obligari.

Interpretatio. Si quis rem alienam vendiderit *(Sequitur textus pag. 391)*

---

[1] Haenel om. *ne*.
[2] Haenel add. *et*.
[3] Palimp. om. *rem*.
[4] Haenel: *integrari*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

ET PRETIUM ACCEPERIT AD REDIBITIONEM DUPLE PECUNIAE
MANEBIT OBNOXIUS. K SI RES SIMPLICITER TRADITE UEN
DANTUR TANTUM UENDITOREM EMPTORI CONDEMNARI OPORTET
QUANTO SIBI STIPULATIONE PROEUICTIONE CAUISSET.

REQUIREN DA LEX DE RE SIMPLI CITER IDEST SINE PONAE INTERPOSI TIONE UEN DITA

INTERP SI QUICUMQ. REM SIMPLICITER IDEST SINE PENAE INTER
POSITIONE EMPTORI TRADIDERIT. ET DE EA NDE RE EMPTOR
FUERIT SUPERATUS IN TANTUM EI UENDITOR MANEBIT OBNOXI
US. UEL UT SI EUICTIONIS PENAM IDEST DUPLUM SE REDDITURUM
PRETIUM IN UENDITIONE PROMISERIT K RESEMPTA MANCIPA
TIONE ET TRADITIONE PERFECTA SIEUI NATURA AUCTORITATIS UEN
DITOR DUPLO EATENUS OBLIGATUR. STAT INTERP NO INDIS
XVIII DE MODO IDEST DE SPATIO
IS TRACTO FUNDO SI QUIS DE MODO MENTIATUR IN DUPLUM EIUS QOD
MENTITUS EST OFFICIO DE MODO IDEST DE SPATIO IUDICIS EXTIMATI
ONE FACTA CONUENITUR R INTP N IND K REDIBITIO UITIO
SI MANCIPII INTRA SEX MENSES FIERI POTEST. PROPTER LATENS
UITIUM STA INTERP N INDIZIT K SI UTSERUUM QUIS PLURIB' UEN
DIDERIT DE ARTIFICIO EIUS UEL PECULIO MENTIATUR ACTIONE
EX EMPTO CONUENTUS QUANTO MINORIS UALUISSET EMPTORI
PRESTARE CONPELLITUR NISI PARATUS SIT EUM REDIBERE;;;

SI UENDI TOR DE AR TIFICIO UEL DE PECULIO MANCIPII MENTIA TUR.

INTERP SI UENDITOR CUM MANCIPIUM DISTRAHERET DE ARTIFI
CIO EIUS UEL PECULIO PRO CARITATE PRETII MENTITUS EST EMP
TORI IN QUANTUM SINE PECULIO UEL ARTIFICIO UALERE POTUERAT
TANTUM REDDERE CONPELLATUR AUT CERTE MANCIPIUM UENDI
TUM RECIPERE REDDITO PRETIO ADQUIESCAT. K EX DIE
EMPTIONIS SI PARS PRETII NUMERATA SIT ET FRUCTUS EIUS
ET OPERAS ET FETUS PECORUM ET ANCILLARUM PARTUS AD
EMPTOREM PERTINENT. R INTP N IND K FUNDUM ALIE
NUM MIHI UENDIDISTI POSTEA IDEM EX CAUSA LUCRATIUA
MEUS FACTUS EST COMPETET MIHI ADUERSUM TE PRETIUM
RECUPERANDUM ACTIO EX EMPTO. INTERP SI QUIS AGRUM
ALIENUM CUI CUMQ. UENDIDERIT ET POSTEA HIC IPSE AGER
AB ALIO DOMINO CUIUS ERAT EMPTORI DONATUS SIT UENDITOR
EMPTORI REDIBITIONE PRETII QUOD ACCEPIT MANEBIT OB
NOXIUS. K POST REM TRADITAM NISI EMPTOR PRETIUM
STATIM EX SOLUTUS URASEIUSDEM PRESTARE COGENDUS EST. R INTP N IND
MUTUUS AEMERE ET UENDERE POTEST FURIOSUS AUTEM
NEQ. EMERE NEQ. UENDERE POTEST R INTP N INDIS K SERUUS BO
NA FIDE COMPARATUS SI EX UETERI UITIO FUGERIT NOTATUM
PRETIUM DOMINUS SE DETEA Q. P FUGA ABSTULIT REDDERE COGE
TUR. S INTP NON INDIS

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

et pretium acceperit, ad red*h*ibitionem dupl*a*e pecuniae manebit obnoxius.

Sent. 2. Si res simpliciter tradit*a*e evincantur, tanto venditor emtori condemnandus est, quanto, sibi stipulatione pro evictione cavisset.

Interpretatio. Si quicumque rem simpliciter, id est, sine p*o*en*a*e interpositione, emtori tradiderit, et de eadem re emtor fuerit superatus, in tantum ei venditor manebit obnoxius, velut si evictionis p*o*enam, id est, duplum, se redditurum pretium in venditione promiserit.

Sent. 3. Res emta, mancipatione et traditione perfecta, si evincatur, auctoritatis venditor duplo *ea* [1] tenus obligatur.

Ista sententia interpretatione non indiget.

TIT. XVIII.—DE MODO *ID EST DE SPATIO* [2].

Sent. 1. Distracto fundo, si quis de modo mentiatur, in duplum eius, quod mentitus est, officio [3] iudicis aestimatione facta convenitur.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 2. Red*h*ibitio vitiosi mancipii intra sex menses fieri potest propter latens vitium.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 3. Si ut servum quis pluribus vendiderit [4] de artificio eius vel peculio *mentiatur* [5], actione ex emto conventus, quanto minoris valuisset, emtori pr*a*estare compellitur, nisi paratus sit eum red*h*ibere.

Interpretatio. Si venditor, quum mancipium distraheret, de artificis eius vel *de* peculio pro caritate pretii mentitus est, emtori, quantum sine peculio vel artificio valere potuerat, tantum reddere compellatur: aut certe mancipium venditum recipere, reddito pretio acquiescat.

Sent. 4. Ex die emtionis, si pars pretii numerata sit, et fructus eius [6], et operae *servorum* [7], et f*o*etus pecorum, et ancillarum partus ad emtorem pertinent.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 5. Fundum alienum mihi vendidisti, postea idem ex causa lucrativa meus factus est, competet mihi adversus te *ad* [8] pretium recuperandum, actio ex emto.

Interpretatio. Si quis agrum alienum cuicumque vendiderit, et postea hic ipse ager ab alio domino, cuius erat, emtori donatus sit, venditor emtori *in* [9] red*h*ibitione pretii, quod accepit, manebit obnoxius.

Sent. 6. Post rem traditam nisi emtor pretium statim exsolvat, usuras eiusdem pr*a*estare cogendus est.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 7. Mutus emere et vendere potest: furiosus autem neque vendere neque emere potest.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 8. Servus bona fide comparatus si ex veteri vitio fugerit, non tantum pretium dominus, sed et ea, quae per fugam [10] abstulit, reddere cogetur.

Ista sententia interpretatione non indiget.

---

[1] Haenel om. *ea*.

[2] Verba *despatio seu de spatio* Haenel ex editione sua exspunxit adnotans eorum praesentiam in multis codd. atque apud Bouchardum et Sichardum. Cuiacius qui totum titulum praeterierat in sua priore editione 1558, in posterioribus eum restituit, sed sine numero et sicut partem tituli *Ex emto et vendito*. Iunctionem duorum titulorum fecit, quia ille qui rubricam *De modo* habet, non de alio agit, nisi de quaestionibus quae ex emti et venditi contractu oriuntur. Adde etiam, quod ipsa rubrica ambigua et obscura est, si aliquid non adiungitur, et amplificatio *id est de spatio*, sive de mensura et limitatione rerum venditarum, defectum rubricae non corrigit, quia titulus de multis aliis rebus contractui de emto et vendito attinentibus pertractat. Propterea rectius credimus Cuiacium egisse, omittens rubricam, quam qui eam subtraxit. Probatiorem itaque iudicamus textum nostrum quem integrum retinemus.

[3] Locum istum Palimpsesti scriptor corrupit, interiiciens et iterans per incuriam, post verba *mentitus est officio* vv. ex rubrica *de modo, id est despatio*, quae hoc loco omni sensu carent. Eorum locus esse potuit post verba *mentitus est*, quia hic valeret dici mentiri *de modo, id est de spatio*, ut videtur in Sichardo et aliis codd., quibus ipsa verba repetuntur in sententiae corpore.

[4] Haenel: *pluris venderet*.

[5] Haenel: *mentitus est*.

[6] Haenel om. *eius*.

[7] Palimp. om. *servorum*.

[8] Palimp. om. *ad*.

[9] Palimp. om. *in*.

[10] Haenel: *in fuga*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Cumprobatiopprioris fucae defeceritserui responsionecredendumest Inseehim interrogarinonpr̄odn̄o autindn̄muidetur. f intp non indigit Heocontractu quiex bonafidedescendit instrumentorū obligatiosinecausa desideratur Si q̄o modo uoluntas defide contractus possithostendi interp Intercontracti b. emptietuendi qui bonafide inheuntur uenditionis instrumentasupflue requiruntur. Siquocumq, modoresuendita datoetacceptopretioqualibet probationepossitagnosci k fundus eius esseuidetur cuius nomine conparatus est Ho naquopecunia numerata est. Sitamen fundus conpatoris sit traditus Interp Siager alter ushomine etalterius pecuniaconparatus esse cognoscitur cuius nomine conparatus est. Sitamenipsiconparatoria grum traditū fuisse constiterit. illiuerope cuniamquam dederanta possessore recipiantsicutde multis aliisspecieb, habetur expositum k Electo reoprincipali fideiussoruel heres eius Liberatur. Nonenimin mandatorib, obseruatur. Interp Siq̄s contemptofideiussoredebitorem suumtenerema lueritfideiussoruel heres eius a fideiussionisuinculo liberatur Siueroprocurator Lisuictus fuerit mandatoreiusadsolutionē tenetur

Homoliber quistatum suum in potestatehabet etpeiorare eumetmeliorem facere potest adque ideooperas suas diurnas nocturnasq, locat. s intp n indz fundi deteriorisetculturen̄ exercitate. etedificio rumnorefectorum culpaarbitrio Iudicis d noacq ductoresarciri potest s intp no indigit

Sponsalia tam interpuberes quam interinpuberes contrahipossunt ſt intp n indz keorum quiinpotestate patris sunt sineuoluntatee jus matrimonia iure nontrahuntur. sed contracta non soluuntur contemplationeenim publicae hutilitatis priuatorum commoda preferuntur. Interp Uiuenti buspatrib, Inter filios familias sineuoluntate patrummatrimonia non legitime copulantur.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

Sent. 9. Quum probatio prioris fugae defecerit, servi responsioni credendum est: in se enim interrogari, non pro domino aut in dominum videtur.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 10. In eo contractu, qui ex bona fide descendit, instrumentorum obligatio sine causa *demonstratur* [1], si quoquo modo voluntas de fide contractus possit ostendi.

Interpretatio. In contractibus emti et venditi, qui bona fide ineuntur, venditionis instrumenta superflue requiruntur, si quocumque modo res vendita, dato et accepto pretio, qualibet probatione possit agnosci.

Sent. 11. Fundus eius esse videtur, cuius nomine comparatus est, non a quo pecunia numerata est: si tamen fundus comparatori sit traditus.

Interpretatio. Si ager alterius nomine et alterius pecunia comparatus fuerit, eius esse cognoscitur, cuius nomine comparatus est: si tamen ipsi comparatori agrum traditum fuisse constiterit, illi vero pecuniam, quam dederant, a possessore recipient: sicut de multis aliis speciebus habetur expositum

Sent. 12. Electo reo principali, fideiussor vel heres eius liberatur; non enim in mandatoribus observatur.

Interpretatio. Si quis contempto fideiussore debitorem suum tenere maluerit, fideiussor vel heres eius a fideiussionis vinculo liberatur. Si vero procurator litis victus fuerit, mandator eius ad solutionem tenetur.

TIT. XIX.—DE LOCATO ET CONDUCTO.

Sent. 1. Homo liber, qui statum suum in potestate habet, et peiorare eum et meliorem facere potest: atque ideo operas suas diurnas nocturnasque locat.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 2. Fundi deterioris *facti* [2], et cultura non exercitati, et *a*edificiorum non refectorum culpa arbitrio iudicis domino a conductore sarciri potest.

Ista sententia interpretatione non indiget.

TIT. XX.—DE NUPTIIS.

Sent. 1. Sponsalia tam inter puberes, quam inter impuberes contrahi possunt.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 2. Eorum, qui in potestate patris sunt, sine voluntate eius matrimonia iure non contrahuntur: sed contracta non solvuntur: contemplatione enim publicae utilitatis privatorum commoda pr*a*eferuntur.

Interpretatio. Viventibus patribus inter filios familias sine voluntate patrum matrimonia non legitime copulantur: *(Sequitur textus pag.* 395*)*

---

[1] Palimp.: *desideratur*.
[2] Palimp. om. *facti*.

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

SED SI CONIUNCTI FUERINT HI NON SOLUUNTUR· QUIA AD PUBLICAM HUTILITATEM ANTIQUITAS PTINERE DECREUIT· UT PRO CREANDORUM LIBERORUM CAUSA CONIUNCTIO FACTA NON DEBEAT SEPARARI.

INTER SERUOS ET LIBEROS MATRIMONIUM CONTRAHI NON POTEST CONTUBERNIUM POTEST ☞ INTP N INDIXIT ☜ NEQ· FURIOSUS NEQ· FURIOSA MATRIMONIUM CONTRAHERE POSSUNT. SED CONTRACTUM MATRIMONIUM FURORE NON TOLLITUR· INTERP SIQUIS MATRIMONIUM SANI CONTRAXERINT ET UNI EX DUOBUS AMENTIA AUT FUROR ACCESSERIT OB HANC INFIRMITATEM CONIUGIA TALIUM SOLUI NON POSSUNT. K UIR ABSENS UXOREM DUCERE POTEST FEMINA ABSENS NUBERE NON POTEST· INTERP SIUIR IN PEREGRINIS ALIQUA FUERIT OCCUPATIONE DETENTUS ABSENTE EO CONSTITUTUM DIEM POSSUNT NUPTIAE CELEBRARI UT AB AMICIS UEL A PARENTIBUS EIUS SUSCEPTA PUELLA AD DOMUM MARITI DUCATUR. NAM SICUT UIRO ABSENTE HOC ORDINE POSSUNT NUPTIAE CELEBRARI ITA FEMINA ABSENTE NON POSSUNT.

SI UNI EX CONIUNCTIS AMENTIA AUT FUROR ACCESSERIT

LIBERTUM QUI AD NUPTIAS PATRONAE UEL UXORIS· FILIAEQ· PATRUUM ADFECTAUERIT PRO DIGNITATE PSONE METALLI POENAM UEL OPERIS PUBLICI COERCERI PLACUIT INTERP LIBERTUS SI AD CONIUNCTIONEM PATRONE UEL PATRONI FILIAE· AD SPIRARE TEMPTAUERIT· IN METALLUM DETRUDATUR·

XXI DE CONCUBINIS.

EO TEMPORE QUO QUIS UXOREM HABET CONCUBINAM HABERE NON POTEST· CONCUBINAI GITUR AB UXORE SOLO DILECTO SEPARATUR INTERP QUI UXOREM HABET EO TEMPORE CONCUBINAM HABERE PROHIBETUR· NE AB UXORE EUM DILECTIO SEPARET CONCUBINAE.

XXII DE DOTIBUS

QUOS AUT ANTECEDIT AUT SEQUITUR MATRIMONIUM ET IDEO UEL ANTE NUPTIAS UEL POST NUPTIAS DARI POTEST SED ANTE NUPTIAS DATA EARUM EXPECTATA DUENTUM INTERP QUOS DICITUR QUAE A PARTE SPONSAE UIRIS DATUR Q, TAMEN POTEST ETIAM ANTE NUPTIAS ET POST NUPTIAS DARI.

LEGE LUL IA DE ADULTERIIS CAUETUR NE DOTALE PREDIUM MARITUS INUITA UXORE ALIENET ITA INTP NON INDIXIT

XXIII DE PACTIS INTER UIRUM ET UXOREM

FRUCTUS FUNDI DOTALIS CONSTANTE MATRIMONIO PCEPTI LUCRO MARITI CEDUNT AETIAM PRORATA ANNI EIUS QUO FACTUM EST DIUORTIUM INTERP FRUCTUS AGRI DOTALIS MANENTE CONIUGIO AD MARITUM PTINENT SED ILLIUS ANNI QUO MATRIMONIUM

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

sed si coniuncti fuerint, non solvuntur: quia ad publicam utilitatem antiquitas pertinere decrevit, ut procreandorum liberorum causa coniunctio facta non debeat separari.

Sent. 3. Inter servos et liberos matrimonium contrahi non potest; contubernium potest. Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 4. Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt: sed contractum matrimonium furore non tollitur.

Interpretatio. Si qui matrimonium sani contraxerint, et uni ex duobus amentia aut furor accesserit, ob hanc infirmitatem coniugia talium solvi non possunt.

Sent. 5. Vir absens uxorem ducere potest: femina absens nubere non potest.

Interpretatio. Si vir in peregrinis aliqua fuerit occupatione detentus, absente eo constituto die possunt nuptiae celebrari, ut ab amicis vel a parentibus eius puella suscepta ad domum mariti ducatur; nam sicut viro absente hoc ordine possunt nuptiae celebrari, ita femina absente non possunt.

Sent. 6. Libertum, qui ad nuptias patronae vel uxoris filiaeque patroni affectaverit, pro dignitate personæ, metalli poena vel operis publici coerceri placuit.

Interpretatio. Libertus, si ad coniunctionem patronæ vel patroni filiae adspirare tentaverit, in metallum detrudatur.

TIT. XXI.—DE CONCUBINIS.

Sent. 1. Eo tempore, quo quis uxorem habet, concubinam habere non potest. Concubina igitur ab uxore solo dilecto separatur.

Interpretatio. Qui uxorem habet, eo tempore concubinam habere prohibetur, ne ab uxore eum dilectio separet concubinae.

TIT. XXII.—DE DOTIBUS.

Sent. 1. Dos aut antecedit aut sequitur matrimonium: et ideo vel ante nuptias vel post nuptias dari potest: Sed ante nuptias data earum exspectat adventum.

Interpretatio. Dos dicitur, quae a parte sponsarum viris datur: quae tamen potest et ante nuptias aut post nuptias dari.

Sent. 2. Lege Julia de adulteriis cavetur, ne dotale prædium maritus invita uxore alienet. Ista sententia interpretatione non indiget.

TIT. XXIII.—DE PACTIS INTER VIRUM ET UXOREM.

Sent. 1. Fructus fundi dotalis constante matrimonio percepti lucro mariti cedunt, etiam pro rata anni eius, quo factum est divortium.

Interpretatio. Fructus agri dotalis manente coniugio ad maritum pertinent. Sed *et* illius anni, quo matrimonium *(Sequitur textus pag. 397)*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

ODIUORTIOSEPARATURADMARITUMPERTINERECERTISSIMŨEST
OMNIB' PACTIS STIPULATIO SUBICIDEBET UTEX STIPULATU
ACTIONASCI POSSIT INTERP NON INDS

XXIIII DE DONATIONIBUS INTER UIRŨ ET UXORĒ MORTIS
CAUSADONATIOESTQ INPENDENTE METU MORTISFIT UTESTUALE TU
DINIS PEREGRINATIONIS NAUIGATIONIS UEL BELLI. / INTERPŨ INDS
MANUMISSIONISGRATIAINTERUIRŨETUXOREM FAUORELIBERTATIS
RECEPTAEST UEL CERTEQ̃DNEMO EX HOCFIATLOCU
PLETIOR IDEOQ. SERUUMMANUMITTENDICAUSAINUICĒSIBIDONA
RENONPROHIBENTUR INTERP̃ INCONIUGIOHECSOLADONATIO
HACLEGEPERMITTITUR UTMANCIPIASIBI INUICEM Q. MANUMITTANT
SINONQ. HABEANTDONARE POSSINT K INTERUIRUMETUXO
REM NECPINTERPOSITĀPSONĀDONATIOFIE RI POTEST / INTERPŨ INDS
INTERUIRUMETUXOREMCONTEMPLATIONEDONATIONIS IMAGI
NARIAMUENDITIO CONTRAHINŌ POTEST / INTERPŨ INDS K SUPRESTITE
EOQUI MATRIMONII TEMPOREDONAUERAT ANTEDECEDENTECUI
FUERATDONATUM ID Q̃DDONATUMESTPENESDONATOREM
REMANET INTERP̃ SIMANENTECONIUGIO UIRUXORIUELUXOR
MARITOALIQUIDDONAUERITSI ISCUI DONATUMESTPRIOR
MORTUUS FUERITAPUTDONATOREMEAQ, DONATAFUERANTREMA
NEBUNT K QUODCUMQ, TEMPORECONTEMPLATIONEMORTIS
INTERUIRUMETUXOREMDONATIOFACTAEST MORTESECUTAON
UALESCIT. INTERP̃ SI INTERMARITUMETUXOREMMATRIMONII
TEMPOREMORTISCAUSAFUERIT FACTA DONATIO MORTE UNIUS
CONUALESCIT. NAMINDONATIONB, Q, MORTISCAUSAFIUNT
HECUERBORUMSOLLEMNITASCUSTODITURILLŨ AGRUMAUT
ILLAMDOMUMTEMALLO HABERE QUĀMETE QUĀHEREDESMEOS ...

XXV DE LIBERIS AGNOSCENDIS SISERUA CONCEPERITET
POSTEA MANUMISSAPEPERERITLIBERŨPARITIDENIMFABR
LIBERTATISEXPOSCIT / INTERP NON INDS K SILIBERACON
CEPERITETANCILLAFACTAPEPERERITLIBERŨPARITIDENIM
FAUORLIBERATISEXPOSCIT / INTERP NŌ INDS K SIANCILLACON
CEPERIT ETMEDIOTEMPOREMANUMISSASIT. RURSUSFACTA
ANCILLAPEPERERITLIBERUMPARIT. MEDIAENIMTEMPORA
LIBERTATI PRODEESSENONENIMNOCEREPOSSUNT / INTERPŨ INDS
SIEXEAMULIERE NATUSQUEEXCAUSAFIDEICOMMISSI MANU
MITTI DEBUITSIPMORAMLIBERTATIS FACTAMNASCATUR
INGENUUSNASCITUR INTERP̃ SIEAMULIERQ; PFIDEICOMMISSM

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

divortio separatur, ad maritum pertinere certissimum est.

Sent. 2. Omnibus pactis stipulatio subïici debet, ut ex stipulatu actio nasci possit.

Interpretatione non indiget.

TIT. XXIV.—DE DONATIONIBUS INTER VIRUM ET UXOREM.

Sent. 1. Mortis causa donatio est, quae impendente metu mortis fit, ut est valetudinis, peregrinationis, navigationis vel belli.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 2. Manumissionis gratia inter virum et uxorem *donatio* [1] favore libertatis recepta est, vel certe quod nemo ex hac fiat locupletior. Ideoque servum manumittendi causa invicem sibi donare non prohibentur.

Interpretatio. In coniugio hæc sola donatio hac lege permittitur, ut mancipia sibi invicem, quae manumittant, si [2] non quae habeant, donare possint.

Sent. 3. Inter virum et uxorem nec per interpositam personam donatio fieri potest.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 4. Inter virum et uxorem contemplatione donationis imaginaria venditio contrahi non potest.

Interpretatione non indiget.

Sent. 5. Superstite eo, qui matrimonii tempore donaverat, ante decedente, cui fuerat donatum, id quod donatum, est, penes donatorem remanet.

Interpretatio. Si manente coniugio vir uxori vel uxor marito aliquid donaverit, si is, cui donatum est, prior mortuus fuerit, apud donatorem ea, quae donata fuerant, remanebunt.

Sent. 6. Quocumque tempore contemplatione mortis inter virum et uxorem donatio facta est, morte secuta convalescit.

Interpretatio. Si inter maritum et uxorem matrimonii tempore mortis causa fuerit facta donatio, morte unius convalescit. Nam in donationibus, quae mortis causa fiunt, haec verborum solennitas custoditur: —illum agrum aut illam domum te malo habere quam me: te quam heredes meos.

TIT. XXV.—DE LIBERIS AGNOSCENDIS.

Sent. 1. Si serva conceperit et postea manumissa pepererit, liberum parit: id enim favor libertatis exposcit.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 2. Si libera conceperit et ancilla facta pepererit, liberum parit: id enim favor libertatis exposcit.

Interpretatione non indiget.

Sent. 3. Si ancilla conceperit et medio tempore manumissa sit, rursus facta ancilla pepererit, liberum parit: media enim tempora libertati prodesse, non enim nocere [3] possunt.

Interpretatione non indiget.

Sent. 4. Ex ea muliere natus, quæ ex causa fideicommissi manumitti debuit, si mora libertati facta nascatur, ingenuus nascitur.

Interpretatio. Si ea mulier, quae per fideicommissum *(Sequitur textus pag. 399)*

---

[1] Palimp. om. *donatio.*
[2] Haenel om. *si.*
[3] Haenel *non nocere etiam.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

manumittilussaest fideicommissario inprestandaliber
tateq·ei manda·est morā faciente pepererit quinatu
est|ingenuusnascitur quia fideicommissariitarditas|inge
nuetatiseiusobessenonpotest K Simulier diuortio
Factograuidā sescions |ntratrecensimumdiemuiro
denuntiaredebet autpatrieius·ut aduentrē inspiciendū
obseruandumq· custodes mittant quo missopartum
mulierisomnimodis cogiuntur agnoscere interp Siqua
cumq·mulier matrimonio p diuort̄ dissoluto pregnantem
seesse senseritethoc innotitiā mariti uel patriseius
detulerit·ut·adinspiciendumuel obseruandumuen
trē sum custodē mittant quē dummiserint partū mulie
risidestnatiuitatem suiheredis compelluntur agnoscere
Sipregnantemsemulier essenondenuntiauerit uel
custodes uentris missos nonadmiserit liberum estpa
t̄ triuelauonatum nonalere Ceterumsinegligentia
matris quominus patrisheressitobesse nondebet·
interp Sipostdiuortium pregnant̄ semulier marito
noninditauerit uelcustodesad obseruationem uentris
missoscustodirenō p miserit potest pateruelauus
eumq̄ natus fuerit nō nutrire sednegligentiā matris
statutum esteiq̄ natus est insuccessione patriuocarepeni
t̄s nō debere quipostmortempatris sinedubio succedat
Simulierse ex uiropregnantem neget p mittitur marito
uentrem inspicere et uentri custodes dare intp n indt uenter
inspicitur p quinq, obstetrices et quodmaxima parsearū
denuntiauerit prouerohabetur. interp quotiensde
mulieris pregnatione dubitatur quinq, obstetrices
idestmedicaeuentrē iubenturinspicere et quod
pluresexipsisseagnouissedixerint hoccertissi
mumiudicatur K Obstetricemquepartumalienū
adtulit uts upponipossitsummosupplicioadficipla
cuit sintp nindt xxvi quemadmodū filiisuiiurisefficiuntur
Paterabostib, captusdesinithaberefilios inpotestate
postliminioreuersus tamfilios quamomnia sui iuris
inpotestatereciptit hacsinumquam abhostib, cap
tussit sintp non indist K Singulaeaemantipatio
nesuelhisdemuelaliistestib, fieripossunt uel eo
dem

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

manumitti iussa est, fideicommisario in præestanda libertate; quae ei mandata est, moram faciente pepererit, qui natus est, ingenuus nascitur: quia fideicommissarii tarditas ingenuitati eius obesse non potest.

Sent. 5. Si mulier divortio facto, gravidam se sciat, intra tricesimum diem viro denuntiare debet aut patri eius, ut ad ventrem inspiciendum observandumque custodes mittant: quibus missis, partum mulieris omnimodo coguntur agnoscere.

Interpretatio. Si quaecumque mulier matrimonio per divortium dissoluto, præegnantem se esse senserit, et hoc in notitiam mariti vel patris eius detulerit, ut ad inspiciendum vel observandum ventrem suum custodem mittant: quem dum miserint, partum mulieris, id est, nativitatem sui heredis compelluntur agnoscere.

Sent. 6. Si præegnantem se mulier esse non denuntiaverit vel custodes ventris missos non admisserit, liberum est patri vel avo natum non alere. Ceterum si [1] negligentia matris, quominus patris [2] heres sit, obesse non debet.

Interpretatio. Si post divortium præegnantem se mulier marito non indicaverit, vel custodes ad observationem ventris missos custodire non permiserit, potest pater vel avus eum, qui natus fuerit, non nutrire. Sed negligentiam matris statutum est ei, qui natus est, in successione patris nocere penitus non debere, quin post mortem patris sine dubio succedat.

Sent. 7. Si mulier se ex viro præegnantem neget, permittitur marito ventrem inspicere et ventri custodes dare.

Interpretatione non indiget.

Sent. 8. Venter inspicitur per quinque obstetrices: et quod maxima pars earum denuntiaverit, pro vero habetur.

Interpretatio. Quoties de mulieris præegnatione dubitatur, quinque obstetrices, id est medicae ventrem iubentur inspicere: et quod plures ex ipsis se agnovisse dixerint, hoc certissimum iudicatur.

Sent. 9. Obstetricem, quæ partum alienum attulit, ut supponi possit, summo supplicio affici placuit.

Ista sententia interpretatione non indiget.

TIT. XXVI.—QUEMADMODUM FILII SUI IURIS EFFICIUNTUR.

Sent. 1. Pater ab hostibus captus desinit habere filios in potestate: postliminio *vero* [3] reversus tam filios quam omnia sui iuris in potestatem recipit, ac si nunquam ab hostibus captus sit.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 2. Singulae emancipationes vel iisdem vel aliis testibus fieri possunt, vel eodem

---

[1] Haenel om. *ceterum si.*
[2] Haenel: *suus patri.*
[3] Haenel add. *vero.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

die uel intermisso tempore · rta/intp n/indizit. k Emancipa
tio hena die feriato fieri potest rta/intp n/indizit k Aput magis
tratos et municipales si habeant tale cessionem omnia eman
cipari et manumitti possunt rta/intp n/indizit. k Filius fami
lias huius a quo emancipari non cogetur rta/intp n/indgs

XXVII De adulteriis. k Inuenta in adulterio uxore em mariti
ita demum occidere po testatis si adulterum domus suae depre
hendat r intp n indizit k Eum qui in adulterio deprehen sam
uxore non statim dimisit reum in iudicium postulari placuit. intp n indgs
In causa adulterii dilatio postulata in partium potest r intp no/n
dizit

XXVIII De excusationibus tutorum k Inimicitias capi
tales quas cum q. pater de functo rum habuit a tutelis ex
cusant ne pater noi nimico pupillus committatur.
Interp Si cum patre minorum aliquis graues inimicitias habu
isse dinoscitur. a tutela pupillorum merito excusatur ne
inimico paterno paruulorum defensio committatur.
Ad curam eius cuius quis tutelam administrauit inuitus
uocari non potest r interp non indizit

XXVIIII De potioribus nominandis Non recte potior
uidetur nomina re qui causam nominati potioris non ex
presserit rta intp non indizit k Potior qui esse debet non
solum gradu generis sed et substantia rei familiaris
Interp Qui potior ad tutelam eligendus est. non solum
pupillo generis ad finitate propinquior sed et facultatib.
debet magis idoneus ad probari XXX qui potiores nominari hō
Libertus quem pater tutorem dat similius idoneus di possunt
catur excusari quidē nō potest sed ad lungi illi curator potest
Interp Si a patre filiis minoribus libertus tutor fuerit
derelictus si parum ideo neus uideatur excusari quidem
a bactione tutele non potest sed potest illi curator ad lungi

XXXI Adoratione m diuisi ueri Dolo tutoris curatoris ue
detecto in duplum eius pecunie condemnatione conueniuntur
q. minores fraudare uoluerunt r intp n indg XXXII De furtis
Furest qui dolo malo rē alienam contrectat. Interp. Furest
qui rem alienam fraude interueniente contigerit
Furtorum genera sunt quattuor. manifesti nec manifesti
concepti et obl ati r intp non indg k Manifestus fur
est qui in faciendo deprehensus est. et qui interminos eius
de mloci unde aliquid tulerat deprehensus est. uel ante quam

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

die vel intermisso tempore.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 3. Emancipatio etiam die feriato fieri potest.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 4. Apud magistratos *et* [1] municipales, si habeant legis actionem, omnia [2] emancipari et manumitti possunt.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 5. Filiusfamilias invitus emancipari non cogetur.

Ista sententia interpretatione non indiget.

TIT. XXVII.—DE ADULTERIIS.

Sent. 1. Inventam in adulterio uxorem, maritus ita demum occidere potest, si adulterum domi suae deprehendat.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 2. Eum, qui in adulterio deprehensam uxorem non statim dimiserit, reum lenocinii postulari placuit.

Interpretatione non indiget.

Sent. 3. In causa adulterii dilatio postulata impartiri non potest.

Ista sententia interpretatione non indiget.

TIT. XXVIII.—DE EXCUSATIONIBUS TUTORUM.

Sent. 1. Inimicitiae capitales, *quas* quis cum patre pupillorum habuit, a tutelis excusant, ne paterno inimico pupillus committatur.

Interpretatio. Si cum patre minorum aliquis graves inimicitias habuisse dignoscitur, a tutela pupillorum merito excusatur: ne inimico paterno parvulorum defensio committatur.

Sent. 2. Ad curam eius, cuius quis tutelam administravit, invitus vocari non potest.

Ista sententia interpretatione non indiget.

TIT. XXIX.—DE POTIORIBUS NOMINANDIS.

Sent. 1. Non recte potior*em* videtur nominare, qui causam nominati potioris non expresserit.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 2. Potior quis esse debet non solum gradu generis, sed et substantia rei familiaris.

Interpretatio. Qui potior ad tutelam eligendus est, non solum pupillo generis affinitate propinquior, sed et facultatibus debet magis idoneus approbari.

TIT. XXX.—QUI POTIORES NOMINARE NON POSSUNT.

Sent. 1. Libertus, quem pater tutorem dat [3], si minus idoneus dicatur, excusari quidem non potest, sed adiungi illi curator potest.

Interpretatio. Si a patre filiis minoribus libertus tutor fuerit derelictus, si parum idoneum videatur, excusari quidem ab actione tutel*ae* non potest; sed potest illi curator adiungi.

TIT. XXXI.—AD ORATIONEM DIVI SEVERI.

Sent. 1. Dolo tutoris curatorisve detecto, in duplum eius pecuni*ae* condemnatione conveniuntur, qua minorem fraudare voluerunt.

Ista sententia interpretatione non indiget.

TIT. XXXII.—DE FURTIS.

Sent. 1. Fur est, qui dolo malo rem alienam contrectat.

Interpretatio. Fur est, qui rem alienam fraude interveniente contigerit.

Sent. 2. Furtorum genera sunt quatuor: manifesti, nec manifesti, concepti et oblati.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 3. Manifestus fur *est*, qui in faciendo deprehensus est, et qui in*tra* terminos eius loci, unde aliquid *sus*tulerat, deprehensus est, vel antequam *(Sequitur textus pag. 403)*

---

[1] Haenel: *magistratus municipales.*

[2] Haenel om. *omnia.*

[3] Haenel: *dedit.*

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

AD EUM LOCUM QUO DESTINAUERAT PERUENERIT STA INTP NON INDIG
NEC MANIFESTUS FURES TQ IN FACIENDO QUI DE DEPREHENSUS NŌ EST
SED EUM FURTUM FECISSE NEGARI NON POTEST STA INTP NON INDG K CON
CEPTIA CTIONE HIS TENETUR APUTQUEM FURTUM QUESITUM ET INUEN
TUM EST RTU IN TP NON INDIGIT. K OBLATIA CTIONE HIS TENETUR QUI REM
FURTIUAM ALII OPTULIT NEAPUD SE INUENIRETUR STA INTP NON INDIGIT.

FURTIA CTIONE HIS AGERE NON POTEST CUI INTERES TREM NON PERISSE
STA INTP NON INDIG K CONCEPTI AGERE POTEST QUI REM CONCEPIT ET INUENIT
STA INTP NON INDG K OBL ATI HIS AGERE POTEST PENES QUEM CON
CEPTA RES ET INUENTA EST S INTP N INDG K MANIFESTI FURTI ACTIO
ET HEC MANIFESTI ET CONCEPTI ET OBLIGATI HERE DI QUIDEM CON
PETIT SED IN HEREDEM NON DATUR. INTERP FURTORUM GENERA
HERES EIUS QUI FURTUM PTULIT PSEQUI POTEST. EIUS UERO HERE
DES QUI FURTUM FECERIT AD PENAM CRIMINIS TENERI NON POSSUNT

SERUUS QI FURTUM FECERIT DAMNUM UE DEDERIT NISI ID PRO SUA
QUANTITATE DNS SARCIRE SIT PARATUS NOXAE DEDI POTEST
INTERP SI SERUUS ALICUI FURTUM FECERIT UEL DAMNUM DE DE
RIT SI DNS EIUS PRO EO REDDERE NOLUERIT EUM UINDICTAE PRO
QUALITATE FACTI DEBEBIT: K SI SERUUS FURTUM FECERIT
DEINDE MANUMISSUS SIT AUT ALIENATUS CUM IPSO MANUMISSO
RE UEL EMPTORE AGI POTEST NOXA ENIM CAPUT SEQUITUR.
INTERP. SI SERUUS FURTUM FECERIT ET POSTEA AUT MA
NUMISSUS AUT UENDITUS FUERIT AUT HIS QUI MANUMISSUS EST
PRO FURTI REDIBITIONE TENEBITUR AUT EMPTOR EIUS QUIA
SEMP NOXA CAPUT SEQITUR: K FILIUS FAMILIAS SI FURTUM
FECERIT DEINDE EMANCIPETUR FURTI ACTIO IN EUM DATUR
QUIA IN OMNIBUS NOXA CAPUT SEQUITUR STA INTP N INDIG

NON TANTUM QUI FURTUM FECERIT SED ETIAM HIS CUIUS OPE
RA AUT CONSILIO FURTUM FACTUM SIT FURTI ACTIONE TENETUR
IT INTP NON INDIGIT K QUI MERETRICEM LIBIDINIS CAUSA RAPU
IT ET CELAUIT. EUM QUOQ, FURTI ACTIONE TENERI PLACUIT
IT INTP NON INDIGIT K FURTI MANIFESTI ACTIO PRETER QUADRUPLI
POENAM IPSIUS REI PERSECUTIONEM HABET REUINDICATIONIS ET CON
DICTIONIS CONTINET. INTERP FURTI MANIFESTI POENA QUA
DRUPLI EST. ET IPSIUS REI Q, EST SUBLATA REDIBITIO. K FURTI
CONCEPTI ACTIO ADUERSUS EUM QUI OPTULIT TRIPLI EST
POENA. ET IPSIUS REI RECEPTIO. INTERP. HIS QUI REM FURTIUAM
ALTERI OPTULIT NEAPUTI PE INUENIRETUR POENA TRIPLI EST
ET IPSIUS REI REDIBITIO QUE SUBLATA COGNOSCITUR

(c) 2009 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación

ad eum locum, quo destinaverat, perveniret.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 4. Nec manifestus fur est, qui in faciendo quidem deprehensus non est; sed eum furtum fecisse negari non potest.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 5. Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quaesitum et inventum est.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 6. Oblati actione is tenetur, qui rem furtivam alii obtulit, ne apud se inveniretur

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 7. Furti actione is agere non potest, cui interest rem non periisse.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 8. Concepti *is* [1] agere potest, qui rem concepit et invenit.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 9. Oblati is agere potest, penes quem concepta res et inventa est.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 10. Manifesti furti actio et nec manifesti et concepti et oblati heredi quidem competit, sed in heredem non datur.

Interpretatio. Furtorum genera heres eius, qui furtum pertulit, persequi potest: eius vero heredes, qui furtum fecerat, ad poenam criminis teneri non possunt.

Sent. 11. Servus, qui furtum fecerit damnumve dederit, nisi id pro sua quantitate dominus sarcire sit paratus, noxae dedi potest.

Interpretatio. Si servus alicui furtum fecerit vel damnum dederit, si dominus eius pro eo reddere noluerit, *tradere* [2] eum vindictae pro qualitate facti debebit.

Sent. 12. Si servus furtum fecerit, deinde manumissus sit aut alienatus, cum ipso manumisso vel emtore agi potest: noxa enim caput sequitur.

Interpretatio. Si servus furtum fecerit et postea aut manumissus aut venditus fuerit, aut is, qui manumissus est, pro furti redhibitione tenebitur aut emptor eius: quia semper noxa caput sequitur.

Sent. 13. Filiusfamilias si furtum fecerit, deinde emancipetur, furti actio in eum datur: quia in omnibus noxa caput sequitur.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 14. Non tantum, qui furtum fecerit, sed etiam is, cuius opera aut consilio furtum factum sit, furti actione tenetur.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 15. Qui meretricem libidinis causa rapuit et celavit, eum quoque furti actione teneri placuit.

Ista sententia interpretatione non indiget.

Sent. 16. Furti manifesti actio praeter quadrupli poenam ipsius rei persecutionem *genere* [3] vindicationis et condictionis continet.

